FONTES RERUM AUSTRIACARUM.

ŒSTERREICHISCHE GESCHICHTS-QUELLEN.

HERAUSGEGEBEN

VON DER

HISTORISCHEN COMMISSION

DER

KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN.

ZWEITE ABTHEILUNG.

DIPLOMATARIA ET ACTA.

XIII. BAND.

URKUNDEN ZUR ÄLTEREN HANDELS- UND STAATSGESCHICHTE DER REPUBLIK VENEDIG.

II. THEIL.

WIEN.

AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1856.

URKUNDEN

ZUR

ÄLTEREN HANDELS- UND STAATSGESCHICHTE

DER

REPUBLIK VENEDIG

MIT

BESONDERER BEZIEHUNG AUF BYZANZ UND DIE LEVANTE.

VOM NEUNTEN BIS ZUM AUSGANG DES FÜNFZEHNTEN JAHRHUNDERTS.

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. G. L. FR. TAFEL UND DR. G. M. THOMAS,

MITGLIEDERN DER KÖNIGLICH BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

II. THEIL. (1205 — 1255.)

WIEN.

AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1856.

Conspectus.

CLXI.

Innocentius III Thomae, Patriarchae Constantinopolitano.

Mandat, ut electum Patracensem consecrare, eumque pallei honore insignire non differat.

A. d. 1205, die 19. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. VIII, ep. CLIII ed. Bréquigny T. II, pag. 781.

Inter quatuor animalia, quae secundum apocalypsim Johannis in medio sedis et in circuitu existere describuntur, licet aquila ceteris postponatur, ipsa tamen aliis antecellit, quia, cum per huiusmodi sedem Romana Ecclesia designetur, quae usitato vocabulo Sedes apostolica nuncupatur, et per quatuor animalia, videlicet leonem, vitulum, hominem ac aquilam, intelligantur quatuor patriarchales Ecclesiae, videlicet Hierosolymitana, Antiochena, Alexandrina et Constantinopolitana, quae in medio sedis, tanquam filiae, continentur in sinu matris, et in circuitu sedis, tanquam famulae in obsequio dominae praeparantur. Licet Constantinopolitana Ecclesia inter ceteras sit ultima tempore, ipsa tamen inter eas est praecipua dignitate, ut, sicut Constantinopolis dicta est nova Roma, sic Constantinopolitana Ecclesia secunda sit a Romana, praelata per matris gratiam ceteris sororibus suis privilegio dignitatis, ut secundum evangelicam veritatem fierent primi novissimi et novissimi primi.

Nos ergo, qui per gratiam redemptoris ipsam Constantinopolitanam Ecclesiam nuper ad obedientiam apostolicae Sedis, tanquam ad sinum reduximus matris suae, privilegium dignitatis

ipsius intendimus integrum conservare, ne inde nascantur injuriae, immo jura nascantur; et ideo, licet dilectus filius, nobilis vir W*[illelmus]*, Campaniensis, Princeps totius Achaiae provinciae, et canonici sancti Andreae de Patras, *[a]* nobis instanter et humiliter postulassent, ut dilectum filium A., electum sancti Andreae de Patras, ad Sedem apostolicam accedentem, quem iidem canonici in archiepiscopum ejusdem Ecclesiae unanimiter elegerunt, eis concedere dignaremur, et, quod circa personam illius factum fuerat, approbantes, ad eos cum pleno ipsum remitteremus honore: volentes tamen sic corum petitiones admittere, ut aliis jura sua nequaquam subtrahere videamur, de communi fratrum nostrorum consilio, quod per eosdem canonicos factum est, tanquam minus canonice procuratum, cum et ipsi minus canonice fuerint instituti, non duximus approbandum, sed necessitate pariter ac utilitate pensata, postquam de veritate negotii et statu terrae per juramenta sociorum ipsius electi effecti fuimus certiores, de potestate nobis a Domino in beato Petro concessa ipsum ejusdem Ecclesiae pastorem constituimus et rectorem, administrationem sibi plenariam, et tam in spiritualibus, quam in temporalibus concedentes, et indulgentes insuper ad cautelam, ut a quocunque catholico episcopo se faciat, cum necesse fuerit, in presbyterum ordinari.

Licet autem de plenitudine potestatis, quam habemus Domino disponente super Ecclesias universas, ipsum ad eandem Ecclesiam consecrationis munere ac honore pallei potuissemus remittere insignitum, quia sic te vocavimus in partem sollicitudinis, quod nobis retinuimus plenitudinem potestatis, nec facimus cuiquam injuriam, cum utimur jure nostro; volentes tamen tibi, cui Ecclesia de Patras dignoscitur esse subjecta, in tua maxime novitate deferre, ipsum ad te duximus remittendum, ut a te vel alio de mandato tuo in archiepiscopum consecratus et pallei decoratus honore, te post Romanum Pontificem patrem praecipuum recognoscat, dilecto filio B*[enedicto]*, tituli sanctae Susannae presbytero Cardinali, apostolicae Sedis Legato, nostris

dantes literis in mandatis, ut ea, quae praemisimus, circa personam ipsius, appellatione remota, faciat adimpleri.

Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum consecrationis munere ac honore pallei non differas insignire, ne propter tuum, quod absit, defectum ad nos cogatur habere recursum.

Datum Romae, XIII Kalendas Decembris.

CLXII.

Gallipolis a Venetis occupatur.

A. d. 1205.

Andreas Dandulus in chronico (Murat. l. c. pag. 334): *Marcus Dandulo et Jacobus Viadio* (Viadro) *confoederati civitatem Gallipolim invadunt et viriliter muniunt.*

CLXIII.

Veneti insulas maris Aegæi occupant.

A. d. 1205.

Andreas Dandulus in chronico (Murat. l. c. p. 334): *Latinorum igitur, ex gestis mirificis superaucta potentia et Græcorum exinanita, plerique nobiles, ceteris Græcis sibi colligatis, Græciæ oppida* [1]) *audacter invadere statuunt. Et segregatim navigantes Marcus Sanuto cum suis sequacibus insulas Nisiæ* (Naxi), *Parii* (Pari), *Melli* (Meli) *et sancte Herinis adeptus est, et Marinus Dandulo Andrem* (Andron). *Ravanus quoque de Carceribus, Veronensis, et nepos ejus Euripum sive Nigropontem accipiunt. Similiter Andreas et Hieremias Gisio Thinas* (Tenos) *insulam, Scheriam* (Scyrum), *Scopulum* (Scopelum) *et Schiatum* (Sciathum). *Philocalus etiam Navigajoso, Stalimenem* (Lemnum) *obtinens, Imperiali privilegio Imperii megaducha est effectus.* Cum his conferatur Laurentius de Mon. l. c. p. 143, qui post Tenos inserit *Michonem*, i. e. Myconum. Venetorum tum temporis dominationem, quatenus insulas maris Aegaei spectabat, bene illustrat C. Hopfii libellus: Geschichte der Insel Andros etc. (Sitzungsberichte der k. Akademie der Wissenschaften phil.-hist. Cl. April 1855).

[1]) Addit Muratorius l. c.: „cod. Ambr. addit: *quæ regimini canebant*“. Tu lege: *quæ regimine carebant.*

CLXIV.

Marinus Geno, Potestas Constantinopoli, concedit de mandato Petri Ziani, Ducis Veneti, multas proprietates terrarum, positas in Constantinopoli, de ratione dominii Venet. Benedicto Faletro, Patriarchae Gradensi.

A. d. 1206, m. Februario.

Ex archivo Veneto Patriarchali ed. Flamin. Cornel. Eccl. Venet. IV dec., p. 86 (T. III).

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millesimo ducentesimo sexto, mensis Februarii, indictione decima[1]). CONSTANTINOPOLI.

Cum habere teneamur ad ea sollicita provisione respectum, quibus honor Patriarchatus Gradensis Ecclesie semper in melius augeatur, ad id perficiendum tanto volumus apparere solliciti, quanto mentis nostre proposito ad hec attentius invitamur. Igitur nos Marinus Geno de mandato et voluntate dom. nostri Petri Ziani, Dei gratia gloriosi Veneciarum, Dalmacie atque Chrovacie Ducis, ac dom. quarte partis et dimidie Imperii Romanie, in Constantinopoli Venetorum Potestas, cum nostris judicibus et nostri consilii sapientibus atque cum nostris successoribus ab hodie in antea damus atque concedimus vobis dom. Benedicto Faletro, Dei gratia sancte Gradensis Ecclesie Patriarcha et Dalmatie Primas, vestrisque successoribus ac posteris vestris in perpetuum possidendum — cunctas et super totas nostras scalas jam dicti nostri communis Veneciarum et terras nostras vacuas positas foris muri civitatis Constantinopoli cum rivis omnibus et scalaticis atque earum redditibus universis, videlicet a comprehenso angulo turris monasterii s. Georgii majoris, qui angulus respicit versus orientem, ubi est quidam Caravellus, secundum quod ab ipso suprascripto angulo

---

[1]) Immo nona.

porrigitur in antea versus occidentem usque ad turrem s. Marie de Carpiani, et sic in antea usque ad pedes tredecim. Que omnia super totum a comprehenso jam dicto angulo habent per suam longitudinem pedes quadringentos duos et dimidium; ad quas suprascriptas scalas potestatem debent homines Veneti habere cum navibus suis jungendi et naves suas ibi retinendi et caricare et discaricare, et utilitates suas exercere, atque barchas suas ibi extrahere et abitare, secundum quod sibi bonum visum fuerit.

Concedimus etiam vobis ibidem infra murum civitatis Constantinopoli omnes proprietates terrarum et casarum, coopertas et discoopertas, suprascripti nostri communis Venetor., secundum quod firmat uno suo latere per omnia in muro, qui fuit Sevastocratoris, alio[1]) autem suo latere firmat in muro civitatis. Uno suo capite firmat recto tramite in via, que discurrit a porta Ebrayky usque ad murum, qui fuit Sevastocratoris, alio autem suo capite firmat a suprascripto muro Sevastocratoris in cuva sancte Marie de Carpiani: secundum quod recto tramite a muro, qui fuit Sevastocratoris, *porrigitur* usque ad mare; tam ea omnia, que dicta sunt, foris muri civitatis, quam ea omnia, que predesignata sunt infrascripte civitatis, nos et Jufredus[2]), mariscalcus Imperii, quidem voluntate et ex precepto dom. Henrici Imperatoris insimul determinavimus. Inter quas proprietates sita est ecclesia s. Akindiani[3]) cum quibusdam suis pertinentiis.

Insuper concedimus vobis proprietates terrarum et casarum, que sunt juxta ecclesiam s. Johannis de Cornibus, et circa portuale ipsius ecclesie, que firmat uno suo latere in calle publica, que discurrit inter ipsas proprietates et Sinionam[4]).

---

[1]) Sic emendamus, quod hic et sæpius infra corrupte traditum est.
[2]) Juffredus, i. e. Joffredus, Gauffredus.
[3]) Cfr. hujus Coll. nr. XXXII, T. I, p. 67.
[4]) An Sycænam? Eam regionem illustrat DuCang. Cp. chr. I, 57.

Uno earum capite firmat in via, que discurrit a possessionibus s. Herinis[1]) usque ad predictum callem; alio capite firmat in Lombardis.

Concedimus etiam vobis similiter proprietates terrarum cum duabus voltis circa curtem s. Herinis foris muri usque in dictam ecclesiam s. Herinis versus proprietates, que quondam fuerunt Alemanorum; unde habent introitum et exitum earum in viis publicis.

Has namque predictas et predesignatas scalas et terras vacuas cum rivis omnibus et scaliaticis atque earum redditibus universis et cum jam dictis proprietatibus terrarum et casarum petrineis et ligneis, coopertis vel discoopertis, cum omni longitudine et latitudine sua, cum capitibus et lateribus suis, cum callibus quoque et viis suis, cum accessu et egressu suo per terram et per aquam, et cum omnibus suis habentiis et pertinentiis ac universis suis adjacentiis, intus et foris, tam suptus terram, quam supra terram, *[que]* ibidem adesse noscuntur, vobis vestrisque successoribus seu posteris vestris in perpetuum damus, concedimus atque transactamus cum successoribus nostris amodo in antea intromittendi, habendi, tenendi, ordinandi, concedendi, disponendi, locandi, cui et quibuscunque vobis vestrisque successoribus placuerit, et redditus earum accipiendi cum omnibus cartulis, novis et veteribus, suprascriptis scalis et proprietatibus terrarum et casarum, coopertis et discoopertis, pertinentibus, nullo vobis homine contradicente.

Si igitur contra hanc concessionis cartam ire voluerimus, tunc componere debeamus cum nostris successoribus vobis et vestris successoribus auri libras quinque; et hec concessionis carta maneat in sua firmitate.

† Ego Marinus Geno, Veneciar. Potestas in Romania, m. m. ss.

† Ego Jacobus Sisinulo, Arbensis Comes, m. m. ss.

† Ego Marcus Dandulus, Judex, m. m. ss.

† Ego Bartholomeus Aldiurando, Judex, m. m. ss.

[1]) I. e. s. Irenes. Cfr. DuCang. Cp. chr. II, 103.

† Ego Zacharia Stamario, Consiliator, m. m. ss.
† Ego Johannes Mauroceenus, Consiliator, m. m. ss.
† Ego Jacobus Gradonico, Consiliator, m. m. ss.
† Ego Petrus Juliano, Consiliator, m. m. ss.
† Ego Nicolaus Quirinus, Consiliator, m. m. ss.
† Ego Marcus Sanudo m. m. ss.
† Ego Andreas Valleresso m. m. ss.
† Ego Tribunus Baroci m. m. ss.
† Ego Marinus Faletro m. m. ss.
† Ego Nicolaus Mauroceenus m. m. ss.
† Ego Marinus Basedellus m. m. ss.
† Ego Jacobus Daibolo m. m. ss.
† Ego Jacobus Faletro m. m. ss.
† Ego Petrus Quirinus m. m. ss.
† Ego Andreas Darbore m. m. ss.
† Ego Petrus Miliano m. m. ss.
† Ego Marinus Bonus m. m. ss.
† Ego Marinus Foscari m. m. ss.
† Ego Marcus Quirinus m. m. ss.
† Ego Paulus Ystrigo m. m. ss.
† Ego Daniel Donno m. m. ss.
† Ego Andreas Bembo m. m. ss.
† Ego Johannes Gradonico m. m. ss.
† Ego Tomatho Capellesi m. m. ss.
† Ego Laurenzo Polani m. m. ss.
† Ego Johannes Tradello m. m. ss.
† Ego Leonardus Villio m. m. ss.
† Ego Marinus Quirinus m. m. ss.
† Ego Nicolao-Proleo Jude foresceus, m. m. ss.
† Ego Marcus Aureo m. m. ss.
† Ego Marcus Dondi m. m. ss.
† Ego Laurentius Venero m. m. ss.
† Ego Leonardus Signolus m. m. ss.

† Ego Dominicus Albo m. m. ss.

† Ego Leonardus Steno m. m. ss.

† Ego Nicolaus Tinto, Pleb. S. Nicolai et Constantinopolitanae Ecclesiae Canonicus et Not., complevi et roboravi.

† Ego Nicolaus Tinto, Pleb. Sancti Nicolai et Not., vidi in matre, testis sum in filia.

† Ego Nicolaus Mauro, Judex, vidi in matre, testis sum in filia.

L. S. Ego Warimbertus Venerius, Diac. et Not., hoc exemplum exemplavi anno domini Millesimo Ducentesimo Octavo, mense Aprilis, indictione undecima, Constantinopoli; nec minui, nec addidi. Complevi et roboravi.

Bona Patriarchatus Gradensis, posita in Constantinopoli.

Iste sunt case extra, juxta murum civitatis Constantinop.

Vitalis Venerius pp. x.
Johannes Pascaligus pp. viii.
Blasius Griti pp. vii.
Nicola Scoto pp. vii.
Rini, uxor Panchracii Albizo, ... pp. vii.
Johannes Bonus pp. x.

Henricus Mingolus pp. ii.
Rubinus Bonus pp. vi.

Pascalis Bollanus pp. v.
Ordelafius de Raynerio pp. iiii.
Johanne Scoto pp. v.
Bartholomeus Firmanus pp. v.
Stephanus Trivisanus pp. x.

Aput Drongarium.

Petrus Sclavus pp. iiii.
Georgius Monovassiotis pp. vii.

Ginbus Pinus pp. xi.

Leonardus Brissanus } pro casa et turri in terra D. int.: o
et Oluradus Trivisanus } pp. ii.

Petrus Rogerius pp. ii.

Manuel Barberius pp. ii.

Rini, relicta Constantini Mastropetro, pp. iii.

Peregrinus Gorio pp. x.

Vicarius Cas. ii. libras incensi in festo s. Akindani.

Dominicus Pestello pp. v.

Pascalis Entro pp. ii.

Iste case sunt de ripa secus mare.

Pascalis Bollanus pp. xii.

Georgius Signolus pp. xii.

Johannes da Tumba pp. vi.

Stephanus da Tumba pp. vi.

Vitalis Ferro pp. viii.

Johanna Longobarda, uxor Nicolai Anconitani, pp. viii.

Vitalis Bugarus pp. vi.

Nicola Sulimanus pp. vi.

Ordelafius de Raynerio pp. vi.

Georgius Potamissi pp. vi.

Bernardus Firmanus pp. iiii.

Donatus Petro pp. ii.

Phylippus Bennato pp. iiii.

Petrus Sclavus vel Jacobus Nani pp. iii.÷

Basilius Sulimanus pp. iiii÷

Item Basilius Sulimanus pp. iii÷

Theodosius Guata pp. iii÷

Leonardus Constantinus pp. v÷

Stephanus da Tumba pp. i.

Matheus Venerius pp. ii.

Domuncula, in qua manet Petrus Barberius, pp. i:
Plebanus terra vacua pp. xii.
Stephanus da Tumba pp. xii.
Marinus Frugerius pp. ii.
Isachios Kerula pp. ij÷
Matheus Venero pp. ii.
Theodorus Pigati pp. j÷

Infra civitatem apud Sanctum Akindanum.
Matheus Venerius pp. iiii k.
Nicolaus Christi libram I. de candelis. Terra vacua praedictorum Leonardi et Oluradi pp. ij÷
Stephanus da Tumba pp. ij.
Petrus Barberius pp. j.
Andreas Donatus pp. ij.
Andreas Donatus pp. j.
Angelus Venerius ante sanctum Marcum ultra viam pp. j.

Ante S. Akindanum.
Jacobus Vivianus Plebanus cas. II. et terra vacua kar. xij.
Gisla kar. xij.
Otto Paradiso capsellarius pp. ii et kar. xiii.
Bonaventura Beccaro kar. xxj.
Bartholomeus Mamolus pp. j÷ sive
Gerardus Sutor,
'Αγύος Muchi pp. iiij.

Apud S. Johannem de Cornibus.
Robertus Decanus pp. ii.
Commune Venet. pp. xx.
Michali Salonikeo pp. ii.
Hendrigus Faber pp. ii.
Prior S. Nicolai pp. iiii.
Dominicus Barcarius pp. iiii.

Due caserete dom. Patriarchae; modo est Otonis Spadario.
Deva . . . kar. xii; nunc est de Otone Spadario.
Oto Spatarius pp. ii.
Cecilia, relicta Michaelis de Larmiro, pp. ii.
Martinus Trivisanus Vicecomes,
Symeon de Antiochya,
Anzivia, relicta Raynerii de Georgio.

Pascalis Bollanus pro statera, medio et kila: pp. lxxii.
Scala de Drongario.

CLXV.

Concordia facta inter Benedictum apostolicae Sedis Legatum et Thomam Maurocenum Patriarcham ex una parte, et Henricum Imperatorem et Barones et Milites et populum ex altera.

Super recompensatione facienda ecclesiis de possessionibus earundem.

Constantinopoli, apud sanctam Sophiam a. d. 1206, die 17. m. Martii.

Textus huius conventionis insertus est epistolae Innocentii II ad Thomam Patriarcham a. 1206, die 5. m. Aug., lib. IX, ep. CXLII, T. II, p. 958 ed. Bréquigny (huius Collectionis nr. CLXXIII).

CLXVI.

Charta, qua Vitalis Faledro libere remittit in possessionem Ducis et dominii Venetiarum casale positum in Tyro.

A. d. 1206, m. Madio.

Ex autographo in Codd. s. Marci Latt. class. XIV, cod. LXXII, nr. 10. A tergo membranae: Tiro. 1206. *Segnata D. Michael Faletro al Doge Pe. Ziani* XLVIII.

In nomine Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo sexto, mense Madii, indictione nona. Rivoalti.

Plenam et ueram securitatem facio ego Vitalis Faletro, habitator de confiniis S. Moysi, cum meis heredibus vobis Petro Ziani, dei gratia inclito Venecie, Dalmatie atque Chroacie Duci,

et comuni Veneciarum uestrisque successoribus de casali illo, quod dicitur Metessele, posito in nostra tercia diuisione Tyri, quod fuit Dominici Batiauro, et manet iuxta districtum de Scandalione contra ciuitatem Tyri, quem frater meus quondam defunctus Leo Faletro, qui fuit prelatus suprascripte tercie diuisionis Tyri, michi dedit, infeudauit, auctorizauit et transactauit cum omnibus suis redditibus et cum uniuersis suis pertinenciis et habentiis: quantum continet per longitudinem et latitudinem, intus et extra, uelut continetur in una notitie carta[1]), facta anno domini millesimo centesimo septuagesimo primo, mense Aprilis, indictione quarta, quam fecit predecessor noster Vitalis Michael bone memorie Dux, per quam iudicio iudicum michi in matre(m) quoddam exemplum illius concessionis firmauit, qua mihi dictus frater meus ipsum casale dedit et transactavit.

Nos autem, quia uos de suprascripto casali mecum in concordiam decidistis, et secundum concordiam inter nos habitam me per omnia cum integritate pacastis, ideo de suprascripto casali et de quantocunque pro eo suprascripto comuni Veneciarum habui ad *[dicendum?]*, me forisfacio et excludo ipsum in nostra potestate cum omnibus cartulis et rationibus et earum uigore et robore ad dictum casale pertinentibus, *[et]* relinquo ad faciendum inde, quicquid uestre fuerit uoluntatis.

A modo igitur in antea semper inde securi et quieti permaneatis et insuper, de quantocunque suprascripto comuni Veneciarum ad dicendum habui, iuste uel iniuste, cum cartula et sine cartula, ex omnibus partibus et rationibus desub celo.

Quodsi quocunque tempore contra hanc securitatis cartam ire temptauero, componere promitto cum meis heredibus uobis et uestris successoribus et suprascripto comuni auri libras quinque.

---

[1]) Cfr. huius Collectionis nr. LIX.

Et hec securitatis cartula in sua firmitate maneat. Signum suprascripti Vitalis, q. ħ. f̃r. r̃. (i. e. *qui hec fieri rogauit*).

Ego Henricus Maurocenus tt. ss.

Ego Pangr*[a]*ci Baroci tt. ss.

Ego Paternianus da Putheo, subdiaconus et notarius, compleui et roboraui.

CLXVII.

Innocentius III Thomæ, Patriarchæ Constantinopolitano.

Quod non teneatur observare juramentum factum per eum cum Venetis, quod nullum recipiet in canonicum sanctae Sophiae, nisi sit Venetus.

A. d. 1206, die 21. m. Junii.

Innoc. III epist. lib. IX, ep. CXXX ed. Bréquigny T. II, p. 944. Cfr. ejusdem libri epist. C. Raynald. l. c. a. 1206, §. 2.

Ad hoc Deus apostolicae Sedis antistitem, qui plenitudinem habet ecclesiasticae potestatis, super gentes et regna constituit, ut juxta verbum propheticum evellat et destruat, dissipet et disperdat, quae in agro Dominico suae culturae commisso inutilia repererit et nociva, juxta quod alibi sibi praecipitur a Domino per prophetam: *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.*

Nos igitur attendentes, juramentum illud quasi prorsus illicitum non esse servandum, quod a te Venetiis constituto fuit a Venetis violenter extortum, sicut tua nobis insinuatio patefecit, ut videlicet neminem sis facturus canonicum in Ecclesia sanctae Sophiae, nisi Venetum natione, vel qui continue per decennium Venetiis habitasset, quodque bona fide modis omnibus, quibus poteris, laborabis, ut semper in Ecclesia sanctae Sophiae sit Venetus Patriarcha, salvo tamen in omnibus apostolicae Sedis jure, auctoritate, reverentia et honore; licet haec conditio sic a te fuerit adjecta, ut non sit in scriptis redacta, praesentium tibi auctoritate mandamus, et in virtute Spiritus sancti districte praecipimus, quatenus juramentum illud nequaquam observes,

cum sanctuarium Dei non sit hereditario jure ab aliquibus possidendum, sed in omni gente, qui facit justitiam, acceptus sit Deo, praecavens diligenter, ne post hoc apostolicae Sedis praeceptum in praemissis articulis utcunque delinquas. Quia, si de cetero solos Venetos in Ecclesia sanctae Sophiae canonicos iustitueris, vel ad hoc impenderis operam qualemcunque, ut semper in eadem Ecclesia sit Venetus Patriarcha, neminem in ipsa ponendo canonicum, nisi juret, quod nunquam aliunde, nisi de Venetis[1]), eliget aut recipiet Patriarcham, nulla deinceps ratione super his poteris excusari. Sed nec illud observes, quod absque juramento diceris promisisse, ut neminem Archiepiscopum, praeter Venetum, in tota facias Romania.

Ne vero praetextu juratoriae cautionis aut cuiuscunque promissionis obtentu talia de cetero praesumantur, aut, si praesumta sunt, observentur, nos obligationes huiusmodi auctoritate apostolica irritamus, sub interpositione anathematis prohibentes, ne quis eas observare praesumat, tibique praecipimus, ut id canonicis sanctae Sophiae, non solum institutis, sed etiam instituendis, caute denuncies, quatenus hoc nefas valeant evitare.

Licet autem plus debueris Deum timere, quam homines, ne jurares aliquid propter homines contra Deum, si tamen in illo juramento per vim et metum extorto praescriptam adhibuisti cautelam, ut juraveris, salvo in omnibus apostolicae Sedis jure, auctoritate, reverentia et honore, nos tibi, delictum tuum humiliter confitenti, de speciali gratia indulgemus, ut huiusmodi juramentum nullum tibi possit praejudicium generare, dummodo praeceptum, quod salubriter tibi fecimus, ad salvandum jus, auctoritatem, reuerentiam et honorem apostolicae Sedis, contra cuius statuta ea, quae sunt jurata, redundant, fideliter exequaris.

Caeterum etsi praescripta nobis a tuis nuntiis secreto fuerint intimata, noveris tamen pro certo, quod quaedam eorum certa relatione prius fuerant nostris auribus patefacta. Nulli

[1]) Venetiis Rayn.

ergo omnino hominum etc. hanc paginam nostrae cassationis inhibitionis, constitutionis, praeceptionis et concessionis etc.

Datum FERENTINI, XI. Kalendas Julii, anno nono.

CLXVIII.

Petrus Ziani Dux Venetiarum bona a Marco Geno Potestate in Constantinopoli concessa monasterio s. Georgii majoris confirmat.

A. d. 1206, m. Julio.

Ecclesiae Venetae antiqua monumenta ed. Flaminius Cornelius, decadis XI parte posteriore, pag. 231 et 232. Ex autographo in archivo monasterii s. Georgii majoris Venetiarum.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo sexto, mense Julii, indictione nona. RIVOALTI.

Quia per pietatis opera Dominus propitius invenitur, ea maxime circa sacra et reverenda loca sunt, quibus divine clementie prǫ cunctorum salute precibus continuis humiliter supplicatur; tanto volumus devotius recolentes predecessorum nostrorum vestigia exercere, quanto dignitatis et honoris prerogativa nobis major est attributa.

Igitur nos, Petrus Ziani, Dei gratia Veneciarum, Dalmatic atque Chrovatie Dux, cum nostris judicibus et sapientibus consilii, collaudatione populi Veneciarum, cum nostris successoribus vobis dompno Marco, Abbati monasterii s. Georgii vestrisque successoribus et dicto monasterio datum, quod Marinus Geno, dilectus fidelis noster, vir nobilis, Potestas in Constantinopoli loco nostri residens, ad Armiro et aliis (adde *locis*) suprascripto vestro monasterio assignavit, presentis privilegii pagina confirmantes statuimus, ut ea omnia jure perpetuo habeatis plena potestate disponendi, locandi, hedificandi, redditus inde provenientes recipiendi et de ipsis redditibus, quicquid vestre voluntatis et successorum vestrorum fuerit, faciendum, nullo unquam vobis homine contradicente.

Ego Petrus Ziani, Dei gratia Dux, m. m. ss.
Ego Jacobus da Molino, iudex, m. m. ss.
Ego Marcus Maciamanus, iudex, m. m. ss.
Ego Johannes Magno, iudex, mm. ss.
Ego Marinus Gradonico, iudex communis, mm. ss.
Ego Petrus Justinianus, consiliator, mm. ss.
Ego Jacobus Basilio, consiliator, mm. ss.
Ego Dominicus Delfino, avocator communis, mm. ss.
Ego Angelus Semitcculo, avocator communis, mm. ss.
Ego Leonardus Mauroccnus, camerarius communis, mm. ss.
Ego Dominicus Ferreta tt. ss.
Ego Marcus Incynopo tt. ss.
Ego Joannes Badovarius tt. ss.
Ego Martinus Faletro tt. ss.
Ego Jacobus Barbus tt. ss.
Ego Pancratius Contarenus tt. ss.
Ego Mattheus Quirinus tt. ss.
Ego Pancratius Baroci tt. ss.
Ego Philippus Cornario tt. ss.
Ego Marcus Tonisto tt. ss.
Ego Bartholomeus Michael tt. ss.
Ego Petrus Georgius tt. ss.
Ego Benedictus Faletro tt. ss.
Ego Petrus Quirinus tt. ss.
Ego Marcus Zancayrolo tt. ss.
Ego Andreas Encius tt. ss.
Ego Marinus Donatus tt. ss.
Ego Rudolfus Betani tt. ss.
Ego Nicolaus Polani tt. ss.
Ego Jacobus Pizamano tt. ss.
Ego Dominicus Paulo tt. ss.
Ego Petrus Gausuni tt. ss.
Ego Giberto Dandulo tt. ss.

Ego Marinus Vallaresso tt. ss.

Ego Dominicus Tervisano tt. ss.

Ego Marcus Vallaressus tt. ss.

Ego Petrus . . . tt. ss.

Ego Paternianus da Putheo, subdiac. et not., complevi et roboravi.

CLXIX.

Pactum Adrianopolitanum.

A. d. 1206.

Cod. Lat. S. Marci 228, fol. 8[to]—9[to].

De his rebus hæc Villeharduinus p. 174 ed. Paris., cap. 221: *Quant ce virent li Grieu qui érent en l'ost avec Johannis*[1]) *qui s'érent a lui rendu et revellé contre les Frans, et il lor abatoit lor chastiaux et lor citez, et nul couvent ne lor tenoit, si se tindrent a mort et a traï, et parlerent ensemble, et distrent que aussi feroit il d' Andrenople et del Dimot quant il reparieroient. Et se il ces deux abatoit, dont estoit Romenie perdue a toz iorz. Et pristrent lor message privéement, si les envoierent en Constantinoble al Vernas et li prioient, que il criast merçi a Henri le frere l'Empereor Baudoin et as Venissiens, que il feissent paix a als et que il li donassent Andrenople et le Dimot, et li Grieu se torneroient tuit a lui, et ensi porroient estre li Grieu et li Franc ensemble.*

Conseil en fu pris, où i ot paroles de maintes maniéres. Mais la fin del conseil fu telx, que a Vernas et a l' Empereris sa fame, qui ere suer le roy Phelippe de France, fu octroié Andrenople et le Dimot, et totes lor apertenances, et il en feroit le servise a l' Empereor et a l' Empire.

Ensi fu la convenance faite et assouie, et la pais faite des Grex et des Frans.

Theodori Branæ dominationem Adrianopolitanam, a Latinis concessam, attigit Nicetas in Urbe capta cap. 13 (Opp. ed. Bonn. p. 830). Adde Wilken. Kreuzz. 5, 371 sq. De Branarum genealogia vide DuCang. in Famil. Byz. pag. 314 ed. Paris., pag. 175. ed. Ven.

---

[1]) Johannicius, rex Vlachiæ, coll. Niceta l. cit.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. — Anno a principio mundi sex milesimo septingentesimo quattuordecimo, indict. nona.

Nos quidem Marinus Geno, dei gratia Venetorum Potestas in Romania eiusdemque Imperii quarte partis et dimidie dominator, cum consiliis nostris, parvo et magno consilio, et cum hominibus Venecie concedimus Adrianopolitanis pertinenciam Adrianopoli cum omnibus suis pertinenciis usque ad ipsum fluuium de Caurotomo; et in hac subiectione eiusdem pertinencie uolumus esse dominum et capitaneum secundum successionem felicissimum Cesarem, nobilissimum Comniano, dominum Tehodorum Brana, et facere in eis uoluntatem suam secundum usum Grecorum.

Volumus, ut debeant conservare et defensare secundum eorum posse, videlicet capitaneus et qui super heo[1]), omnem hominem Venecie ab homine omni in corporibus, rebus ipsius mobilibus et immobilibus; et in eo tempore, cum necesse nobis fuerit adiutorium ipsorum, debeant verrare D. homines equitantes, quorum CC. cum aspergis, si terra potuerit, bona fide, sine fraude.

Et *[de]* illis terris, quas capere possumus cum adiutorio ipsorum, debeant ipsi habere partem racionabiliter secundum quantitatem multitudinis ipsorum, exceptis illis terris, quas nos Veneti habuimus, postquam cepimus terram Constantinopolitanam.

Per unumquemque annum debet habere dominus Dux Venecie vel sua pars pro dicta terra ad rationem eiusdem terre libras Manolatorum[2]) vigiuti quinque, que tunc per tempora fuerint.

Et (sc. *volumus*), ut debeant iurare omnes capitanei, qui postea fuerint, et totus populus Adrianopolitanus, qui nunc est et qui fuerit, ad dominum Ducem Venecie et ad omnes homines Venecie, ut debeant conservare, que conventa sunt inter nos et eos, firma et rata.

---

[1]) I. e. super eo, sc. sunt positi.

[2]) I. e. Manuelatorum, coll. DuCang. in Glossar. med. et inf. Græc. s. v. Μανολάτον. Adde Eund. in Glossar. med. Latin. s. v. Manlat.

In his iurauit felicissimus dominus Cesar Branas, ut debeant conservari omnia conventa ab eo [et] ab hominibus terre.

Jurauit et legatus dominus Michael Costomiris, quod omnia, que superius dicta sunt, comissa fuerint ei a nobilibus habitatoribus terre, ut taliter debeat explere.

Jurauimus et nos, ego Potestas Venctorum, dominus Marinus Geno, et primi consiliarii

dominus Johannes Barastro et
dominus Marinus Vallaresso et
dominus Maistrinso et
dominus Andreas Damulo et
dominus Marinus Gradonico

ad conservandum et custodiendum eos in personis et rebus, et ad iuuandum eos contra omnes homines, inimicos nostros et suos, sicut nobis apparebit, bona fide.

Et scriptum, quod utraque pars fecit et[1]) libertatem ipsorum, a nobis conservabitur, et faciemus ad[2]) conservari ab hominibus Venecie, sine fraude.

CLXX.

Innocentius III T(homae), Constantinopolitano Patriarchae.

Respondet super quibusdam articulis, continentibus statum Ecclesiae Constantinopolitanae.

A. d. 1206, die 2. m. Augusti.

Innoc. III epist. lib. IX, ep. CXL ed. Bréquigny T. II, p. 954.

Inter quatuor animalia, quae in medio sedis et in ejus circuitu describuntur, facies aquilae ab Ezechiele desuper ipsorum quatuor memoratur, quia inter quatuor patriarchales Ecclesias, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam et Constantinopolitanam, quae per animalia supradicta signantur, quas apostolica Sedes in medio habens, quasi filias amplectitur speciales, cui eaedem sunt in circuitu, quasi famulae, obsequentes, ipsa Constantinopolitana post apostolicam Sedem excellentia praeeminet

[1]) Leg. *ad.* | [2]) Leg. *id.*

dignitatis, ad cuius exaltationem tanto libentius aspiramus, quanto ipsam tanquam honorabilius membrum sacrosanctae Romanae Ecclesiae arctius amplexantes, ipsius auxilio temporibus istis candem amplius noscimus indigere; ac tuas, qui eidem, Domino disponente, praeesse dignosceris, petitiones libentius promovere disponimus, quibus non repugnat honestas, nec aliis praejudicium generatur, cum a nobis injuriarum actio non debeat exoriri, a quibus jura, tanquam a fonte, ad ceteros derivantur.

Licet igitur, in quantum cum Deo possumus, tuo velimus honori deferre ac tuas preces effectui mancipare, petitionem tamen illam nequivimus exaudire, qua postulasti a nobis, ut donationes Ecclesiarum et beneficiorum, a dilecto filio P*[etro]*, tituli sancti Marcelli Presbytero Cardinale, apostolicae Sedis Legato, factas, te praesente ac penitus inconsulto, cum nimiam multitudinem Ecclesiarum contulerit, easque jure perpetuo, absque tuo consensu et capituli majoris Ecclesiae, tradiderit possidendas, dignaremur auctoritate apostolica irritare; quoniam idem Legatus per suas nobis literas intimavit, quod quasdam Ecclesias, postquam a nobis literas Legationis accepit in Constantinopolitano Imperio exercendae, quibusdam Ecclesiis et locis religiosis Hierosolymitanae provinciae contulit, quibus eaedem Ecclesiae ad custodiam fuerant assignatae, ut vel sic subveniretur utcumque necessitatibus Terrae sanctae, et quasdam quibusdam aliis locis religiosis, quorum nuntii, ad vocationem carissimi in Christo filii nostri, B*[alduini]*, Constantinopolitani Imperatoris illustris, illuc accesserant, assignavit, quosdam clericos, inspecta utilitate, quae de ipsorum institutione poterat provenire, in quibusdam Ecclesiis procurans canonicos ordinare.

Verum quia visum est ei, quod ordinata per ipsum post recessum eius intenderes immutare, praesentibus dilecto filio B*[enedicto]*, tituli sanctae Susannae Presbytero Cardinale, apostolicae Sedis Legato, et multis de clero, ac etiam temetipso, omnia, quae per ipsum fuerant ordinata, Sedis apostolicae

protectioni supponens, ne ipsorum aliquid immutares, ad nostram audientiam appellavit, a tunc instanti passagio usque ad annum suae terminum appellationi praefigens. Cum igitur rationabilem terminum dictus Legatus appellationi praefixerit, quam emisit, qui ex tam rationabili causa, videlicet obedientiae bonae et obsequio Terrae sanctae, usque ad biennium ipsum potuit prorogasse, appellatione pendente, juxta canonicas et legitimas sanctiones, sicut tua fraternitas non ignorat, in ipsius absentia non debuit eorum aliquid immutari; praesertim cum praesumi valeant rite facta, donec in contrarium probaretur, et id fieri sine illorum praejudicio non valeret, quibus dictae Ecclesiae seu beneficia auctoritate apostolica sunt collata, cum nec citati fuerint, nec absentes per contumaciam seu convicti, sed penitus indefensi. Si quas vero de ipsis nos duxerimus aliquibus confirmandas, juxta communem formam id noveris faciendum, videlicet, sicut ea juste possident et quiete. Super eo vero mirari non debes, sicut idem Legatus asserit, quod ipse, te praesente ac inconsulto, Ecclesias et beneficia contulit memorata, cum et tu ipse multo majora, Ecclesiam videlicet sanctae Sophiae, quae caput Patriarchatus existit, nec non archiepiscopatus et episcopatus, ipso praesente et irrequisito penitus, qui vices nostras gerebat ibidem, curaveris ordinare. Quamvis ergo tuam propter praemissa petitionem juxta tuum desiderium nequivimus exaudire, tuo tamen, quantum cum nostra possumus honestate, volentes honori deferre, fraternitati tuae duximus concedendum, ut ii, qui Ecclesias illas seu beneficia possident, obedientiam tibi debitam exhibeant et devotam, nisi forte aliqua illarum Ecclesiarum ante captionem Regiae civitatis a jurisdictione Patriarchae legitime fuisset exempta.

Subsequentem vero petitionem, qua Ecclesias illas tibi subjici postulabas, quae, priusquam Constantinopolitana civitas caperetur, Constantinopolitano Patriarchae minime respondebant, duplici ratione non duximus admittendam. Juris namque

ratio postulavit, ut in illorum praejudicium, quibus eaedem Ecclesiae sunt subjectae, nihil ordinaremus de ipsis, cum nec citati sint nec convicti, nec per contumaciam se absentent. Id etiam modo fieri providentia dissuasit, ne Pisani ac Veneti aliique quamplures, apud Constantinopolim huiusmodi habentes Ecclesias, contra Imperium provocarentur hoc tempore; qui sunt alliciendi potius blandimentis, donec illud soliditate immobili roboretur. Quodsi jus tuum contra illos prosequendum duxeris tempore opportuno, faciemus, auctore Domino, super ipsis justitiae tibi plenitudinem exhiberi.

Super obedientia uero, quam, ut tibi faceremus impendi ab archiepiscopo et episcopis regni Cypri, similiter postulasti, fere idem, quod in praecedenti petitione, tibi duximus respondendum: cum et ipsi ante tuam extiterint promotionem exempti, quando videlicet Constantinopolitana Ecclesia erat inobediens et rebellis, et in eorum absentia circa statum ipsorum non debuerimus aliquid immutare; justitiam tamen non negabimus tibi, cum eam duxeris postulandam.

Ex parte tua praeterea fuit propositum coram nobis, quod quidam episcoporum Romaniae commoniti tibi obedire contemnunt, qui tamen episcopales redditus percipere non desistunt; quidam vero ex eis ab episcopatibus fugiunt, ne valeant commoneri, per sex menses vel amplius suam dioecesim deserentes; unde nobis humiliter supplicasti, ut super hoc tibi salubriter consulentes, qualiter circa illos et ipsorum dioeceses procedere debeas, devotioni tuae scribere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod propter novitatem mutationis Imperii et novitatem eventus sit cum maturitate plurima procedendum, fraternitati tuae taliter respondemus, ut illos non semel, sed saepe, videlicet primo, secundo et tertio citare procures; et si comparere noluerint, sed in sua duxerint contumacia persistendum, nisi forte se appellationis clypeo duxerint muniendos, quam infra tempus legitimum prosequantur, ipsos per suspensionis et

excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quodsi nec sic ipsorum duritia poterit emolliri, eos dilectus filius B*[enedictus]*, tituli sanctae Susannae Presbyter Cardinalis, apostolicae Sedis Legatus, ab episcopatuum administratione removeat, et quibus praesunt Ecclesiis, de personis idoneis una tecum faciat provideri; sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer, si expediat, facilius agi possit. In Ecclesiis autem illorum, qui se fraudulenter absentant, ne ad ipsos citatio valeat pervenire, trinae citationis edictum facias publicari; et si nec sic curaverint obedire, seu etiam ultra sex menses suas deseruerint Ecclesias, ut juxta canonicas sanctiones eis debeant merito spoliari, contra eos quoque, sicut praescriptum est, procedatur. Cum uero Legatus ad propria remearit, tibi, quamdiu nobis et successoribus nostris placuerit, personaliter duximus concedendum, ut contra praedictos rebelles praescripto modo procedas, tanquam a Sede apostolica delegatus.

Tua insuper fraternitas postulavit, ut, cum in partibus illis nimia sit episcopatuum multitudo, illos, cum nimis sint tenues, ad paucitatem redigere tibi concedere dignaremur. Nos autem ita duximus prouidendum, ut, cum id necessitas vel utilitas postulaverit, per praedictum Legatum, quamdiu in partibus illis extiterit, tuo tamen accedente consilio, valeat adimpleri, ita videlicet, ut episcopatus non uniat, sed illi, quem fecerit ad unam Ecclesiam ordinari, aliquot tales Ecclesias, secundum quod viderit expedire, committat, quatenus, si forte pro temporis necessitate de ipsis fuerit aliter ordinatum *(ordinandum)*, quod factum est, facilius valeat immutari. Legato uero ad propria redeunte, tu, si necesse fuerit, auctoritate Sedis apostolicae, tanquam delegatus a nobis, facias illud idem.

Postulasti postmodum per Sedem apostolicam edoceri, qualiter episcopatus illos debeas ordinare, in quibus Graec tantummodo commorantur, et illos etiam, in quibus permixti

sunt Graeci pariter et Latini, et quos praeficere debeas in eisdem? Ad quod fraternitati tuae breuiter respondemus, quod in illis Ecclesiis, in quibus sunt solummodo Graeci, Graecos debes episcopos ordinare, si tales ualeas reperire, qui nobis et tibi devoti et fideles existant, et a te consecrationem velint accipere humiliter et deuote. In illis vero, in quibus cum Latinis Graeci sunt mixti, Latinos praeficias, et praeferas ipsos Graecis.

Ceterum nobis supplicasti, ut de nostra tibi permissione liceret, constitutos et constituendos in Ecclesiasticis dignitatibus, baculis, mitris, annulis et sandalis insignire ac dispensare cum illis, qui omissis minoribus majores ordines recipere praesumpserunt. Nos igitur, tibi personaliter volentes facere gratiam specialem, auctoritate tibi praesentium indulgemus, quatenus illis concedas insignia supradicta, quibus secundum morem apostolicae Sedis possint honeste concedi, ac cum illis super omissione predictorum ordinum minorum auctoritate nostra dispenses, quibus literarum scientia et morum gravitas suffragantur, injuncta prius illis poenitentia competenti.

Consuluit nos insuper fraternitas tua, utrum clericos ad te sine suorum ordinatorum literis venientes et offerentes praestare corporaliter juramentum, quod sint in quovis ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promovere? Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, nisi de ipsorum ordinatione canonica per idonea tibi constiterit argumenta, eos nec in illis suscipere, nec ad majores debes ordines promovere; praesertim, antequam eorum conversatio fuerit comprobata.

Edoceri quoque de sacrificiorum et aliorum sacramentorum ritu per Sedem apostolicam postulasti, utrum debeas Graecos permittere, ut ea exerceant more suo, vel compellere ad ritum potius Latinorum. Ad quod fraternitati tuae breviter respondemus, ut eos tamdiu in suo ritu sustineas, si per te revocar

non possint, donec super hoc apostolica Sedes maturiori consilio aliud duxerit statuendum.

De clericis autem, qui Ecclesias uel praebendas sibi concessas absque justa et necessaria causa, tuo praesertim non accedente consensu, in hac detinent novitate, hoc tibi duximus rescribendum, quod, postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi ad illas redierint, possint eis juste privari, dummodo justo non sint impedimento retenti.

De monasteriis quoque Graecorum, in seculares canonicos convertendis, fraternitati tuae taliter respondemus, quod, quamdiu per regulares viros, sive Graecos sive Latinos, remanere potuerint ordinata, non sint ad seculares clericos transferenda; sed si regulares defuerint, propter eorum defectum in eis seculares clerici poterunt ordinari.

Praeterea nobis humiliter supplicasti, ut, cum difficile sit tuae jurisdictioni subjectis pro singulis quaestionibus ad Sedem apostolicam laborare, super appellationibus modum imponere dignaremur: cum igitur sanctae memoriae Gregorius Papa, praedecessor noster, duxerit statuendum, ut, si forte super rebus modicis, quae infra summam viginti marcarum subsistunt, in archiepiscoporum vel episcoporum auditoriis quaestio ventiletur, et altera partium litigantium delusorie putaverit provocandum, ipsi, eius appellatione contempta, infra fines suorum episcopatuum eligere judices, qui careant suspicione, compellant, si tamen ibidem idonei poterunt inveniri, in quorum praesentia jurgium sopiatur:—nos attendentes, quod nimis dispendiosum esset et grave propter multa maris et terrae discrimina, subditos tuos pro singulis querelis apostolicam Sedem adire, fraternitati tuae personaliter indulgemus, quatenus in causis illis, quae in tuo debent auditorio pertractari, si aliqua partium ad Sedem apostolicam provocarit, et res, super qua quaestio vertitur, summam non excesserit praetaxatam, non obstante appellationis objectu, justitia mediante procedas, vel partes compellas in aliquos compromittere, qui

appellatione remota causam audiant, et debito fine decidant; illud idem facturus de levioribus causis, praesertim inter personas minores, quae, cum sint mere spirituales, civilem non continent quaestionem. Venetos autem, habitatores Regiae civitatis, ad solvendum decimas personis et Ecclesiis Constantinopoli existentibus, quibus de jure debent, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas; non obstante consuetudine, quam habitatores Venetiarum observant, ut videlicet in morte duntaxat deciment illa, quae acquisierunt in vita: ne hoc praetextu Ecclesia Constantinopolitana suo jure fraudetur, si forsan ii, qui longo tempore Constantinopoli habitarunt, circa finem vitae suae Venetias revertantur.

Verum in his et aliis cum discretione ac maturitate procedas, impetum et facilitatem evitans, quoniam in huiusmodi satius est de tarditate aliqua, quam de velocitate nimia reprehendi.

Datum Ferentini, IV. Nonas Augusti, anno nono.

CLXXI.

Innocentius III . . . Archiepiscopo Tyrensi [1]).

Quod mittat ad curiam probationes suas super Ecclesia sancti Marci apud Tyrum, quam queruntur Veneti occupatam.

A. d. 1206, die 3. m. Augusti.

Innoc. III epist. lib. IX, ep. CXXXVIII ed. Bréquigny T. II, pag. 951.

Querelam dilecti filii, nobilis viri *[Petri Ziani]*, Ducis Venetorum, recepimus, continentem, quod tu Ecclesiam sancti Marci, cum aliis, quae habent Veneti apud Tyrum, post appellationem ad nos rationabiliter interpositam in multis contra justitiam aggravasti. Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus per te ipsum ea taliter corrigas et

[1]) Cfr. Innoc. III epist. lib. VI, ep. CXXXI. Quis ille fuerit, ignoratur, coll. Mich. Lequien. in Or. christ. T. III, 1317.

emendes, quod ei nulla de te justa remaneat materia conquerendi. Alioquin venerabili fratri nostro *[Alberto]* [1]), Hierosolymitano Patriarchae, et dilecto filio P*[etro]*, tituli sancti Marcelli Presbytero Cardinali, apostolicae Sedis Legatis, per nostras damus literas in mandatis, ut, revocato in statum debitum, si quid per te vel per alium post appellationem ad nos legitime interpositam, aut alias injuste invenerint attentatum, audiant, si quid fuerit quaestionis, et si partes consenserint, justitia vel concordia illud, sublato appellationis obstaculo, terminare procurent; alioquin causam instructam ad nostrum remittant examen, praefigentes partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui repraesentent sententiam recepturae. Si vero pars Venetorum maluerit coram nobis testes et instrumenta producere, ipsi, lite contestata, nihilominus tuas probationes recipiant, ne cogaris nimiis sumptibus et laboribus praegravari. Tu vero, lite pendente, ab ipsorum molestatione indebita conquiescas.

Datum Ferentini, III Nonas Augusti, anno nono.

CLXXII.

Innocentius III nobili viro (Petro Ziani), Duci et populo Venetorum.

Reprehenduntur super invasione Jadertinorum, et hortatur eos, quod sint devoti.

A. d. 1206, die 5. mensis Augusti.

Innoc. III epist. lib. IX, ep. CXXXIX, ed. Bréquigny T. II, pag. 952. Cfr. Raynald. l. l. a. 1206, §. 37.

Apostolicae servitutis officium laudabiliter exercemus, si, juxta quod docet apostolus, arguimus, obsecramus et increpamus in omni patientia et doctrina.

Quia ergo pater filium, quem diligit, corripit, et Deus, quos amat, arguit et castigat, idcirco, dilectos filios, nobiles viros R. Permar. et P. Quir. [2]), nuntios vestros, ad Sedem

---

[1]) Ughelli Ital. sacr. (ed. 2) IV, 787.

[2]) I. e. Premarinum . . . Quirinum.

apostolicam accedentes, paterno corripuimus affectu, vos in ipsis potius increpantes super multis et magnis offensis, quas non solum in Deum et Romanam Ecclesiam, verum etiam in populum Christianum, et vos ac proximos vestros nequiter commisistis, praesertim in Jadertinae civitatis excidio, ubi et vos deviastis et exercitum Domini deviare fecistis a dextera in sinistram, impugnantes populos Christianos, cum debuissetis expugnare perfidos Saracenos, repellendo apostolicae Sedis legatum et excommunicationis sententiam contemnendo, violato crucis voto in injuriam Crucifixi.

Ut enim de multis iniquis operibus taceamus, quae apud Constantinopolim perpetrastis, diripiendo Ecclesiarum thesauros et possessiones ecclesiasticas invadendo, volentes quasi hereditario jure sanctuarium Domini possidere, propter quod etiam pactiones illicitas extorsistis: dicite nobis, quando vos tantum damnum restaurare poteritis Terrae sanctae, cum averteritis exercitum Christianum tam grandem, tam nobilem, tam potentem, adductum et congregatum tam magno studio et labore, tam multis sumptibus et expensis, per quem procul dubio sperabatur, quod non solum Hierosolymitana provincia recuperari deberet, verum etiam magna pars regni Babylonici occupari? Si enim sibi potuit Constantinopolim et Graeciam subjugare, quanto potius potuisset Alexandriam et Aegyptum, ac per hoc eripere Terram sanctam de manibus Paganorum?

Certe, licet gratum sit nobis, quod Constantinopolis rediit ad obedientiam sacrosanctae Romanae Ecclesiae, matris suae, gratius tamen nobis fuisset, si Hierusalem redacta esset in potestatem populi Christiani. Neque putetis, quod ideo minime peccaveritis, quod civitas una vel altera tradita sit vobis et illis, magis divino judicio, quam potentatu mundano; quia saepe placet Deo passio flagellati, quando displicet ei actio flagellantis, sicut evidenter ostenditur auctoritatibus tam novi, quam veteris testamenti.

Non ergo nostrae duritiae imputetis, sed vestrae ascribatis offensae, quod preces, quas pro palleo destinando *[Leonardo]* [1]), abbati sancti Felicis, quem vos Jadertinum appellatis electum, per praedictos nobis nuntios porrexistis, nondum duximus admittendas, quia, cum ex iis, quae per vos acta sunt contra Jaderam, nimis contra vos scandalizatus sit populus Christianus, noluimus propter vos aliquid agere circa Jaderam, per quod amplius contra nos scandalizari deberet Ecclesia generalis: quod utique fieret, si ad petitionem vestram ei palleum largiendo absque omni satisfactione tantam remisisse videremur offensam; cum juxta sententiam Salomonis, *in quo quis peccat, in eo sit puniendus;* quamvis haec dilatio non tam poena sit, quam cautela, per quam et nobis et vobis intendimus providere.

Licet enim in hac parte non peccaverint Jadertini, quia tamen Metropolitica dignitas propter vestrum honorem specialiter fuit illis ab apostolica Sede concessa, ut videlicet Ecclesia vestra non solo nomine, sed pleno jure Patriarchalem dignitatem haberet, cum ei subjecta fieret metropolis Jadertina, magis in hoc vestram culpam, quam illorum poenam volumus denotare; cum nec novum sit, nec absurdum, si quando puniantur subditi pro praelatis, sicut absque propria culpa punitus est populus Israëlis, quando David in ipsius enumeratione peccavit.

Hoc itaque vobis per nuntios vestros et nostras literas respondemus, ut vos ad satisfactionem Deo et nobis offerendam et exhibendam humiliter inclinetis, saltem illorum exemplo, qui, licet minus peccaverint, quoniam ad hoc facinus perpetrandum per vos tracti fuerunt, ad satisfaciendum tamen se nobis firmiter obligarunt, quatenus, cum non excusando, sed accusando vestram offensam divinam et nostram imploraveritis

---

[1]) Cfr. Ughelli l. l. V, 1424. Sedem Jadertinam vacasse eo tempore, testatur fragmentum tabulæ apud Lucium de regno Dalmatiae p. 157. Farlati, Illyr. sacr. V, 71.

indulgentiam, ad satisfactionem vos congruam exponentes, nos, qui vestram, quoad Deum, desideramus salutem, et vestrum, quoad homines, affectamus honorem, et in his et in aliis, quae digne duxeritis postulanda, vos exaudire curemus.

Interim autem correctionem vestram aequanimiter expectantes censuram illam suspendimus, quam universorum pene sententia in vos asserit exercendam, ut, cum Domino inspirante conversi fueritis, non solum remittamus vindictam, verum etiam gratiam impendamus. Nec se quisquam excuset, quod his gerendis corpore non interfuit, si forsan his gestis etiam corde consensit, quia facientes et approbantes similis culpa condemnat.

Placeant igitur vobis, dilectissimi filii, verba nostra, licet in cortice aspera, tamen suavia in medulla; quia, sicut ille novit, qui nihil ignorat, de corde puro et conscientia bona et fide non ficta procedunt; ut, sicut meliora sunt amici verbera, quam oscula inimici, sic vos magis delectet patris correctio, quam adulatio peccatoris. Non ergo vos pudeat sub illius humiliari potentia, *qui solo nutu potest humiliare superbos, et humiles exaltare*, concessam vobis victoriam non vestrae virtuti, sed divinae potentiae ascribentes, quae, licet forsan occulto, justo tamen judicio per vos alios voluit flagellare; scientes, quod nihil est magis abominabile Deo, quam ingratitudinis monstrum et prodigium arrogantiae, quorum utrumque de cordis tumore procedit.

Nobis quoque cum devotione curetis obedientiam et reverentiam plenariam exhibere propter illius gloriam et honorem, cujus, licet immeriti et indigni, vicem gerimus et locum tenemus, ut ipse vos in praesenti protegat et exaltet, et in futuro glorificet et coronet, qui est Rex regum et Dominus dominantium, Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dat. FERENTINI, Nonis Augusti, anno nono.

CLXXIII.

Innocentius III T(homae), Constantinopolitano Patriarchae.

Praecipitur observari compositio facta inter eum et moderatorem Imperii Constantinopolitani.

A. d. 1206, die 5. mensis Augusti.

Innoc. III epist. lib. IX, ep. CXLII ed. Bréquigny T. II, pag. 958. Cfr. huius Coll. nr. CLXV.

Instantia nostra quotidiana, sollicitudo uidelicet Ecclesiarum omnium, quae nobis imminet, Domino disponente nos admonet et inducit, ut iis, quae deliberatione provida pro Ecclesiarum utilitatibus ordinantur, robur apostolicum apponamus, ne tergiversatione malorum, qui Ecclesiarum profectibus invident et quieti, ea in detrimentum ipsarum valeant revocari.

Cum igitur inter te et clerum tibi commissum ex una parte, et dilectum filium, nobilem virum, Henricum, moderatorem Constantinopolitani Imperij, Barones, Milites et populum ex altera, super recompensatione facienda Ecclesiis de possessionibus earundem, amicabilis compositio intercesserit; nos, necessitatem temporis attendentes, compositionem ipsam, sicut sine vi et dolo provide facta est, et ab utraque parte de certa scientia libere ac sponte recepta, praecipimus firmiter observari, dummodo circa possessiones et proventus huiusmodi nulli praejudicium generetur. Ad majorem autem notitiam, formam compositionis eiusdem, prout continetur in instrumento exinde confecto, de verbo ad verbum huic paginae duximus inscrendam.

„In nomine domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo sexto, mense Martii, indictione nona. Constantinopoli.

„Haec est forma concordiae factae inter dominum Benedictum, tituli sanctae Susannae presbyterum Cardinalem, apostolicae Sedis Legatum, et dominum Thomam Maurocenum, sanctae Constantinopolitanae Ecclesiae Patriarcham ex una parte,

et dominum Henricum et Barones et Milites et populum ex alia, in conquisitis et acquirendis intra et extra Imperium Romaniae.

„Dominus Henricus de consilio et assensu omnium Principum, Baronum, Militum et populi dat Ecclesiis et promittit se daturum in earundem recompensationem possessionum, sicut inferius denotatur, extra muros civitatis Constantinopolitanae, quintamdecimam partem omnium possessionum, civitatum, castrorum, casalium, camporum, vinearum, nemorum, silvarum, pratorum, pomeriorum, hortorum, salinarum, passagiorum, teloneorum terrae et maris, piscariarum in mari et in aqua dulci, et omnium possessionum, etsi in praesenti scripto non reperiantur in solidum declaratae, his exceptis, quod de terra, quam habent iuxta muros nominatae civitatis, a porta aurea usque ad portam Blachernae, infra murum ipsius et mare, dare quintamdecimam nullatenus tenebuntur; nec etiam de casalibus monetae, in quorum repensationem casalium dominus Henricus et praedicti secundum eorundem casalium valorem in prima conquisitione satisfacere de quintadecima Ecclesiis tenebuntur.

„De commercio, quod infra Constantinopolim vel extra nomine civitatis receperint, quintamdecimam non dabunt. Si in ipsa civitate Constantinopolitana nomine alterius ciuitatis aut loci vel alibi commercium solvetur, quintamdecimam dabunt Ecclesiae: si vero cum aliqua civitate, vel castro, vel terra, vel insula, quam dominus Henricus subjugare sibi et Imperio non poterit, per annuum censum compositum fuerit, quintamdecimam dabunt Ecclesiae; sed si feudare vel donare vel alienare voluerit, hoc faciat, salva primo Ecclesiarum quintadecima parte.

„Divisiones possessionum inter Ecclesiam et praedictos hoc modo fient, quod boni viri, post bullatum praesens instrumentum infra octo dierum spatium ab utraque parte eligentur, qui, jurati bona fide de possessione cujuslibet terrae et aquae quindecim partes facient et sortes mittent, si aliter convenire non possint; et supra quam sors ceciderit Ecclesiae, erit Ecclesiae.

Haec autem usque ad Pentecostes festum proximum venturum bona fide complebuntur.

„Claustra quoque omnia, tam infra civitatem, quam extra, libera erunt Ecclesiae, nec in quintadecima parte computanda. Si de quantitate claustrorum quaestio oriatur, utraque partium eligat virum idoneum post quaestionem motam infra octo dierum spatium; et illi duo per sacramentum suum tertium eligant; et quod illi tres, vel major pars eorum, adstricti sacramento infra viginti dies super hoc bona fide duxerint faciendum, stabile, permaneat. Si pro ardua necessitate terrae antiqua claustra fuerint incastellanda, incastellentur de assensu domini Patriarchae vel dioecesani episcopi; qui si eum incastellatoribus concordare nequiverint, sicut supradictum est, de claustris quaestio terminetur.

„Dabunt etiam decimas Latinorum omnium in perpetuum, videlicet de blado, legumine et omnibus fructibus terrae et vinearum, quas excolent, vel propriis sumptibus excoli facient, et de fructibus arborum et hortorum, quos paterfamilias in usus comedendi et munusculorum bona fide convertet. De nutrimentis animalium quadrupedum, et de apibus et lanis decimae solventur; et si progressu temporis Ecclesia a Graecis decimas per exhortationem et admonitionem acquirere poterit, per eos nullum impedimentum praestabitur.

„Praeterea clerici, et Ecclesiae universae et earum possessiones, et manentes in ipsis possessionibus et Ecclesiis, et religiosae personae, tam Graecorum quam Latinorum, et morantes cum praedictis, et claustra Ecclesiarum, et habitantes in eis, et qui ad Ecclesiam confugerint, liberi erunt ab omni laicali jurisdictione, secundum liberaliorem consuetudinem Franciae, salva in omnibus auctoritate Ecclesiae Romanae, necnon et Constantinopoleos, et honore et jure domini Patriarchae et Imperatoris et Imperij, et salvis in omnibus capitulis supradictis.

„De terris vero, quae Deo volente de cetero conquirentur, primo habebit Ecclesia quintamdecimam partem, antequam alicui distribuantur. Haec autem omnia dominus Henricus et Barones ipsius bona fide attendent, et curabunt pro posse effectui debito mancipare. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam concordiae vel pactionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc.

„Hanc autem compositionem dominus Patriarcha pro se et successoribus suis, et haec, excepta communi parte Venetorum, se firmiter observaturos promiserunt.

„Datum CONSTANTINOPOLI, apud sanctam Sophiam, XVI. Kal. Aprilis."

Nulli ergo etc. hanc paginam nostrae praeceptionis infringere etc. Si quis autem etc.

Datum FERENTINI, Nonas Augusti, anno nono.

CLXXIV.

Juramentum factum per Henricum, Imperatorem Constantinopolitanum, Marino Geno pro partitione Romanie.

A. d. 1206, die 12. m. Augusti.

Liber Albus fol. 42—43. Liber Pactorum I, 153^v. II, 195^v. Andreas Dandulus in chronico l. c. p. 334. Vide nr. CLVII hujus Collectionis. Laurentius de Mon. pag. 143: *Henricus Daghon, frater Balduini defuncti, eligitur Imperator, et, antequam a Patriarcha coronam susciperet, approbavit foedera inita per Francos et Venetos ante urbis captionem.*

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo sexto, mensis Augusti, indictione nona. CONSTANTINOPOLI.

Cum adstaremus nos quidem Henricus, moderator Imperij Constantinopolitani, ante altare sancte Sophie, ut deberemus coronari a domino Patriarcha secundum Dei prouidentiam, iurauimus nobili uiro Marino Geno, Potestati Venetorum in Romania,

in presencia domini Benedicti, tituli sancte Susanne presbiteri Cardinalis, domini Pape Legati, et domini Thome Maurceeni, Dei gracia sancte Constantinopolitane ecclesie Patriarche, et electi Archiepiscopi Thebani, et Rauli de Taluria et Terris de Lost[1]), et aliorum plurium, obseruare per nos et facere obseruari pactum scriptum, quod cum prenominato Marino Geno fecimus mense Octobris nuper transacto, indictione nona, de omni ordinatione, particione et examinatione facta per partitores, qui fuerunt constituti per dominum Balduinum, nominati Imperij bone memorie Imperatorem, et per dominum Henricum Dandulum, condam Ducem Venetorum, ac dominum Bonifacium, Marchionem Montisferrati, ceterosque Barones, peregrinos ac omne comune tocius exercitus, qui Constantinopolitanum Imperium acquisicrunt, et cetera, ut in ipso legitur; et pactum, factum condam anno domini millesimo ducentesimo quarto, mense Marcii, indictione septima, per nobilem uirum, Henricum Dandulum, condam Ducem Venetorum, et per Bonifacium, Marchionem Montisferrati, et per Balduinum, Comitem Flandrensem, et per Ludovicum, Comitem Blesensem et Claremontis, et Hugonem, Comitem sancti Pauli, et omnia alia pacta et institutiones, facta tam cum scriptis, quam sine scriptis, imperpetuum iuravimus obseruare.

Actum est hoc die duodecimo exeunte, prenominato mense Augusto.

Ego Oto, sancti Yeremie presbiter et notarius, rogatus, ut scriberem, interfuy, scripsi, compleui et roboraui.

Ego Viuianus, scriptor, notarius et iudex domini Henrici Imperatoris, autenticum huius uidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inueni, ideoque fideliter in libro isto exemplaui, et propria manu mea firmaui atque subscripsi.

---

[1]) Apud Villehard. l. l. c. 168 et 210: *Raous de Tabarie, Tierris de Los* Inde h. l. emenda.

CLXXV.

Innocentius III Patriarchae et capitulo Constantinopolitano.

Quod recipiant C. clericum in canonicum Ecclesiae sanctae Sophiae.

A. d. 1206, die 25. m. Augusti.

Innoc. III epist. lib. IX, ep. CXLVIII ed. Bréquigny T. II, pag. 965.

Novellae plantationis initium, quam per insperatae novitatis eventum Ecclesia Constantinopolitana recepit, magnae sollicitudinis studio incrementum recipere convenit et processum, ut inchoata feliciter dispositione provida dilatentur, et stabilitatis robore salubriter fulciantur; quod eo facilius potĕrit provenire, si viri scientia et honestate conspicui in Constantinopolitanis Ecclesiis collocentur, qui utique non solum honestis monitis, sed etiam sunt munificentiis inducendi, ut ad Constantinopolitanam transeant civitatem, ut, quanto majoribus periculis se expouunt, tanto amplioribus beneficiorum retributionibus honorentur.

Cum igitur dilectus filius P*[etrus]*, tituli sancti Marcelli presbyter Cardinalis, apostolicae Sedis Legatus, dilectum filium magistrum C., familiarem suum, in Ecclesia sanctae Sophiae Constantinopolitana canonicum instituerit, nos, institutionem ipsius, utpote canonicam, approbantes, discretioni vestrae per apostolica vobis scripta praecipiendo mandamus, quatenus magistrum ipsum, quem suae probitatis intuitu carum habemus admodum et acceptum, qui etiam vobis et Ecclesiae vestrae tam per se, quam per Cardinalem ipsum existere poterit plurimum fructuosus, recipientes in ejusdem Ecclesiae canonicum et in fratrem, in corporalem possessionem ipsius eumdem inducere ac inductum defendere, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, uullatenus postponatis.

Nolumus autem, quod idem magister ex eo debeat aliquatenus impediri, quod dicti Cardinalis mandatis obediens cum ejus literis ad Sedem apostolicam laboravit. Sicut enim ipsi studuit hactenus fideliter deservire, sic vobis seruire curabit, ut credimus, efficaciter et devote. Volumus etiam, quod eidem clerico non obsistat, quod in praedicta Ecclesia sanctae Sophiae certum canonicorum numerum tu, frater Patriarcha, diceris statuisse, cum id institutioni praedicti Cardinalis non debeat derogare. Taliter autem studeatis nostrum adimplere mandatum, quod propter hoc saepedictus clericus non cogatur ad nos denuo laborare. Non enim possemus hoc aequanimiter sustinere, cum ab orientalibus partibus ad apostolicam Sedem transitus sit difficilis et multipliciter impeditus.

Dat. Ferentini, VIII. Kal. Sept., anno nono.

CLXXVI.

Henricus, Imperator Constantinopolitanus, de varia Latinorum in Imperio fortuna.

A. d. 1206, m. Septembri.

Ex cod. Aquicinctini monasterii ed. Marten. coll. ampl. T. I, 1073 et nuper Buchon. recherches et matériaux etc. T. II, p. 153. Cfr. Recueil des historiens T. XVIII, p. 527. De rerum nexu adeas Villehard. l. c. 208 sqq. Wilken. Kreuzz. 5, 392—398.

„Henricus, Dei gratia fidelissimus in Christo Imperator, a Deo coronatus Romanorum moderator et semper augustus, carissimo fratri suo Gaudefrido, sancti Amati de Duaco preposito, salutem et fraterne dilectionis affectum.

„Quantum honorem quantamve gloriam terra Flandrie et Hainonie, totaque progenies nostra in eternum in captione Constantinopolitani Imperii sit adepta, non solum in terram nostram, verum etiam per quatuor mundi climata, divina potentia credimus esse delatum: et hoc a Domino factum est, et est mirabile in

oculis nostris, cum unus persecutus est mille, et duo dena millia fugarunt et transmoverunt. Nullis etiam predecessoribus nostris tantam contulit gloriam et honorem, quantam domino et fratri nostro, Balduino Imperatori, et nobis tradidit et donavit; de quo tanto ipsi Domino, e quo omnis virtus et victoria venit, immensas tenemur grates referre, quanto, nullis meritis nostris precedentibus, de tam magno et excellentissimo Imperio ex insperato victoriam dedit. Et quia non minor est virtus, quam querere, parta tueri, licet Deus miraculose nobis tradiderit Imperium Romanum, non tamen illud possumus absque consilio et auxilio amicorum nostrorum conservare, presertim cum eis pre omnibus aliis totius Christianitatis incumbat, manutenere et defendere prefatum Imperium, ad honorem Dei et nostre propaginis exaltationem et gloriam, ad ulciscendum sanguinem domini et fratris nostri Imperatoris et aliorum consanguineorum ac principum crudeliter effusum.

„Ad hec fraternitati vestre credimus non latere, qualiter, peccatis nostris exigentibus, dominus Imperator Constantinopolitanus, Balduinus, frater et predecessor noster, occisa et capta magna parte suorum (quod sine cordis amaritudine et dolore maximo dicere non possumus) a Commannis in bello ante Adrianopolim captus fuerit et detentus, et a Johannicio, sancte crucis inimico, crudeliter incarceratus. Postmodum cum Principes et Barones et Milites nos in Imperii bajulum elegissent, egressi ab urbe Regia cum exercitu nostro, civitates et castella plurima, que nobis rebellia fuerant, Imperio subjugavimus; et munitis marchiis nostris, circa festum sancti Remigii Constantinopolim reversi fuimus.

„In munitione vero cujusdam civitatis, que Rossa [1]) dicitur, Theodoricum de Tenremonde, utique strenuum et discretum,

[1]) Rusium (Ῥούσιον) Byzantinorum, coll. Symbolis critt. Commentat. II, nr. 83. Est quærendum prope Aenum urbem, ex oriente.

cum multis militibus et serjantis reliquimus; et dum morarentur ibidem, circa purificationem beate Marie, nuntiatum est eis, Blacos prope Rossam castrum quoddam occupasse; qui de Rossa de nocte recedentes[1]) armati, Blacos, quos illic invenerunt, occiderunt, et castro dejecto cum preda et equitaturis Blacorum versus civitatem suam rediere. Quibus recedentibus ex insidiis prope Rossam occurrit multitudo Blacorum et Commannorum, et congressu facto ex utraque parte, proh dolor! ultione divina, nostri fere omnes occisi sunt, vel capti; illi vero, quibus custodia civitatis commissa fuerat, circiter 40 milites de nocte cum serjantis suis recedentes ad nos sani rediere. Et sic Dominus flagello flagellum adjiciens, meritis nostris perversis exigentibus, ibi vultum indignationis sue nobis ostendit.

„Inter hec autem et alia infortunia nostra: cum Philippopolis, civitas maxima et munitissima, terre Johannicii vicina, ad mandatum Imperatoris Balduini, fratris et predecessoris nostri, Reinerium de Trit, virum famosissimum, in dominum recepisset, auditis infortuniis nostris contra eum dolose insurrexit; et tandem a civibus civitatis extra eam ejectus in quoddam castrum jam dicte civitatis vicinum, quod ante callide premuniverat, labore non modico mediante, cum suis paucis tamen se recepit. Postmodum dicti cives pacem cum Johannicio juraverunt; deinde malitiam eius presentientes, ab eius dominio se subtrahentes, unum ex se ipsis Imperatorem creaverunt. Quod factum cum ad Johannicium pervenisset, Johannicius cum infinita Blacorum et Commannorum multitudine ad prelibatam civitatem veniens, eam obsedit. Cives vero ejus minime resistere potentes, tam civitatem, quam se ipsos, interposito tam ab eo, quam ab eius Patriarcha juramento super hoc, quod nullam eis vel civitati inferret molestiam, voluntati ejus exposuerunt. Qui dum potestatem super eos haberet, civitatem ingressus, religionem juramenti, sicut de consuetudine habet, contemnendo, quoscunque in

[1]) procedentes?

civitate invenit, a majori usque ad minimum, diversis tormentorum generibus affecit, nobiles universos, quosdam suspendio, quosdam aqua bullienti, quosdam aliis tormentorum penis, que vix ab homine excogitari possent, subjiciens nequiter interfecit. Deinde omnes plebeios, tam masculos, quam feminas, in terram suam mittens, civitatem funditus subvertit, et paulo post cum 100,000 hominum et eo amplius, utpote Blacorum et Commannorum, qui, cum omni lege careant, Sarracenis deteriores sunt, universam Romaniam discurrens, tam castra, quam civitates, quarum habitatoribus tam super securitate, quam et fidelitate juramentum prestiterat, prosternens, tandem Ditimoticum obsedit, et nobilibus omnibus, quos vi vel fraude opprimere potuit, interfectis, universos plebeios cum universa preda sua et omnibus eorum mobilibus in Blakiam transmisit.

„Cives vero de Adrianopoli et de Ditimotico, qui ei primitus juraverant, ejus nequitiam et infidelitatem considerantes, nuncios suos ad nos quam citius destinaverunt, nobis ex parte sua pacem, subjectionem et perseverantem concordiam offerentes; nos vero, qui[1]) eos ad amorem nostrum reciperemus, immo in brevi succurreremus, casum terre imminentem procul dubio presentientes, quicquid in nos deliquerant, eis benigne remisimus.

„Ad hec, consilio cum consiliariis et Baronibus inito, super exitu nostro deliberavimus, et de communi consilio nostro Regiam civitatem exeuntes, minimo tamen comitatu suffulti, proditionem semper Grecorum dubitantes, inimicum nostrum innumera multitudine gentium munitum versus Ditimoticum, quem jam fere expugnaverat, festinanter fuimus insecuti. Qui adventum nostrum presentiens castrum, quod obsederat, derelinquens in fugam cum universo exercitu suo se convertit. Nos vero divino fulti

---

[1]) Edd. f. nisi. Recte.

subsidio Adrianopolim et maximam partem Bulgarie transeuntes, usque ad castrum, in quo Reinerius de Trit quasi incarceratus morabatur, in manu potenti viriliter fuimus insecuti, et ibidem tam per nominatum Reinerium, quam per certos nuncios et famam publicam, quam nefande et nequiter dominum et fratrem nostrum Imperatorem, et universos, quos de nostris captivos tenebat (quod sine cordis amaritudine dicere non possumus), Johannicius, crucis inimicus, interfecerat, veraciter didicimus. Deinde dicto Reinerio et sano et incolumi viriliter recuperato, de communi Baronum nostrorum consilio apud Constantinopolim, quibusdam de nostris, paucis tamen, in Adrianopoli, terre adjacentis ob munitionem relictis, cum maximo triumpho per Dei gratiam sumus reversi.

„Verum cum Principes et Barones et totus populus Francie in Constantinopolitano Imperio commorantes de obitu Imperatoris essent certificati, et jugiter videretur Johannicius cum multitudine magna Blacorum et Commannorum universam discurrere Romaniam, et castella civitatesque destruere circumquaque, petebant instanter caput habere et rectorem, qui de consilio domini Benedicti, venerabilis Cardinalis, apostolice Sedis Legati, ad Patriarcham[1]) accedentes, postulaverunt ab eo, ut nobis daret coronam, presertim cum nullus esset in Imperio Romano, cui de jure dari oporteret, nisi nobis. Patriarcha vero una cum populo Venetorum, licet in principio contra nos disputaret, tamen ad persuasionem domini venerabilis Cardinalis, apostolice Sedis Legati, cuius patrocinium et favorem semper invenimus gratia sua nobis et toti Imperio non modicum esse paratum; et ad nostram et Baronum nostrorum instantiam dominica post Assumptionem beate Marie[2]) nos in Imperatorem benigne et coronavit et inunxit.

---

[1]) Thomam Morosinum. | [2]) 20. Aug. 1206.

„Sane die tertia post coronationem nostram veraciter audivimus, Johannicium terram nostram iterato intrasse, et cum innumero populi multitudine Adrianopolim obsedisse. His auditis, cum exercitu nostro, modico tamen, Regiam exivimus civitatem; et cum predicte civitati appropinquassemus, prenominatus curie[1]) et sancte Romane Ecclesie inimicus dictam civitatem fugiens quam citius dereliquit. Nos vero in compositione presentium adhuc eum per Bulgariam insequebamur, de ejus dejectione et exaltatione nostra, divina mediante gratia et amicorum subsidio, confidentes.

„Ergo ut ipsum Imperium possimus ad honorem et obedientiam sancte Romane Ecclesie et salutem totius Christianitatis regere, fraternitati vestre mandamus, monemus et sicut possumus exoramus, quatenus non solum in nostrum, sed et Terre sancte et Christianitatis succursum, nec non et ad ulciscendum sanguinem domini et fratris nostri nequiter effusum, et aliorum, qui in Romania ad exaltationem sancte Romane Ecclesie militabant, quorum corpora bestiis terre et volatilibus celi in escam posita sunt, et ad dedecus nostrum vindicandum, et tunicam domini inconsutilem scissam uniendam, consilium et auxilium vestrum modis, quibuscumque potestis, diligenter adhibeatis; maxime fratrem nostrum Philippum, Marchionem Namurcensem, et omnes, quoscumque poteritis, ad hoc inducatis: sciturі pro certo, quod cum 600 militibus et 10,000 serjantorum per universum Romanie Imperium, divino mediante subsidio, negotium Dei procul dubio plenarie promoveremus, et sanguinem domini et fratris nostri pariter et dedecus nostrum vindicare possemus.

„Datum apud Adrianopolim in exercitu nostro, anno Domini 1206, mense Septembri.“

---

[1]) Corr. crucis, recte edd.

CLXXVII.

Benedictus de Salmaza promittit Benedicto Faledro, Patriarchæ Gradensi, censum seu affictum pro quadam terra posita in Constantinopoli.

A. d. 1206, mense Octobri.

Edidit Flaminius Cornelius, Eccles. Venet. IV dec. (T. III), p. 84, ex archivo Patriarchali.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi, 1206, mense Octobris, indictione X. CONSTANTINOPOLI.

Post concessionis cartam, quam Johannes Bono, de confinio sancte Marie Formose, mihi Benedicto de Salmaza, habitator in Constantinopoli, fecit hoc eodem suprascripto anno et mense et eadem indictione et cetera, ut in ea legitur, per virtutem unius concessionis carte testate et roborate, quam vos, dom. Benedicte Faletro, Dei gratia Gradensis Patriarcha et Dalmacie Primas, eidem Johanni Bono, dilecto nepoti vestro, fecistis hoc presenti anno de mense Marcii, indictione IX, Rivoalti, et hec et cetera, nt in ea legitur: — promittens promitto ego quidem dom. suprascriptus Benedictus de Salmaza cum meis heredibus, vobis, namque suprascripto dom. Benedicto Faletro, Dei gratia Patriarche Gradensi et Dalmatie Primati, *[et]* vestris successoribus, quod a Kal. Septembris nuper transactis per suprascriptam indictionem in antea usque ad viginti novem annos expletos debeam per me, aut per meum missum dare et deliberare annuatim Constantinopoli vestro nuntio aut missis vestri successoris yperperos auri recti ponderis quindecim: medietatem in singulis Kalendis mensis Septembris, et aliam medietatem in singulis Kalendis mensis Marcii, excepto periculo incendii et violentia Senioris.

Videlicet pro terratico unius pecie de terra vacua, posita in Constantinopoli foras muri civitatis in scala majori, in ripa

de prima[1]), que est de jure vestri Gradensis Patriarchatus, que habet in sua longitudine pedes triginta et in latitudine sua pedes duodecim, secundum quod firmat uno suo capite in terra vacua suprascripti Patriarchatus; ab alio vero suo latere firmat in via communi. Uno suo latere firmat in terra, quam tenet Johannes Bono, quondam habitator in Rodisto, nunc vero habitator in Constantinopoli, pro eodem Patriarchatu. Ab alio autem ejus latere firmat in terra vacua jam dicti Patriarchatus. Hanc namque suprascriptam et predesignatam peciam de terra jamdictus Johannes Bono, nepos vester, dedit et concessit mihi ad fictum a Kal. suprascripti mensis Septembris in antea usque ad viginti novem annos expletos per suprascriptam concessionis cartam, testatam et roboratam, ut in ea legitur. Super quam peciam de terra plenissimam virtutem et potestatem mihi dedit suprascriptus Johannes Bonus, edificia et mansiones faciendi et reedificandi, quanta et qualiacumque mihi placuerit, superius et inferius, negotia atque meas utilitates ibi exercendi, aliisque hominibus dandi, locandi, concedendi, et fictum, sicut bonum videbitur, inde accipiendi, usque ad suprascriptum terminum, nullo mihi homine contradicente.

Ad completum vero suprascriptum terminum tota ipsa edificia et mansiones, quas desuper ipsa pecia de terra habuero, incolumes vobis et vestro successori reddere debeo, excepto periculo incendii et violentia Senioris.

Quodsi peccato imminente suprascripta edificia et mansiones, quas desuper ipsa pecia de terra *[habuero]*, combusta fuerint aut ablata per vim alicujus Potestatis, post transactionem ipsius incendii et violentie ipsa suprascripta pecia de terra in me debet evenire, donec expletus fuerit terminus, qui mihi defecerit[2]); tamen persolvere

---

[1]) An de Perama? Cfr. DuCang. Cp. chr. I, p. 16.

[2]) Hæc apud Corn. perversa.

debeo suprascriptum terraticum, sicut superius est denotatum.

Potestatem quoque habere debeo tenendi tabulas ad cambium super ipsa pecia de terra ad suprascripti Patriarchatus utilitatem et meam.

Si igitur contra hanc promissionis cartam ire temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus vobis et vestris successoribus auri libras quinque; et hec promissionis carta maneat in sua firmitate.

† Ego Benedictus de Salmaza m. m. ss.

† Ego Johannes Bono tt. ss.

† Ego Matheus Gorio tt. ss.

L. S. Ego Nicolaus Tinto, pleb. S. Nicolai et not., complevi et roboravi.

CLXXVIII.

Innocentius III Patriarchæ Constantinopolitano.

Confirmatur sententia lata contra Venetos, intrantes Ecclesiam suam violenter propter iconam capiendam.

A. d. 1207, die 15. m. Januarii.

Innoc. III epist. lib. IX, ep. CCXLIII ed. Bréquigny T. II, pag. 1042. Raynaldus l. l. a. 1207, §. 19.

Ex tenore literarum tuarum nostris fuit auribus intimatum, quod, cum carissimus in Christo filius H*[enricus]*, Constantinopolitanus Imperator illustris, quandam iconam, in qua beatus Lucas evangelista imaginem beatæ Virginis propriis manibus dicitur depinxisse, quam ob ipsius Virginis reverentiam tota Graecia veneratur, et quasdam reliquias, quae erant in capella majoris palatii, ponendas in Ecclesia sanctae Sophiae tibi duxerit conferendas, Venetorum Potestas cum ipsis Venetis ad tuam accedens praesentiam, ipsam iconam a te cum instantia postulavit, asserens, eam sibi a praefato Imperatore fuisse promissam: tu uero cum cognosceres, eos in illa nihil juris habere, ipsius

petitioni acquiescere noluisti; sed, cum ille diutius institisset, tale ipsi dedisti responsum, quod illam ei nec dabas, nec conferebas, ironice addens, quod ipsam acciperet, si tunc eam posset in Ecclesia reperire. Clausa quippe erat Ecclesia, et praefata icona in ea non erat, sed in sacrario sub sera triplici collocata. Verum, cum a te obtinere nullatenus potuisset, ut reseraretur Ecclesia, in cuius sacrario erat icona praedicta, ab ala ipsius Ecclesiae quemdam in ipsa per funem fecit demitti, qui quaerens per Ecclesiam saepedictam iconam, et non inveniens, de mandato Potestatis praedictae unam de magnis Ecclesiae ianuis per violentiam reseravit. Porro Veneti Ecclesiam ipsam violenter intrantes, cum locum, ubi erat icona, per quemdam Graeculum didicissent, sacrarii ostia frangere inceperunt. Quod cum ad tuam notitiam pervenisset, amaritudine plenus ad alam Ecclesiae accessisti, et desuper aspiciens sacrilegium perpetrantes, ex parte omnipotentis Dei, sub interdicti et excommunicationis interminatione inhibuisti eisdem, ne, quod male inceperant, praesumerent consummare. Sed cum nec sic a perpetratione sacrilegii destitissent, praedictam Potestatem, cum omnibus consiliariis et fautoribus suis, candelis accensis, publice ac solemniter vinculo anathematis innodasti. Ipsi uero, tam interdicti, quam anathematis sententia vilipensa, ostia sacrarii confregerunt, et asportantes exinde violenter iconam, eam in Ecclesia, quae Graece Pantocraton[1]) dicitur, collocarunt; tu vero, ad dilectum filium, B*[enedictum]*, tituli sanctae Susannae presbyterum Cardinalem, apostolicae Sedis Legatum, accedens, ipsi rei seriem intimasti, qui eodem die latam a te sententiam confirmavit, Ecclesias omnes, quae sunt in parte sacrilegorum ipsorum, subjiciens interdicto.

Unde nobis humiliter supplicasti, ut utramque sententiam dignaremur apostolico munimine roborare. Licet igitur nos

[1]) Lege Pantocrator, i. e. τοῦ Παντοκράτορος. DuCange Cp. christ. II, 54. Cfr. G. Pachymeres in Mich. Pal. II, 31.

opinionem illam, qua quidam Graeci existimant, quod spiritus beatae Mariae virginis in praedicta imagine requiescat, propter quod ipsam forte plus debito venerantur, tanquam superstitiosam minime approbemus, et pactionem de partiendis reliquiis et aliis factis initam, tanquam illicitam detestemur; ne tamen sacrilegii crimen remaneat incorrectum, utramque sententiam, interdicti et excommunicationis videlicet, sicut rationabiliter sunt prolatae, auctoritate apostolica confirmamus, et praecipimus usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, firmiter observari. Nulli ergo etc. nostrae confirmationis et jussionis infringere etc. Si quis autem etc.

Datum Romae, apud S. Petrum, Idibus Januarii, anno nono.

CLXXIX.

Petrus Ziani, Dux Venetiarum, concedit monasterio s. Georgii majoris Venetiarum quasdam aquas positas in Constantinopoli.

A. d. 1207, mense Februario.

Edidit Flaminius Cornelius, Ecclesiae Venetae antiqua monumenta, decadis XI parte posteriore, pag. 232 sq., ex autographo in archivo s. Georgii majoris Venetiarum.

In nomine domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.

Anno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo septimo, mense Februarii, indictione undecima[1]), Rivoalti.

Quanto major potentia nobis est per Omnipotentis gratiam attributa, tanto convenit, ut ad ea studiosius intendamus, quibus Dominus propitius invenitur, et facilius ad voces petentium aures sue pietatis inclinat.

Igitur nos Petrus Ziani, Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Dux, quarte partis et dimidie totius Romanie Imperii dominator, quia gratum Domino esse credimus, si circa

[1]) Potius decima.

devote Christo famulantes manum provisionis extendimus, cum nostris judicibus et sapientibus minoris et majoris consilii, cum nostris successoribus, vobis Marco, divino munere Abbati monasterii s. Georgii, vestrisque successoribus et suprascripto monasterio, pietatis intuitu damus et perpetuo jure in Constantinopoli concedimus pro piscare totam aquam, que est ab ultima turri de Virgioti versus Wlacherncon, quantumcumque extenditur possessio nostra, et a domo Marini Teupulo usque ad turrim Wlaehernam respicientem, ubi Marinus Geno, qui in Constantinopoli Potestas erat, pro nobis fecit fieri murum novum, plenissima potestate aquam ipsam locandi, sicut pro dicto monasterio utile apparuerit, et de ipsa pro vestra voluntate disponendi, et infra dictum spatium in terra pro piscaria palos figendi, et in*(i)*ungendi ac ligandi naviculas operantium in ea, sine contrarietate cujuscunque, prout tamen exigit terre consuetudo; salvo eo, quod omnibus hominibus remanet semper potestas et libera[1]) et eundi et redeundi per ipsam aquam, sicut fuerit oportunum: volentes, ut datum hoc plenam in perpetuum obtineat firmitatem.

Ego Petrus Ziani, Dei gratia Dux, mm. ss.
Ego Propheta da Molino, consiliator, mm. ss.
Ego Jacobus da Molino, judex, mm. ss.
Ego Petrus Justinianus, consiliator, mm. ss.
Ego Marcus Aurio, avocator, mm. ss.
Ego Paulus Nayzo, judex communis, mm. ss.
Ego Philippus Zancayrolo, consiliator, mm. ss.
Ego Philipus Gradonicus, consiliator, mm. ss.
Ego Petrus Venancio, avocator communis, mm. ss.
Ego Jacobus Barbus, kamerarius, mm. ss.
Ego Petrus Tanoligo mm. ss.
Ego Johannes Tonisto, mm. ss.

---

[1]) libertas? An delendum *et*?

Ego Marcus Vituri mm. ss.
Ego Johannes Badovario mm. ss.
Ego Bartholameus da Canale mm. ss.
Ego Jacobus Georgius mm. ss.
Ego Dominicus Cupo mm. ss.
Ego Guidolfus Betani mm. ss.
Ego Jordanus Cornario mm. ss.
Ego Henricus Polani mm. ss.
Ego Dominicus Tuscano mm. ss.
Ego Leonardus Vallaressus mm. ss.
Ego Johannes Venerius mm. ss.
Ego Marinus Venerio mm. ss.
Ego Angelus Faletro mm. ss.
Ego Marcus Quirinus mm. ss.
Ego Marcus Venerio mm. ss.
Ego Marcus Maciamanus mm. ss.
Ego Marinus Dandulo mm. ss.
Ego Raynero Rotulo mm. ss.
Ego Petrus Quirinus mm. ss.
Ego Bonifacius Sulmulus mm. ss.
Ego Johannes Agadi mm. ss.
Ego Dominicus Ferreto mm. ss.
Ego Frugero Tinto mm. ss.
Ego Bartholameo Michael mm. ss.
Ego Frugerius Paulo mm. ss.
Ego Johannes Teupulo mm. ss.
Ego Johannes Longo mm. ss.
Ego Leo Bembo mm. ss.
Ego Johannes Natalis mm. ss.
Ego Johannes Martinacio mm. ss.
Ego Tribunus Barastro mm. ss.
Ego Petrus Ystrigo mm. ss.

Ego Paternianus da Putheo, subdiaconus et notarius, complevi et roboravi.

CLXXX.

Forma iustitiæ inter Venetos et Francigenas, constituta ab Henrico Imperatore et Marino, Venetorum Potestate in Romania.

A. d. 1207, m. Martio.

Codex Latinus S. Marci 228, fol. 11—12 (apographum valde corruptum et saepius mancum). Singulariter egimus de hoc documento in Diario (Bulletin) Acad. Monac. T. XXXIX, nr. 3, 4. a. 1854.

Notum sit omnibus, quod hec est forma iustitie, quam dominus Henricus Imperator et dominus Marino, Venetorum Potestas in Romania, cum eorum consilio inter Venetos et Francigenas tenendam pariter constituerunt.

Si quis Venetus quesierit racionem super Francigenam, ad primum preceptum ueniat in curiam ad Venetum respondendum: de quanto quesiverit et dixerit unus alteri, qualicunque modo debet dare.

Et si de hoc non est cartula neque *[sunt]* testes, ille, qui fuerit appellatus, si fuerit presens, debet iurare, quod non est verum; et si hoc facere noluerit [1]), debet integre pagare illum, qui appellavit eum, secundum peticionem.

Et si ille, qui fuit appellatus, non venerit in curiam propter preceptum, ille, qui appellat, debet iurare, quod[2]) omnia, que querit, vera sint, et debet esse de tanto pagatus.

Item, si Venetus quesierit super Francigenam a decem yperperis valens et infra, *[et]* habuerit testes Francigenas, debet esse pagatus, ni[3]) Francigena habuerit securitatem cartule secundum morem Venetorum, vel testes Venetos, quod eum pagavit.

Et si Francigena quesierit super Venetum a decem yperperis valens et infra, et habuerit testes Venetos, debet esse pagatus, ni Venetus habuerit securitate*[m]* de hoc a Francigena, sigillitam[4]) et de suo sigillo, vel (sc. *si*) scripta a notario fuerit, vel erit constitutus *[tabellio]*[5]) a domino Imperatore Constantinopolitano[6]).

Et si Venetus habuerit super Francigenam cartulam roboratam suo sigillo vel scripta*[m]* a tabellione constituto a domino Imperatore, de quanto continet, debet esse pagatus, ni habuerit (sc. *Francigena*) securitatis cartulam a tabellione Veneto scriptam secundum morem Venetorum.

---

1) noluit cod.
2) quia cod.
3) ñ cod.
4) sigillato cod.
5) tabellio om. cod.
6) Accuratius dicendum fuit: *vel si scripta a notario fuerit, vel a tabellione constituto a dom. Imper. Cp.*

Item, si Venetus emerit bestias vel res laboratas a duabus yperperis et supra, debent esse scripte ab illis, qui fuerint constituti in Constantinopoli ad hec perficienda, a quo homine emit eas, et quantum precium dedit. Et si de illis scribanis non inveniretur, habeat ydoneos testes.

Sciendum est tamen, quod, *si res*[1]) fuerit ablata iniuste ab aliquo Francigena, ut certum sit ante iudices, si in*venerit* scrip*ta*[2]) vel testimonium, quod emit eas, debet (sc. *Venetus*) iurare, quod, quando emit eas, nesciebat esse ablatas iniuste vel furtive, et bona fide invenire debet hominem illum, qui vendidit ei res illas per terminum unius mensis; et ille Francigena, si voluerit res tanto precio, quanto Venetus emit eas ipsas, habere debet.

Et si Venetus non habet scripta nec testes Francigen*as* de rebus suprascrip*tis*, quas emit, debet (sc. *Francigena*) ipsas habere sine ulla dacione.

Et si fuerint a duabus yperperis vel minus res supradicte, et Francigena quesiverit *[su]*per *[Venetum]*[3]) taliter, quod fuerint iniuste vel furtive ab eo ablate, monstrare debet ante iudices, quod vera sunt; tunc debet iurare Venetus, quod publice emit et non cognoscebat tunc, quod nec de furto, nec de robaria fuerit; et, quantum precium dedit, tantum, si Francigena voluerit eas pagare, debet dare, quanto fuerit comparatum.

Et Francigena contra Venetum similiter facere debet in omnibus suprascriptis[4]).

Et si Francigena Veneto, vel Venetus Francigene aliquas res iniuste abstulerit, *ita ut*[5]) clare factum sit ante iudices secundum mores inter eos constitutos, debet reddere ad duplum, quando iuraverit ille, qui res amisit[6]).

---

[1]) Litura.
[2]) Litura.
[3]) Locus lacunosus.
[4]) subscriptis cod. hic et supra.
[5]) Litura.
[6]) amitit cod.

Et *[si]* perdictio illius fuerit de auro et argento vel moneta *usque ad*[1]) quinquaginta yperperos, debet suo sacramento recuperare hec; et si amplius fuerit quinquaginta, *per*[2]) ydoneos testes hec debet probare et per sacramentum coram iudicibus.

Item, si aliquis vadit per civitatem vel villam, et abstulerit aliquod alicui per vim aut iniuste, si fuerit unus homo testis, per sacramentum, quando voluerit iurare ille, qui amisit, tantum ad duplum debet pagari.

Et si non habet testem, et appellatus per sacramentum voluerit se defendere, liber esse debet; et si noluerit iurare, reddat ad duplum.

Et ille, qui amisit, si conquestus fuerit illi, qui iusticiam facere potuerit et non iustificat, cum oportet iurare supra sancta Dei evangelia, quod nec fecit nec *scit*[3]), qui fecit; et si noluerit iurare, reddat ad duplum.

Et ut hec omnia suprascripta rata et firma *[sint]*, dominus Imperator et dominus Potestas sigillorum suorum munimine presentem formam fecerunt roborari.

Mense Martii, decime indictionis.

CLXXXI.

Benedicto Faletro, Patriarchæ Gradensi, promittunt censum pro quadam terra posita in Constantinopoli Alexius et Theodorus, Daracini.

A. d. 1207, m. Martio.

Edidit Flam. Corn. Eccles. Venet. IV dec., T. III, pag. 90, ex archivo Patriarchali.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini 1207, mensis Marcii, indictione X. CONSTANTINOPOLI.

Post concessionis cartam, quam Johannes Bono de confinio s. Marie Formose nobis Alexio et Theodoro, ambobus

---

1) Litura.
2) Litura.
3) sit cod.

Duracinis, habitator in Constantinopoli, fecit hoc eodem anno et mense, et eadem indictione, et cetera, ut in ea legitur — per virtutem unius commissionis carte, quam vos, d. Benedicte Faletro, Dei gratia Gradensis Patriarcha et Dalmatie Primas, eidem Johanni Bono, nepoti vestro, fecistis anno Domini 1206, mense Marcii, indictione nona, Rivoalti, et hec et cetera, ut in ea legitur: promittentes promittimus nos quidem jamdicti, Alexius atque Theodorus, cum nostris heredibus, vobis, namque suprascripto d. Benedicto Faletro, Dei gratia Patriarche Gradensi et Dalmatie Primati vestrisque successoribus, quod a Kalendis mensis Aprilis proximi venientis per suprascriptam indictionem in antea usque ad viginti novem annos completos debeamus per nos ambos aut per unum de nobis, ad qualem vos tenere volueritis, vel per nostrum missum, dare et deliberare annuatim Constantinopoli vestro nuncio yperperos auri pond. tres, omnes insimul in singulis *[Kalendis]* mensis Aprilis, excepto incendio et violentia alicujus Senioris:

Videlicet pro terratico unius pecie de terra, de jure Gradensis Patriarchatus, super quam nos habemus mansiones, secundum quod firmat uno suo capite in via publica, et alio in muro s. Herenis[1]); uno suo latere in Henrico Allemano, et alio in arcu volte supradicte s. Herenis. Quam quidem suprascriptam et predesignatam peciam de terra suprascriptus Joannes Bonus, procurator vester, nobis dedit et concessit ad casaticum per concessionis cartam testatam et roboratam, quam inde nobis hoc presenti anno fecit, ut in ea legitur.

Super quam peciam de terra edifficia et mansiones faciendi et reedificandi habere debemus potestatem, quanta et qualia nobis placuerit, superius et inferius, negocia atque nostras utilitates ibi exercendi, aliisque hominibus dandi, locandi et concedendi, cui vel quibus nobis placuerit, et fictum inde tollendi, secundum

[1]) Cfr. supra p. 6.

quod nobis bonum videbitur, usque ad suprascriptum terminum, nullo nobis homine contradicente.

Quodsi peccato imminente edificia et mansiones, quas ibi habuerimus, fuerint combusta aut ablata per fortium alicujus Potestatis, transacto ipso incendio et violentia, jamdicta pecia de terra in nos evenire debet, donec compleatur terminus, qui nobis defecerit; et ex tunc persolvere debemus suprascriptum terraticum, ut superius est denotatum: ad completum vero suprascriptum terminum tota edificia et mansiones, quas ibi habuerimus, incolumes suprascripto Patriarche reddere et refutare debemus, excepto incendio et violentia Senioris.

Si igitur contra hanc promissionis cartam ire temptaverimus, tunc emendare debeamus cum nostris heredibus vobis et vestris successoribus auri libras quinque; et hec promissionis carta maneat in sua firmitate.

Signum suprascriptorum Alexii et Theodori, qui hec fieri rogaverunt.

Ego Johannes de Ramerio tt. ss.

Ego Johannes Marileo tt. ss.

L. S. Ego Nicolaus Tinto, pleb. S. Nicolai et not., complevi et roboravi.

CLXXXII.

Concessio castri Corphuensis cum tota ejus insula et pertinenciis, per illustrem dominum Petrum Ziani, Ducem Venecie, facta Angelo Acotanto, Petro Michaeli et aliquibus aliis et eorum heredibus.

A. d. 1207, m. Julio.

Liber Albus fol. 110 sqq. Libri Pactorum II, 225. Ex archivo s. Theodori Veneti edidit Buchon in libro: Nouvelles recherches cett. T. II, 1, p. 397 sq., hoc titulo: Instrumentum concessionis castri Corfus cum insulis et pertinentiis ejus. Confer Marinum l. c. T. IV, 84. E. Cicognam l. l. IV, p. 539. DuCange histoire de Constantinople ed. Paris p. 44, 45 (livr. II, 6).

Andreas Dandulus in chronico l. c. p. 334 sq.: *Pari igitur proposito Dux anno secundo paratis XXXI galeis Raynerium Dandulo et Rogerium Premarino præfecit, qui extra Venetorum culphum euntes Leonem Vetranum piratam cum IX galeis capiunt et morti tradunt. Postea Corphum hostiliter aggrediuntur et tandem obtinent et muniunt, et quæ gesserant, Duci insinuant. Dux tunc Angelo Acotanto, Petro Michaeli, Stephano Foscareno, Gilberto Quirino, Octaviano Firmo, Jacobo Ferro, Marino Caprenicolo, Juliano Stamario, Simoni Bono et Joanni de Acto eandem insulam custodiendam tradidit. Stolus quippe Mothonum accedens bello devicit, et postea Coronum.* Cfr. Laurentium de Mon. l. l. pag. 143.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo septimo[1]), mense Julij, indictione decima. RIVOALTI.

Post concessionis cartam factam[2]) eodem suprascripto anno et mense, quam uos, domine Petre Çiani, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, domine quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, cum iudicibus et sapientibus consilii, collaudatione populi Venecie, fecistis nobis, Angelo Acotanto, Petro Michaeli, Stephano Fuscarino, Giberto Quirino, Octauiano Firmo, Jacobo Seio[3]), Marino Capite[4]) in collo, Juçalino Staniario[5]) et Symoni Bono et Johanni de Ato[6]), per quam nobis nostrisque heredibus et proheredibus dedistis et imperpetuum concessistis castrum, quod dicitur Corfus[7]), çum tota ipsius

[1]) septimo LP.; septuagessimo LA.

[2]) factam LA.; concessam LP.

[3]) Ferro Dand.; Soio LP.; Seio LA. Laur.

[4]) Capīt LA.; Capite Bueh.; Capiti LP.; Caprenicolo Dand.; Caput in collo Laur.

[5]) Juçalino Staniario LA.; Juliano Stamario Dand.; Juzalino Staviano LP.; Zuzalino Stamniazio Bueh.; Palmerio Stanier Laur.

[6]) Ato LA.; Atto LP.; Deodato Laur. — et ante Joh. om. Bueh.

[7]) Corfus LA.; Corifua LP. Bueh.

castri insula et cum aliis insulis ad ipsius castri ducatum pertinentibus, cum omni juris integritate et plenitudine rationis:

propter quod nos in proximo illuc ire debemus cum viginti militibus ad usum millitie decenter armatis, nobis computatis in numero suprascripto, habentibus scutiferos duos pro militum uno quoque; et hoc facere debemus stipendio nostro, ad optinendum et manutenendum castrum illud ad uestrum et successorum uestrorum honorem et fidelitatem. Quo optento debemus nos et heredes ac proheredes nostri imperpetuum semper habere ibi, pro ipsius castri custodia, milites viginti, computatis, ut supra legitur, nobis in ipsis, habentes pro quolibet scutiferos duos.

Et quia[1]) non est semper uiuere nobis datum, statutum est, ut, quando aliquis nostrum uel heredum uel proheredum nostrorum decesserit, alius heredum uel proheredum nostrorum dilatione abiecta institui debet in eius loco, ut uice[2]) suppleat ocumbentis; qui infra spatium anni dimidij uenire Venecias[3]) debet, et facere vobis fidelitatem uel successoribus vestris, et inuestituram a vobis uel successoribus recipere[4]) de ipso castro, nisi[5]) per vos uel successores vestros indultum fuerit, quod ibi hoc faciat[6]) sacramentum, et inuestituram de castro ipso per vestram uel successorum vestrorum comissionem recipiat.

Ecclesias in pertinentijs nobis concessis positas habere debemus eo modo, quo habebantur temporibus Grecorum Imperatorum.

Homines ipsius loci faciemus iurare nobis fidelitatem et successoribus nostris[7]); et quando iurauerint nobis, iurare illos faciemus, salua fidelitate vestra et successorum vestrorum.

---

1) quia LA.; quot LP.; quod Buch.

2) vice LA.; vicem LP. Buch.

3) Veneciis Buch.

4) recipere om. Buch.

5) ut Buch. — per nos vel success. nostros Buch.

6) faciet Buch.

7) vobis jurare fid. et success. vestris Buch.

Quos omnes et alios in ipsis insulis consistentes debemus in suo statu tenere, nichil ab aliquo amplius exigentes, quam quod facere consueuerant temporibus Grecorum Imperatorum.

Homines Venecie in toto districtu nostro saluos et securos habere debemus in personis et rebus et sine dactione et exactione aliqua, eosque manutenere et deffendere in suprascriptis pertinentijs nostris contra omnes homines, qui eos uellent offendere, bona fide. Et si contingerit, vestrum alicui dampnum fieri in pertinentijs illis per homines nobis subditos, studiosi esse debemus ad faciendum, quod sua recuperet.

Debent autem homines Venecie potestatem habere victualia extrahendi de omnibus pertinentijs nostris ad deferendum in Veneceias[1]) sine contradictione cuiusquam, et alia mercimonia, ad portandum, quocunque uoluerint.

Amicos Venecie debemus habere amicos, et inimicos Venecie, sicut uos[2]), inimicos; cum quibus nullam concordiam nullamque treuguam facere debemus sine uestro uel successorum uestrorum consensu.

Capitaneos uestros et missos uestros et successorum uestrorum, et[3]) galeas uestras et eorum debemus recipere honorifice, et dare ipsis capitaneis et galeis uestris strinam[4]) conuenientem[5]).

Vos uero et[6]) successores uestros, si illuc uenire contingerit, sollempniter cum clero et populo, cruce precedente, suscipere debemus, usque ad ripam uenientes, et sequentes uos ad ecclesiam sollempni cantico.

Procurare quoque uos debemus semel uel bis, si uolueritis; et laudes uobis ac successoribus uestris ter in anno, in Pascha

[1]) Veneciis Buch.

[2]) vos LA.; nostros Buch.

[3]) et Buch.; om. LA.

[4]) I. e. strenam, Gallice étrenne, sive donum anni initio datum.

[5]) competentem Buch.

[6]) vel LP. Buch.

maiori, in festo natiuitatis Domini et[1]) maiori festo Maioris ecclesie decantari faciemus.

Nullam conspirationem uel institucionem facere debemus in facto mercationum contra utilitatem et comodum hominum Venecie.

Debemus autem singulis annis imperpetuum, in festò apostolorum Petri et Pauli, uestro comuni Venecie hic in Venecia soluere per nos uel per nostrum missum, omni condictione remota, Manuelatos bonos quingentos.

Hec omnia, que continentur superius, debemus facere et obseruare uobis et successoribus uestris et comuni Venecie nos et[2]) heredes ac proheredes nostri imperpetuum, quod attendere et obseruare iuramento astricti tenemur: et sic teneri debent post nos heredes nostri et proheredes. Et si non ita fuerit obseruatum per omnia, omnes possessiones nostras et proprietates terrarum et casarum nostrarum, quas habemus in Venecia et extra Veneciam, et ipsam arcem Corifus perdere debemus; et ipsa omnia in comune uestrum uenire debent[3]) ad faciendum exinde, quicquid ipsi uestro comuni placuerit, sine contrarietate cuiusquam.

Hec omnia, que continentur superius, sunt in concessione nobis facta a uobis, ut supra legitur, per capitula singula ordinate conscripta.

Et nos, uiri omnes predicti, hec omnia per capitula singula nos promittimus seruaturos; que[4]) fatemur nos ad sancta Dei euangelia singulos iurauisse.

Signum suprascripti Junçolini[5]), qui hec fieri *rogavit*[6]).

Signum suprascripti Johannis de Ato, qui hec fieri *rogavit*.

---

[1]) et in LP. Buch.

[2]) et post nos alia manus addidit in LA.

[3]) debent LA.; debeant Buch.

[4]) servaturosque fatemur Buch.

[5]) Zuzalini Buch.

[6]) fr'(?) LA.; qui habet firmum Buch. bis; qui hæc fieri rogat LP. bis. Legimus fieri rogavit.

† Ego Angelo Acotanto mea manu subscripsi.
† Ego Petrus Michaeli manu mea subscripsi.
† Ego Gibertus[1]) Quirino manu mea subscripsi.
† Ego Stephanus Fuscarenus manu mea subscripsi.
† Ego Octauianus Firmo manu mea subscripsi.
† Ego Jacobus Juliano testis subscripsi.
† Ego Symon Bonus manu mea subscripsi.
† Ego Jacobus Seio[2]) manu mea subscripsi.
† Ego Marinus Capite in collo manu mea subscripsi.
Ego Pascali Mauro, subdiaconus, testis subscripsi.

Ego Paternianus de Putheo, subdiaconus et notarius, compleui et roboraui.

CLXXXIII.

Angelo Baroccio, Patriarchæ Gradensi (electo), censum promittit pro quadam terra posita in Constantinopoli Petrus, q.[3]) Joannis Longo.

A. d. 1207, m. Augusto.

Edidit Flam. Cornel. Eccles. Venet. IV dec. T. III, p. 91, ex archivo Patriarchali. De Angelo Baroccio, qui successit Benedicto Faletro a. d. 1211, cfr. Ughelli l. c. V, 1135.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini 1207, mensis Augusti, indictione decima. Constantinopoli.

Post concessionis cartam testatam et roboratam, quam Panchratius Barrocius de confinio s. Moysi mihi Petro Longo, filio q*[uondam]* Johannis Longo, habitator in Constantinopoli, fecit hic in Constantinopoli, hoc presenti anno et mense, et eadem indictione et cetera, ut in ea legitur, per virtutem et potestatem unius commissionis carte, quam vos, d. Angele Barroci, Dei gratia ven. Gradensis ecclesie Patriarcha electe, eidem suprascripto Panchratio Baroccio, fratri vestro dilecto,

[1]) Libertus Buch. — Foscar. Buch.
[2]) Soio LP.
[3]) I. e. quondam.

fecistis hoc anno presenti 1207, mensis Marcii, sub suprascripta indictione X, Rivoalti, et hec et cetera, ut in ea plenius continetur et legitur: igitur promittens promitto ego quidem d. jamdictus Petrus Longo cum meis heredibus vobis, prenominato d. Angelo Barrocio, Dei gratia Gradensi Patriarche electo et Dalmatie Primati vestrisque successoribus, quod a Kalendis presentis suprascripti mensis Augusti in antea usque ad viginti novem annos bene completos debeam per me vel per meum missum dare et deliberare per singulos annos in Constantinopoli nuncio vestro yperperos auri pond. duodecim, minus quarta: medietatem in singulis Kalendis mensis Augusti, et aliam medietatem in singulis Kalendis mensis Februarii, excepto incendio et violentia alicujus Senioris:

Videlicet pro terratico unius pecie de terra, posita in Constautinopoli foras muri civitatis in scala de Drongario, quae est de jure vestri Gradensis Patriarchatus, super quam ego habeo edifficia et mansiones atque ergasteria edifficata; secundum quod firmat ab uno suo capite in muro civitatis, et alio suo capite firmat in via publica; in quo capite habet ipsa pecia de terra per suam latitudinem pedes quatuordecim, minus tertiam.

Ab uno suo latere firmat in terra, quam tenet Kyra Hereni pro suprascripto Patriarchatu; et alio suo latere similiter firmat in terra Gradensis Patriarchatus.

Habet itaque suprascripta pecia de terra per suam longitudinem a comprehenso suprascripto muro civitatis in antea usque ad viam publicam pedes decem et novem.

Hanc namque suprascriptam et predesignatam peciam de terra jamdictus Panchratius Barrocius, frater et procurator vester, dedit et concessit mihi ad fictum a Kalendis suprascripti presentis mensis Augusti in antea usque ad viginti novem annos bene completos per suprascriptam concessionis cartam, testatam et roboratam, ut in ea legitur.

Ad completum vero totum suprascriptum terminum omnia edificia, que ibi habuero cum suprascripta pecia de terra, *(et mansiones)* incolumes suprascripto Gradensi Patriarchatui reddere et refutare debeo sine lite aliqua et absque omni questione, excepto incendio et violentia Senioris. Et si, quod absit, violentia intervenerit, in quantum ipsa violentia duraverit, non debeo dare suprascriptum terraticum; nec debetur michi aliquid minui de jam dicto termino. Set postquam violentia transacta fuerit, ipsa pecia de terra in me venire debet, donec terminus expleatur, *qui* mihi *defecerit*[1]), et sic persolvere debeam predictum terraticum, ut superius dictum est.

Sciendum est tamen, quod totum terraticum, quod ego amodo in antea usque ad Kal. mensis Februarii primi venturi pro suprascripta pecia de terra vobis dare debebam, *bene iam*[2]) Panchratium Barrocium, fratrem et procuratorem vestrum, appagavi et perfecte deliberavi; unde securum et quietum me reddidit.

Si igitur contra hanc promissionis cartam ire temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus vobis et vestris successoribus auri libras quinque; et hec promissionis carta maneat in sua firmitate.

† Ego Petrus Longo m. m. ss.

† Ego Jacobus Laugulo tt. ss.

† Ego Angelus Pentulo m. m. ss.

L. S. Ego Nicolaus Tinto, Pleb. s. Nicolai et Not., complevi et roboravi.

CLXXXIV.

Sacramentum Egidii, electi canonici ecclesie supradicte (i. e. Constantinopolitanae).

A. d. 1207, m. Novembri.

Liber Albus fol. 37. Liber Pactorum I, 162. Cfr. huius Collectionis nr. CXLIV, CXLV.

[1]) Haec corrupte Corn. | [2]) Mutila apud Corn.

In presentia domini Leonardi, diaconi Constantinopolitane ecclesie, et domini Sebastiani presbyteri, ac domini Marini presbyteri, canonicorum eiusdem ecclesie, dominus Egidius presbyter, constitutus canonicus in iam dicta ecclesia, sacramentum continens ita iuravit:

„Juro ego suprascriptus Egidius, electus canonicus sancte Sophye, quod non eligam, neque pro posse meo recipiam in prefata ecclesia sancte Sophye archidiaconum, archipresbyterum, prepositum, decanum, thesaurarium, neque aliquem in alium personatum in dicta ecclesia, neque Patriarcham Constantinopolitanum, nisi natione Venetum, vel talem, qui in aliqua ecclesia Venetorum institutionem habuerit per decennium; et [a] quolibet (a) predictorum meo tempore electorum vel receptorum post electionem vel receptionem simile faciam iuramentum prestari; nec umquam operam dabo, quod supradicta infringi debeant aut mutari."

Actum est hoc in ecclesia suprascripta, anno Domini millesimo ducentesimo septimo, mense Novembri, indictione undecima.

Ego Petrus, presbyter et notarius eiusdem ecclesie, rogatus interfui, scripsi, complevi et roboravi.

Ego Vivianus, scriptor, notarius et iudex domini Henrici, Romanorum Imperatoris, auctenticum huius vidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inveni, ideoque fideliter exemplavi et propria manu mea firmavi atque subscripsi.

CLXXXV.

Pactum (Elmelikelzhâri), Soldani de Aleppo.

A. d. 1207—1208.

Liber Albus fol. 210 hac inscriptione: *„aliud pactum ejusdem Soldani per virum nobilem P. Narioni, nuntium domino Petro Ziani, filii domino Sebastiani Ziani, Ducis Venetie factum"*. Libri Pactorum II, 219. Huius libri auctor varia scripsit dialecto: pro *x* exhibet *s*,

uti *Dose*, *Venesia*; pro *ch* vero *k*, uti *enfin-ke*. Variantes omnes adiicere probabile videbatur. Ex Libro Pactorum excudit E. Cicogna l. l. IV, p. 543, 544.

Soldanus ipse ab initio documenti vocatur: „*Re Aparisente* Gasi" etc., quod est nominis Arabici traductio: *Elmelik elzhâri* (i. e. βασιλεὺς ἐπιφανής) Ghiyâtheddîn Ghâzî. Erat hic ipsius Saladini filius, qui patre mortuo Imperium in Aleppo sibi retinere conatus autocrator permansit ad vitae finem a. 1216, m. Oct., die 5. Eum secutus est filius *Elmelikelazîz Muhammed* ad annum 1236; cum hoc pacta sunt inita annorum 1225 et 1229. Ipsius filius *Elmelekelnassir Jussuf* septennis subsecutus patrem perpetua tutela regnum administrabat; et cum eo extat pactum a. 1264. Quodsi in pacto hocce dicitur Soldanus „*lo verer de lo mondo et de liale*" aut in pacto a. 1264: „*Salech el dume weldin*", hoc utrumque refert *Saladini* cognomentum, i. e. *Salâh aldonia weldin* „emendator mundi ac fidei". Ex documento sequentis saeculi a. 1345 conferri possit: „*colona del mondo et dela le*".

Anni ipsius calculus dubius. In Libris Pactorum et in Libro Albo proximis pactis et hoc adnexum est. Sed prophetae annus in fine documenti DCIIH indicat terminum, quem supra posuimus. Ne vero, uti factum est, ad annum 1225 delabamur, probibet chronologia modo deprompta.

De hac Soldanorum dynastia cfr. Abulfedæ annal. Musl. T. IV, pag. 140, 141. 259. 419, qui sua deprompsit ex Ibn el Athiri chronico XII, ed. Tornberg pag. 63. 204.

Jo Re Aparisente Gasi, lo Verer de lo mondo et de liale, padre Vituriale[1]) Alij, un figlo de lo Re Victurial Joseph filius Jop[2]), Mantignidor deli comandamenti deli credenti-enome de dio-lo ponderoso[3]) e(l) pietoso, de poi che fo le face[4]) dele auenantece e lo romanente-Gracias deo soura me-, et co mando[5]) comandando ale doane de queste Cristiani[6])- regratiado de sia deo-a mi solus deus. E non de sia falo da questa usanza cognisuda enfin che so uiuo, et a se miglorar-se deo plase-en bon

[1]) Viturial.
[2]) Josop f. Job.
[3]) deo-lo poderoso, quod praestat.
[4]) la face.
[5]) et comando, quod praestat.
[6]) quisti Christ.

acordo, quel che no aura fin en sempiterna de honor e de farue a plasir sempre, et meglo a uoi che ad a otra gente, et farue honor et a plaser a tuto lo tempo nostro, de poi que azonse en la nostra terra. Amamolo electo l'amado, lo honorado P. Marignuni, lo meso lo figlol de J. Marignuni lo Uenedego, - et molti anni sia lo (l. *la*) uita soa - lo meso de lo signor deli Venedisi, lo Doxe, lo honorado et lo uardado, lo nobelissimo, lo grande, lo electo, lo sapientissimo et parisente P. Ziani, filius Sebastiano Ziany, - molti anni sia la uita soa-, et bon mi sa *(sia?)* dela nostra bona audida e uardeue dio longamente:

La mesagiria toa che uene a mi e riquirime a oli facto a plasir, e fara oli a plaser a tuti quelli que uignera in la mia terra et auemolo[1]) facto a tuti li mercadanti de Venexia salui et seguri en auer[2]) et en persone, e tuti quelli que per Venexia se clama, en mar et en terra et in tuto el nostro[3]) tener, se dio plaxe. E se auesemo sapudo traslatare la letera a uoi de la masagiria, et enteso auemo zo che dise e le soi parole, et enteso auemo en la soa letera de grande honoranze, et atratamo cum lui in fin que complimo lo so seruixio, e lo seruixio del so signore e de l'onor e de la grandeza, de quanto che domanda[4]) et ordena, tuto[5]) et confirmando de questo et a fin, et ai comandado de farue a plaser en questa carta.

E sapialo la doana nostra la grande l'ordenamento e lo comandamento de lo grande signor, lo Soldan, lo Re Parisente et lo Verer, e mandalo don en lo leuante et in lo ponente: et de poi ordenamo lo a far de tuti[6]) li mercadanti de Venexia condugali[7]) deo a saluamento-, de le perle, et de le pedre che aduse in la terra, e no le po uendere, et uole tornar en

[1]) hauemolo.
[2]) haver (semper).
[3]) tutto nostro.
[4]) dimanda.
[5]) tutto.
[6]) tutti.
[7]) condugili.

driedo[1]), paga deli C. xij; sume de tute le mercadantie[2]), che en doana entra et exe, de dar deli C. xij. Et apreso[3]) questa raxone ensi duira de zascuna[4]) saoma[5]) de bambasi[6]) de dar xvij. derem ala porta[7]).

E lo argento che uole debater ala zecha[8]), pagari de V per centenario, e se no uende o no bate lo argento a lo (l. *la*) cecha a bailia, de questo argento de comparar onigna[9]) mercadantia senza lo bambasi e de pagar VI per centenero[10]) senza la insida.

Lo pasago del monte Ceffam[11]) de pasar senza dreto lo Soldan lo laxa.

E se negun homo resconde lo so auer et uien[12]) a trouado, no debia pagar plu del dreto che constituido. Deue de auer baigno et fontigo[13]) et glexia ad Alapo, salui et seguri le persone lor, et tuti quelli et en la Licia*), que se clama per lor, de poi che azonze alli mei bailli[14]) de la[15]) mia terra e de la mia signoria de lo Re Aparisente-deo lo aida.

E se negun[16]) morsera, ueduto lo fato so et de tornar ali parenti soi, et se no se atroua so parente, de lo entrometer la doana et en tuto lo nostro tenir de la mia signoria del Soldan.

E *(se)* mor cum lengua e da a lo comessario so, noigla caosa no li de esser defeso[17]). Et se lo mor senza lengua, de lo tenire[18]) in uarentisia miglor homeni[19]) de la naue,

---

1) en dredo.
2) marcad.
3) appresso.
4) cascuna.
5) somma.
6) et de bambasi.
7) alla porta.
8) ceccha.
9) ogna.
10) centenario.
11) monte Cesfam.
12) ven.
13) fontego.
14) miei bailii.
15) della.
16) nigun.
17) effeso.
18) tignir.
19) delli miglior homini, quod praestat.

*) I. e. Laodicea. Cfr. Jac. de Vitriaco, hist. Hieros. [Gesta Dei per Francos ed. Bongars. I, p. 1073]: *Laodicea Syriae — vulgariter Liche nominatur.* Hodie Latikia.

enfin che uien[1]) letere del Doxe per deliurar[2]) le a cui perten[3]).

E questo e lo comandamento del Soldan, e comandado a lo comandameuto, et quando uignira meso de Venexia, de esser[4]) ben receuudo et honorado et uardado, et tutti quelli che sta soura questo scripto de li mic[5]) bailij et de li me fattori de tuto lo meo tegnir[6]), auemo ordenado con uoi ad insembre questo paeto[7]).

Lo deo grande sia regratiado. Serise la honoranza et la grandeza[8]), e la riquerida et la desidrada[9]), e lo factor[10]) et de lo sol et gracia deo[11]).

Fo facte[12]) queste letere en quarte et octauo de lo mese de . . . Dc. iiij. anni de lo profecta[13]). Eo ragratio[14]) deo solo, et deo sia con noi, e la soa beneson.

CLXXXVI.

Innocentius III uniuerso clero Ecclesiarum a patriarchali jurisdictione non exemptarum in Constantinopolitana dioecesi commoranti.

A. d. 1208, die 7. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XX ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 146.

Diuinae ordinationi videtur resistere, qui potestati resistit, cum potestas quaelibet sit a Deo, a quo sunt omnia ordinata. Non ergo debet aliquis erubescere, praelato sibi a Deo humiliter obedire, cum Dei filius, Jesus Christus, ut patri fieret obediens, in altitudinem venerit huius maris et se ab ipsius permiserit tempestate demergi; ne, si secus praesumpserit, in illius transferatur imaginem, qui solium suum ab aquilone voluit collocare.

---

1) ven.
2) diliurar.
3) partèn.
4) essere.
5) miei.
6) tenèr.
7) patto.
8) grandezza.
9) disedrada.
10) fattor.
11) gran deo.
12) fatte.
13) profeta.
14) regratio.

Cum igitur venerabilis frater noster Constantinopolitanus Patriarcha vobis, disponente Domino, sit praelatus, universitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus ei tanquam patri et episcopo animarum uestrarum humiliter intendentes impendatis sibi canonicam obedientiam et honorem, scituri, quod, si secus praesumpseritis attentare, nos id clausis non poterimus oculis pertransire.

Datum Laterani, Nonis Martij, anno undecimo.

CLXXXVII.

Innocentius III carissimo in Christo filio, illustri Constantinopolitano Imperatori, et nobilibus uiris, (Baro)nibus, Venetis et uniuerso populo Constantinopolim commorantibus.

Ut consilium et auxilium Patriarchae Constantinopolitano impendant.

A. d. 1208, die 7. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XXI ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 146.

Cum vestrae utilitati expediat et honori, ut Græci, tam clerici, quam laici, ad sacrosanctae Romanae Ecclesiae ac venerabilis fratris nostri, Patriarchae Constantinopolitani, obedientiam redeant, eumque patrem habeant et pastorem, uniuersitatem vestram rogamus attentius et monemus, per apostolica uobis scripta mandantes, quatenus super hoc Patriarchae praedicto consilium et auxilium impendatis, sententiam, quam in Graecos rebelles propter hoc rationabiliter tulerit, firmiter observantes, ut devotio uestra clareat in affectu, et oberrantes oviculae redeant ad pastorem.

Datum Laterani, Nonis Martii, anno undecimo.

CLXXXVIII.

Innocentius III Patriarchae Constantinopolitano.

De consecratione episcoporum Graecorum.

A. d. 1208, die 8. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XXIII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 146.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod quidam episcopi Graeci, ad tuam obedientiam redeuntes, fidelitatis praestiterunt tibi corporaliter juramentum, nobisque obedientiam promiserunt, sed inungi renuunt juxta consuetudinem Latinorum. Unde, quid super iis agere debeas, postulasti per Sedem apostolicam edoceri. Nos igitur inquisitioni tuae taliter respondemus, quod, si ii, qui jam consecrati sunt, induci nequeunt, ut recipiant unctionem, id in hac novitate sub dissimulatione poteris pertransire. Consecrandos uero nullatenus consecres, nisi more Latino uoluerint consecrari, cum nos ipsi Graecos nonnisi juxta nostram consuetudinem consecremus.

Datum Laterani, VIII Idus Martij, anno undecimo.

CLXXXIX.

Innocentius III Episcopo Gallipoliensi [1]) et Decano sanctae Sophiae et Praeposito sanctorum Apostolorum Constantinopolim.

De decimis solvendis.

A. d. 1208, die 8. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XXIV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 147.

Sua nobis venerabilis frater noster, Constantinopolitanus Patriarcha, insinuatione monstravit, quod Pisani, Lombardi, Longobardi, Amalfitani, Dani, Anglici et quaedam aliae nationes apud Coustantinopolim commorantes in parrochiis sibi subjectis, ipsi et Ecclesiis, a quibus ecclesiastica percipiunt sacramenta,

[1]) Nomen ejus incognitum, coll. Le Quien. l. c. III, 971.

decimas solvere contradicunt. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus memoratos Pisanos et alios manentes in parrochiis, eidem Patriarchae subjectis, ut ipsi et Ecclesiis, a quibus percipiunt spiritualia, decimas cum debita integritate persolvant, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Quodsi non omnes *etc.* tu frater episcope etc.

Datum Laterani, VIII Idus Martii, anno undecimo.

CXC.

Innocentius III Patriarchae Gradensi et suffraganeis ejus.

De excommunicatis vitandis.

A. d. 1208, die 8. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XXV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 147.

Significauit nobis uenerabilis frater noster, Patriarcha Constantinopolitanus, quod, cum ipse quosdam Venetorum Constantinopolim commorantes interdum pro excessibus suis, et interdum, quia sibi contumaces et rebelles existunt, vinculo excommunicationis innodet, quosdamque subiciat interdicto, ipsi Venetias remeantes se pro excommunicatis vel interdictis non gerunt, nec illos curant aliqui euitare, sed passim recipiunt ad divina. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eos, quos idem Patriarcha rationabiliter excommunicat, vel interdicto supponit, cum id vobis per literas ipsius constiterit, tanquam excommunicatos arctius evitetis, et faciatis a vestris subditis euitari, et interdictis negari ecclesiastica sacramenta.

Datum Laterani, VIII Idus Martii, anno undecimo.

CXCI.

Innocentius III Henrico, illustri Constantinopolitano Imperatori.

Ut non impediat legata facta ecclesiis.

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 144.

Cum a catholicis Imperatoribus fuerit constitutum, sicut legales edocent sanctiones, ut quilibet Ecclesiis et piis locis legare libere valeat bona sua, Serenitatem tuam rogamus attentius et monemus et exhortamur in Domino, quatenus, si milites vel alij possessiones suas Ecclesiis legare voluerint, nullatenus impedias, vel te ipsum opponas, sed ea saltim cum onere suo ipsis legari permittas libere ac quiete.

Quodsi forsan aliquis de possessionibus, quae fuerunt Ecclesiarum, ipsis legarit Ecclesiis positus in extremis, quia idem non sua dimittere, sed potius restituere videtur ablata, auctoritate praesentium districtius inhibemus, ne id praesumas per te vel alios impedire. Alioquin venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopo Varisiensi et Episcopo Panidensi, nostris damus literis in praeceptis, ut contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis impedimento, compescant.

Datum LATERANI, IV Idus Martij, anno undecimo.

CXCII.

Innocentius III Archiepiscopo Varisiensi et Episcopo Panidensi[1]).

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XIII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 144.

Cum a catholicis Imperatoribus fuerit constitutum etc. in eundem fere modum usque impedire. Quocirca discretioni

[1]) Varisiensi, alibi Variensi, idem est quod Veriensi, nota mutatione literarum *a* et *e* apud Geographos aevi medii, velut scribitur Sarrensis

vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus quoslibet, qui apostolicae Sedis inhibitione contempta id impedire praesumpserint, per censuram ecclesiasticam, sublato cujuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, a praesumptione hujusmodi compescatis.

Datum Laterani, IV Id. Mart., anno undecimo.

CXCIII.

Innocentius III Potestati et populo Venetorum Constantinopolim commorantibus.

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XIV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 144.

Cum a catholicis Imperatoribus fuerit constitutum etc. usque impedire. Alioquin dilectis filiis, decano, cantori et thesaurario sanctæ Sophiæ, Constantinopolitanis, nostris damus literis in praeceptis, ut contradictores quoslibet etc. ut in alia.

In eundem modum eisdem.

CXCIV.

Innocentius III nobilibus uiris, Baronibus, apud Constantinopolim commorantibus.

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 144.

Cum a catholicis Imperatoribus etc. ut supra usque impedire. Alioquin venerabilibus fratribus nostris, Varisiensi Archiepiscopo, et Salombreae et Gallipolis Episcopis, nostris damus literis in praeceptis, ut contradictores etc. ut in alia.

---

pro Serrensis cett. Sermo est de abbatia Vera (Βῆρα) ad Hebrum (Maritzam) inferiorem, prope Aenum, ab occidente, coll. Via Egnatia, Comment. II, pag. 51. 52. Adde Diploma CXXI, T. I, pag. 481. 482. — Panidensi idem est quod Paniensi, a Panio urbe Thracica in litore occidentali Propontidis, coll. Diplomate CXXI l. c. pag. 465. 466. Archiepiscopus Veriensis tunc fuit *Guarinus*, coll. Innoc. III epist. l. X, ep. 35 et LeQuien. l. c. III, 1101. Panidensis delituit, coll. LeQuien. III, 965.

In eundem modum eisdem, ut supra. Quodsi non omnes, duo vestrum etc.

Datum LATERANI, IV Id. Martii, anno undecimo.

CXCV.

Innocentius III Varisiensi Archiepiscopo et Episcopo Gallipoliensi.

Committitur iis causa inter Patriarcham et Imper. Cp.

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XVI ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 145.

Significavit nobis venerabilis frater noster, Constantinopolitanus Patriarcha, quod clarae memoriae Balduinus, Constantinopolitanus Imperator, triginta praeposituras infra urbem Constantinopolitanam in melioribus Ecclesiis, quae contigerant in sortem Francorum, suae donationi retinuit, instituens in eis praepositos et decanos; cui carissimus in Christo filius noster Henricus succedens, easdem in animae suae periculum ordinare praesumit.

Unde nobis humiliter supplicavit, ut easdem suae faceremus ordinationi dimitti liberas et quietas, maxime cum dilectus filius noster Benedictus, tituli sanctae Susannae presbyter Cardinalis, tunc apostolicae Sedis Legatus, ex ipsis triginta viginti tres adjudicaverit sibi, septem nec adjudicatis nec cassatis in nostrae relictis arbitrio potestatis, et nos tempore ordinationis ejusdem nullam Ecclesiam exceperimus, immo sibi curam Constantinopolitanae Ecclesiae commiserimus generalem; nec ipse deliquit in aliquo, quare Ecclesia sibi commissa privari debeat jure suo.

Verum quia Imperator praedictus praepositurarum ipsarum collationem confirmari sibi per Sedem apostolicam postulavit, cum se fateatur habere non minus juris in illis, quam multi Reges in quibusdam praeposituris regnorum suorum ex approbata consuetudine habere noscuntur, et ipsorum petitiones sunt adinvicem repugnantes, fraternitati vestrae per apostolica scripta

mandamus, quatenus audiatis hinc inde proposita, et usque calculum diffinitivae sententiae, sublato appellationis obstaculo, procedentes, causam sufficienter instructam ad nostram praesentiam remittatis, assignantes partibus terminum competentem, quo per procuratores idoneos se nostro conspectui repraesentent, sententiam recepturae.

Datum, ut in alia *(Lat., IV Id. Mart., anno XI).*

CXCVI.

Innocentius III Gallipoliensi et Panidensi Episcopis et Decano sanctæ Sophiæ Constantinopolim.

Eis committitur causa Patriarcharum Cp. et Gradensis.

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XVII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 145.

Ex conquestione venerabilis fratris nostri, Patriarchae Constantinopolitani, nostris fuit auribus intimatum, quod, cum eidem duxerimus concedendum, ut Venetos habitatores Regiae civitatis per censuram ecclesiasticam, appellatione remòta, compelleret ad soluendum decimas personis et Ecclesiis, quibus de jure debentur, non obstante consuetudine Venetorum, qui tantum in morte decimant bona sua, vicarius venerabilis fratris nostri, Patriarchae Gradensis, burgenses Venetos, habitatores civitatis eiusdem, siue maneant in quinque parrochiis ejusdem Patriarchæ Gradensis, siue se transferant ad parrochias sibi subjectas, seu ad parrochias Pisanorum, necnon etiam ad parrochias illorum, qui Constantinopolitano non sunt subditi Patriarchae, ecclesiastica districtione compellit, ut decimas sibi soluant, non permittens eisdem alibi nubentium benedictiones recipere, quam in Ecclesiis Patriarchae Gradensis, licet in illarum Ecclesiarum parrochiis non morentur; in quos etiam excommunicationis praesumit interdum propter hoc sententiam promulgare. Quia uero nobis non constitit de praemissis, discretioni vestrae per apostolica

scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis causam, et appellatione remota fine canonico terminetis, facientes etc. Quodsi non omnes, duo uestrum etc.

Datum, ut in alia *(Lat., IV Id. Martij, anno XI).*

CXCVII.

Innocentius III Archiepiscopo Varisiensi et Episcopo Panidensi.

Ut sententias Patriarchae Cp. faciant observari.

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XVIII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 145.

Significauit nobis uenerabilis frater noster, Constantinopolitanus Patriarcha, quod Praelati Ecclesiarum eidem non subjectarum, commorantes in parrochiis sibi subjectis, excommunicatos ab ipso et interdicto suppositos nominatim interdum recipiunt ad diuina; propter quod dissolvitur uervus ecclesiasticae disciplinae. Unde ipsis dedimus in praeceptis, ut parrochianos Ecclesiarum, quae ipsi subjectae sunt Patriarchae, cum ab eo excommunicati fuerint uel interdicto suppositi, nullatenus recipere ad divina vel eis sacramenta ecclesiastica exhibere praesumant.

Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si Praelati praedictarum Ecclesiarum de cetero id praesumpserint attentare, vos eos a praesumptione huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescatis.

Datum, ut in alia *(Lat., IV Id. Martij, anno XI).*

CXCVIII.

Innocentius III Praelatis Ecclesiarum Patriarchae non subjectarum Constantinopolim.

A. d. 1208, die 12. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. XIX, ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 146.

Significauit nobis venerabilis frater noster, Constantinopolitanus Patriarcha, quod vos interdum, commorantes in parrochiis

sibi subjectis, excommunicatos ab ipso et interdicto suppositos, nominatim recipitis ad divina; propter quod dissolvitur nervus ecclesiasticae disciplinae. Quocirca praesentium vobis auctoritate mandamus atque praecipimus, quatenus parrochianos Ecclesiarum, quae ipsi subjectæ sunt Patriarchae, cum ab eo excommunicati fuerint vel interdicto suppositi, accipere ad divina vel eis sacramenta ecclesiastica exhibere nullatenus praesumatis. Alioquin venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopo Varisiensi et Episcopo Panidensi, nostris damus literis in mandatis, ut vos a praesumptione huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant.

Datum, ut in alia *(Lat., IV Id. Martii, anno XI)*.

CIC.

Sacramentum Henrici, canonici ecclesie supradicte [i. e. *sanctæ Sophiæ Cp.*] [1]).

A. d. 1208, m. Aprili.

Liber Albus fol. 37. Liber Pactorum I, 160.

In presentia domini Leonardi, decani Constantinopolitane ecclesie, et domini Cantari, atque domini Mathie, thesaurarii iam dicte ecclesie, dominus Henricus, presbiter olim ecclesie sancti Bartholomei, constitutus canonicus in supradicta ecclesia, sacramentum continens ita iuravit:

„Juro ego suprascriptus Henricus, electus canonicus sancte Sophie, quod non eligam, neque pro posse meo recipiam in prefata ecclesia sancte Sophie archidiaconum, archipresbiterum, prepositum, decanum, thesaurarium, neque aliquem in alium personatum in dicta ecclesia, neque Patriarcham Constantinopolitanum, nisi natione Venetum, neque alium canonicum, nisi vel natione Venetum vel talem, qui in aliqua ecclesia Venetorum institutionem habuerit per decennium. Et a quolibet predictorum, meo tempore electorum vel receptorum,

[1]) Cfr. supra nr. CLXXXIV.

post electionem vel receptionem simile faciam iuramentum prestari, nec umquam operam dabo, quod supradicta infringi debeant aut mutari.“

Actum est hoc in ecclesia suprascripta anno Domini millesimo ducentesimo octavo, mense Aprilis, indictione undecima.

Ego Petrus, presbiter et canonicus eiusdem ecclesie, rogatus interfui, scripsi, complevi et roboravi.

Ego Vivianus, scriptor, notarius et iudex, autenticum huius vidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inveni, ideoque fideliter exemplavi, et propria manu mea firmavi atque subscripsi.

CC.

Innocentius III Patriarchae Constantinopolitano.

Redarguitur de multis excessibus.

A. d. 1208, die 23. m. Aprilis.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. LXXVI ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 166.

Contra pessimam pestem, aduersus uniuersalem Ecclesiam Constantinopoli nuper exortam, tanto severius nos oportet apostolicam exercere censuram, quanto perniciosius inveterata corrumperet, et altius cresceret radicata. Non igitur in-tui derogationem honoris, quem, quantum cum Deo possumus, illaesum cupimus conseruare, sed in destructionem pestis ipsius, quam diligenti studio intendimus abolere, ad ea, quae subscripta sunt, nos cum debita noveris processisse cautela. Sane cum olim tua nobis fuisset electio praesentata, nos sollicite attendentes, quod ab iis attentata fuerat, qui jus non habuerant eligendi, utpote quia nulli tunc temporis in canonicos sanctae Sophiae canonice fuerant instituti, eam de consilio fratrum nostrorum in publico consistorio publice duximus irritandam, immo verius irritam denuntiavimus extitisse. Postmodum uero de gremio Sedis apostolicae Constantinopolitanae volentes Ecclesiae providere, cum subdiaconus noster esses, nec peccasses in electione priori,

tanquam qui fueras inscius et absens electus, si tamen talis nominatio electio possit dici, te ad eandem Ecclesiam eligentes, cuius provisio tunc ad nos tantummodo pertinebat, in diaconum primo ac postmodum in presbyterum ordinare curavimus et tandem ministerio nostro in episcopum consecratum honore pallei decorare. Licet autem sic ordinatus, consecratus et palleatus a nobis Constantinopolim accessisses, super toto processu negotij nostras literas tecum ferens, per quas mandabatur uniuerso clero apud Constantinopolim constituto, ut exhiberent tibi obedientiam tam debitam, quam devotam, clerici tamen de parte Peregrinorum id facere recusarunt, firmiter asserentes, quod a nobis haec omnia per suppressionem extorseras veritatis. Cumque tam per te, quam per dilectum filium nostrum Petrum, tituli sancti Marcelli presbyterum Cardinalem, tunc apostolicae Sedis Legatum, ipsos ad exhibendum tibi obedientiam monuisses, ipsi, ne ad id aliquatenus cogerentur, ad Sedem apostolicam appellarunt; quorum appellationi etsi praedictus detulerit Cardinalis, non tam propter formam canonicam, quam quia primo interponebatur in Ecclesia Constantinopolitana, quae nuper fuerat ad devotionem Ecclesiae Romanae reversa, tu tamen eidem non deferens, in clericos ipsos, ut asserunt, excommunicationis sententiam protulisti; et cum Legatus communicaret eisdem, uelut post appellationem, cui ipse detulerat, non ligatis, tu eos arctius evitabas. Ceterum cum dilectus filius noster Benedictus, tituli sanctae Susannae presbyter Cardinalis, tunc apostolicae Sedis Legatus, Constantinopolim advenisset, ut pacem inter vos, ad quam evangelizandam missus fuerat, reformaret, pro concordia interposuit partes suas, et sic apud partes efficaciter laboravit, quod in eum fuit ab eis pariter compromissum, te sub causae periculo promittente, illis autem juramento firmantibus, quod, quicquid inter vos per concordiam, arbitrium uel judicium ordinaret, inviolabiliter servaretis. Volens igitur Cardinalis more boni judicis lites minuere, non augere, tibi praehabita deliberatione

praecepit, ut clericos ipsos in Ecclesiis, in quibus erant, pro institutis haberes; et ipsis injunxit, ut tibi tanquam Patriarchae suo reverentiam et obedientiam debitam exhiberent, ordinatione sanctae Sophiae, super qua in eum similiter fuerat compromissum, sicut clerici asserebant, ad tempus ex necessaria causa dilata; super qua tamen hoc tunc tibi sub periculo causae mandavit, ut, quod ipse postmodum statueret super ea, humiliter reciperes et servares. Et licet iidem clerici, tanquam obedientiae filii, mandatum Cardinalis sine dilatione qualibet fuerint executi, tu tamen tuae promissionis oblitus, cum Legatus quosdam instituisset canonicos in Ecclesia sanctae Sophiae, tibique districtius praecepisset, ut tam eos, quam illos, quos praedictus Cardinalis sancti Marcelli instituerat in eadem, sine contradictione reciperes et praebendas pacifice faceres possidere, id efficere noluisti; propter quod ipsi tibi, qui per inobedientiae vitium causae tuae incurreras detrimentum, obedientiam subtrahentes, ad Sedem apostolicam appellarunt, festum nativitatis Dominicae proximo praeteritum appellationi suae terminum praefigentes, ad quem tu etiam postmodum appellasti.

Procuratoribus igitur utriusque partis in nostra praesentia constitutis, et in publico consistorio audientia eisdem indulta, ex parte clericorum ipsorum fuit propositum coram nobis, quod post appellationem ipsorum et Ecclesiam sanctae Sophiae thesauro usque ad summam centum milium marcharum et eorum Ecclesias bonis pluribus spoliaras; quae uniuersa restitui cum instantia postulabant.

Praeterea cum praedictus Cardinalis sanctae Susannae de communibus proventibus debuerit procurari, et in procurationes ipsius per manum Imperatoris, qui vobis communiter tenebatur, mille et ducenta hyperpera fuerint erogata, de quibus ad te trecenta ratione quartae spectabant, tu ab Imperatore et ab aliis recepisti non solummodo integre partem tuam, sed de parte

ipsorum alia treccnta hyperpera extorsisti; sicque a procuratoribus tuis sexcenta hyperpera repetebant.

Addebant etiam, quod non tantum super ordinatione sanctae Sophiae inobediens fueras praedictis Cardinalibus et Legatis, immo verius nobis ipsis, in tantum, quod, ne obedias aut ualeas obedire, juramento te in perpetuum obligaras.

Sane ante occupationem Regiae civitatis Veneti cum Francis et Ecclesiarum spolia et possessiones ecclesiasticas dividere conjurarunt, jurantes hoc etiam, quod, si Franci haberent Imperium, Patriarchatum Veneti obtinerent, et si Patriarchatus forsan deueniret ad Francos, Imperium in partem cederet Venetorum. Unde Veneti ad servandae hujus iniquitatis vinculum in posterum sibi providere uolentes et hereditate sanctuarium Domini possidere, a te, cum a praesentia nostra recederes, exegerunt et receperunt hujusmodi juramentum, ne videlicet in canonicum sanctae Sophiae quemquam admitteres, qui non esset Venetus natione, uel apud Venetias per decennium commoratus, omnesque canonicos in receptione sua jurare compelleres, quod in canonicum nullum reciperent, qui non praestaret simile juramentum, et quod non eligerent, nisi de Venetis, Patriarcham. Hoc quoque te bona fide promisisse dicebant, quod studium et operam diligentem impenderes, et, quantum in te foret, efficaciter laborares, ut in tota Romania nec Episcopus nec Archiepiscopus, nisi Venetus, crearetur. Licet autem id in partibus Constantinopolitanis sit notum et Venetiis notissimum, ut dicebant, et apud nos jampridem fama vulgatum infami, denuntiando tamen hoc se dixerunt congruo tempore probaturos. Quantum autem in hoc peccaveris, si est ita, si diligenter attenderis, evidenter aduertes. Cum enim tanquam sponsus de thalamo matris egrediens ad praedignissimae filiae suae festinares amplexus, non debueras sterilitatis ei procurare venena, sed foecunditatis potius quaerere medicinam. Saue, ut pater multarum gentium fieres, a patre patrum tam viva voce, quam literis datum

tibi fuerat in mandatis, ut de omni populo et natione sponsae tuae filios suscitares, nec acquiesceres tantum carni et sanguini, sed id faceres, quod ejus tibi vicarius revelarat, cui de omni gente, qui facit justitiam, est acceptus.

Hoc fuerat quasi primum mandatum illius, qui te creaverat Patriarcham; et quia in hoc quasi primo tuam voluit obedientiam experiri, praecipue fuerat observandum. Tu vero non solummodo non servasti mandatum, sed, si dictis veritas suffragatur, ut illud servare de cetero non valeres, juramentum ad iniquitatis vinculum praestitisti. Ecce quales fructus ex nova planta colligimus! Ecce quod exemplum ex facto tuo in divinae majestatis offensam, injuriam apostolicae Sedis, ecclesiasticae libertatis dispendium et opprobrium Ecclesiae generalis ad Reges et populos derivatur! Conjurent ergo Romani, si hoc sub dissimulatione transimus, ne quis ad summi Pontificatus officium vel consortium Cardinalium, nisi Romanus fuerit, assumatur, nosque polliceri compellant, ut per totum orbem nonnisi Romanos Patriarchas, Metropolitanos et Episcopos statuamus. Verum dices, forsitan te ad id violenter attractum. Sed non fuit tanta violentia, quod cadere debuerit in constantem. Et quidem in tali casu potius erat mortem incurrere, quam tanto malo tantum virum in totius Ecclesiae scandalum consentire, potius animam ponere, quam alligare fasciculos, totam Ecclesiam deprimentes. Ceterum a procuratoribus tuis fuit propositum ex adverso, quod mandatum praefati Legati super ordinatione sanctae Sophiae non potueras, *ut*[1]) debueras, executioni mandare, cum super hoc canonici ejusdem Ecclesiae ad Sedem apostolicam appellassent, nec id posset sine multo Venetorum scandalo adimpleri.

Praeterea, cum mandatum eidem Legato fuisset, ut, si Ecclesiam supradictam ordinare negligeres vel differres, ipse procederet ad ordinationem ipsius, et tu jam in ea juxta

[1]) Sic Nos. In textu: potuerat aut.

propriis facultatcs competentem canonicorum numerum statuisses, auctoritatc mandati nostri nullos instituere potuerat in eadem.

Super thesauro autem sanctae Sophiae dicebant, quod pro communi tam Ecclesiae, quam terrae necessitatc manum extenderas ad eundem, de quo tria milia marcharum Imperatori, duo milia Venetis concesseras mutuo, et de quattuor milibus possessiones ad usus Ecclesiae compararas, idem facturus de reliquo, cum obtulerit se facultas. Et licet procuratores ipsi, quod de juramento propositum fuerat, penitus denegarent, nos tamen audivimus a quibusdam, quod, cum Veneti te ad praestandum illud vehementer arctarent et negato tibi passagio, civitatis etiam prohiberent egressum, nec vitare posses instantiam creditorum, quibus juramento praestito tenebaris, nonnisi cum adjectione hujus clausulae juravisti: *„salvo in omnibus apostolicae Sedis jure, auctoritate, reverentia et honore"*; quod Veneti tamen in instrumento super hoc confecto non permiserunt apponi.

Quia ergo, sicut nobis a Domino dicitur per prophetam, solvere debemus colligationes impietatis, solvere fasciculos deprimentes, omnes pactiones, constitutiones et conjurationes, de rebus ecclesiasticis in Ecclesiarum dispendium a praedictis laicis attentatas, vel in posterum attentandas, omnino cassamus, et sub interminatione anathematis praecipimus non servari. Ad haec praesentium tibi auctoritate mandamus et in virtute obedientiae districte praecipimus, quatenus, si spontaneus recognoveris te juramentum hujusmodi praestitisse, infra duos menses post susceptionem praesentium tam clero Constantinopolitano, quam Archiepiscopis et Episcopis, quos praesentes habere poteris, convocatis, publice juramentum illud abjures, et, quod ipsum non serves in posterum, praestes similiter publice juramentum, canonicos sanctae Sophiae ad abjurandum hujusce-

modi juramentum, quod fecisse dicuntur, et jurandum, quod illud de cetero non observent, per suspensionem officii et beneficij, appellatione remota, compellens. Canonicos quoque in Ecclesia sanctae Sophiae a praedictis Cardinalibus canonice institutos usque ad eundem terminum recipias in eadem, et canonias suas facias pacifice possidere, clericos et laicos resistentes tam nostra, quam tua fretus auctoritate, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Quodsi forsan in aliquo praedictorum, quod tamen non credimus, negligens fueris uel remissus, ex tunc ab officio et beneficio noveris te suspensum, nosque venerabilibus fratribus nostris, Vericensi Archiepiscopo et Episcopo Panidensi, et dilecto filio, Cantori sancti Pauli Constantinopolitani, districtius mandavisse, ut suspensionem tuam non differant publicare, ac in ceteris mandatum apostolicum exequantur. Ceterum si negaveris, te praestitisse huiusmodi juramentum, quia, quod de ipso propositum est, non possumus sub dissimulatione transire, Legato, quem Constantinopolim in proximo destinare proponimus, dabimus in mandatis, ut utriusque partis rationes et probationes audiat diligenter, et causam plene instructam ad nos remittere non postponat. Quodsi clerici memorati in probatione defecerint, et tu nihil volueris confiteri, quia super hoc non modicum infamaris, canonicam tibi purgationem indicet, et sive in purgatione defeceris, sive potueris te purgare, haec nobis per literas suas fideliter exponere non omittat; ut super omnibus post ejus relationem instructi, prout procedendum fuerit, procedamus.

Super sexcentis autem hyperperis venerabili fratri nostro, Episcopo Salimbriensi et dilecto filio, electo Heracliensi, et Cantori sanctae Sophiae causam committimus, sub hac forma, ut te ad refundenda hyperpera, quae vel de procuratione Cardinalium te subtraxisse, vel de parte clericorum occupasse constiterit, per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis impedimento, justitia mediante, compellant.

Ceterum licet ex eo, quod sub periculo causae tuae cum clericis ipsis compromiseras in Legatum, et mandatum eius postmodum non servasti, per tuam inobedientiam eorum tibi videaris obedientiam subtraxisse, cum super obedientia quaestio verteretur; volentes tamen tibi gratiam exhibere, clericis ipsis injunximus, ut usque ad praedictum terminum obedientiam tibi exhibeant debitam et devotam, eam tibi, si obedientiae filius fueris, ex tunc etiam impensuri, et subtracturi eandem, si forsan inobediens fueris et rebellis, utpote ab officio et beneficio apostolicae Sedis auctoritate suspenso.

Ab impetitione uero clericorum sanctae Anastasis super columnis marmoreis, quas de ipsorum Ecclesia ad Ecclesiam sanctae Sophiae transtulisse diceris ad ornatum altaris, te reddimus absolutum.

Super eo uero, quod Ecclesiam sanctae Sophiae multis milibus marcharum diceris spoliasse, si res ita se habet, taliter per te ipsum corrigas, quod fecisti, quod justa de te non remaneat materia conquerendi, provisurus attentius, ne de cetero manus ad buiusmodi thesaurum extendas, nisi forte tanta tibi necessitas immineret, ut, deficientibus necessariis aliunde, aliquid inde, moderate tamen, te accipere oporteret; quia, quam detestabile ac damnabile in Praelatis Ecclesiarum crimen dilapidationis existat, tuam non credimus prudentiam ignorare.

Datum Laterani, VIII Kal. Maij, anno undecimo.

CCI.

Innocentius III Episcopo Vercensi et Episcopo Panidensi et Cantori sancti Pauli Constantinopolitani.

De eodem argumento.

A. d. 1208, die 23. m. Aprilis.

Innoc. III epist. lib. XI, ep. LXXVII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 169.

Procuratoribus venerabilis fratris nostri, Patriarchae Constantinopolitani, et dilectorum filiorum clericorum de parte

6 *

peregrinorum Constantinopoli commorantium in nostra praesentia constitutis, et in publico consistorio audientia eisdem indulta, ex parte clericorum ipsorum fuit propositum coram nobis, quod ante occupationem Regiae civitatis Veneti cum Francis Ecclesiarum spolia et possessiones ecclesiasticas dividere conjurarunt, jurantes hoc etiam, quod, si Franci haberent Imperium, Patriarchatum Veneti obtinerent, et si Patriarchatus forsan deveniret ad Francos, Imperium in partem cederet Venetorum. Unde Veneti ad servandum hujus unitatis vinculum in posterum sibi prouidere uolentes et hereditate sanctuarium Domini possidere, a Patriarcha, cum a praesentia nostra recederet, exegerunt et receperunt hujusmodi juramentum, ne videlicet in canonicum sanctae Sophiae quemquam admitteret, qui non esset Venetus natione, vel apud Venetias per decennium commoratus, omnesque canonicos in receptione sua jurare compelleret, quod in canonicum nullum reciperent, qui non praestaret simile juramentum, et quod non eligerent, nisi de Venetis, Patriarcham.

Hoc quoque ipsum bona fide promisisse dicebant, quod studium et operam diligentem impenderet, et, quantum in se foret, efficaciter laboraret, ut in tota Romania nec Episcopus nec Archiepiscopus, nisi Venetus, crearetur.

Licet autem id in partibus Constantinopolitanis sit notum et Venetiis notissimum, ut dicebant, et apud nos jam pridem fama vulgatum infami; denuntiando tamen hoc se dixerunt congruo tempore probaturos.

Praeterea cum dilectus filius noster Benedictus, tituli sanctae Susannae presbyter Cardinalis, tunc apostolicae Sedis Legatus, Constantinopolim advenisset, ut pacem inter ipsos, ad quam evangelizandam missus fuerat, reformaret, pro concordia interposuit partes suas, et sic apud partes efficaciter laboravit, quod in eum fuit ab eis pariter compromissum, dicto Patriarcha sub causae periculo promittente, illis autem juramento firmantibus,

quod, quicquid inter ipsos per concordiam, arbitrium vel judicium ordinaret, inviolabiliter observarent.

Volens igitur Cardinalis more boni judicis lites minuere, non augere, ipsi Patriarchae praehabita deliberatione praecepit, ut clericos ipsos in Ecclesiis, in quibus erant, pro institutis haberet, et ipsis injunxit, ut ei tamquam Patriarchae suo reverentiam et obedientiam debitam exhiberent, ordinatione sanctae Sophiae, super qua, sicut clerici asserebant, in eum similiter fuerat compromissum, ad tempus ex necessaria causa dilata; super qua tamen hoc tunc Patriarchae sub periculo causae mandavit, ut, quod ipse postmodum statueret super ea, humiliter reciperet et servaret. Et licet iidem clerici, tanquam obedientiae filii, mandatum Cardinalis sine dilatione qualibet fuerint executi, Patriarcha tamen suae promissionis oblitus, cum Legatus quosdam instituisset canonicos in Ecclesia sanctae Sophiae, eique districtius praecepisset, ut tam eos, quam illos, quos dilectus filius noster Petrus, tituli sancti Marcelli presbyter Cardinalis, apostolicae Sedis Legatus, instituerat in eadem, sine contradictione reciperet, et praebendas pacifice faceret possidere, id efficere non curauit.

Propter quod ei, qui per inobedientiae vitium causae suae incurrerat detrimentum, obedientiam subtrahentes, ad Sedem apostolicam appellarunt, festum nativitatis Dominicae proxime praeteritum appellationi suae terminum praefigentes; ad quem Patriarcha etiam postmodum appellavit. Ceterum a procuratoribus Patriarchae fuit propositum ex aduerso, quod mandatum praefati Legati super ordinatione sanctae Sophiae non potuerat, ut[1]) debuerat, executioni mandari, cum super hoc canonici ejusdem Ecclesiae ad Sedem apostolicam appellassent, nec id posset sine multo Venetorum scandalo adimpleri.

[1]) Sic nos; in edd. aut.

Praeterea cum mandatum eidem Legato fuisset, ut, si Patriarcha Ecclesiam supradictam ordinare negligeret vel differret, ipse procederet ad ordinationem ipsius, et Patriarcha jam in ea juxta proprias facultates competentem canonicorum numerum statuisset, auctoritate mandati nostri nullos instituere poterat in eadem. Licet autem procuratores ipsi, quod de juramento propositum fuerat, penitus denegarent, nos tamen audivimus a quibusdam, quod, cum Veneti Patriarcham ad praestandum illud uehementer arctarent, et negato sibi passagio civitatis etiam prohiberent egressum, nec vitare posset instantiam creditorum, quibus juramento praestito tenebatur, nonnisi cum hujus clausulae adjectione juravit: „*salvo in omnibus apostolicae Sedis jure, auctoritate, reverentia et honore*"; quod Veneti tamen in instrumento super hoc confecto non permiserunt apponi.

Quia ergo, sicut nobis a Domino dicitur per prophetam, solvere debemus colligationes impietatis, solvere fasciculos deprimentes, omnes pactiones, constitutiones et conjurationes de rebus ecclesiasticis in Ecclesiarum dispendium a praedictis laicis attentatas, vel in posterum attentandas, omnino cassamus, et sub interminatione anathematis praecipimus non servari.

Ad haec eidem Patriarchae in virtute obedientiae districte praecipiendo mandamus, ut, si spontaneus recognouerit, se juramentum hujusmodi praestitisse, infra duos menses post susceptionem literarum tam clero Constantinopolitano, quam Archiepiscopis et Episcopis, quos praesentes habere poterit, convocatis, publice juramentum illud abjuret, et, quod ipsum non servet in posterum, praestet similiter publice juramentum, canonicos sanctae Sophiae ad abjurandum hujuscemodi juramentum, quod fecisse dicuntur, et jurandum, quod illud de cetero non observent, per suspensionem officii et beneficii, appellatione remota, compellens. Canonicos quoque in Ecclesia sanctae Sophiae a praedictis Cardinalibus canonice institutos usque ad

eundem terminum recipiat in eadem, et canonias suas faciat pacifice possidere, clericos et laicos resistentes, tam nostra, quam sua fretus auctoritate, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quodsi forsan in aliquo praedictorum, quod tamen non credimus, negligens fuerit vel remissus, ex tunc ab officio et beneficio nouerit se suspensum.

Quocirca discretioni uestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, eo in executione mandati nostri cessante, suspensionem ipsius publicare ac in ceteris exequi mandatum apostolicum procuretis, contradictores, si qui fuerint, vel rebelles, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, per censuram ecclesiasticam coërcentes. Quodsi non omnes etc. Duo etc.

Datum Laterani, VIII Kal. Maij, anno XI.

CCII.

Innocentius III Patriarchae Aquilegensi et Episcopo Paduano [1]).

De libera peregrinatione ad loca sancta.

A. d. 1209, die 27. m. Februarii.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. II ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 298.

Angit nos cura sollicitudinis pastoralis, ut dilectos filios, Ducem ac populum Venetorum ab iis, quae famam offuscant et salutem impediunt, sollicite revocemus. Quantum enim dudum offenderint abducendo peregrinos damnabiliter et damnose a subsidio Terrae sanctae, non est, sicut credimus, vobis incognitum, cum toti pene sit Ecclesiae manifestum. Unde cum sperassemus, quod praeteritae poenitentes offensae, sic eam poenitendo diluerent, quod nequaquam ultra similem attentarent; non possumus non dolere, quod, sicut nostris est auribus intimatum, quidam eorum in contrarium spei nostrae nonnullos peregrinos

---

[1]) Ille Gerardus Pomedella, hic Valterus s. Wolfcherius de Ellenbrechtskirchen (Bavarus), coll. Ughellio l. c. V, 441; ibid. 77.

ad terram properantes eandem in suis navibus receptantes, eos a propria intentione frustratos deduxerunt, non solum in Graeciam, sed in Cretam; qui tandem corde, sicut et itinere deviantes, propositum, quod contra crucis inimicos conceperant, in servorum crucis oppressionem convertunt, Christianos partium adjacentium ad ducum suorum offendendo suasum; qui eandem indulgentiam mentiuntur a nobis taliter procedentibus esse concessam, quae concessa est illis, qui ad defensionem Terrae sanctae procedunt.

Cum igitur hoc in eiusdem terrae dispendium, opprobrium nostrum et peccatum redundet illorum, fraternitati uestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus dictos Ducem et populum moneatis prudenter et efficaciter inducatis, ut de cetero ab huiusmodi abstinentes, nec Deum provocantes ulterius, quem ex praeteritis provocasse graviter dinoscuntur, quin immo retroactam offensam per satisfactionem expiantes sequentem, peregrinos, qui Terram sanctam visitare disponunt, a suo itinere nec in Cretam, nec in alias partes distorquere praesumant, sub divini judicii nihilominus et excommunicationis interminatione vetantes, ne huiusmodi peregrini opus itineris salutaris mutantes in vae damnabile, quod ingredienti terram duabus viis Sapiens imprecatur, Christianos, qui sunt in Creta seu etiam ubicunque locorum, audeant impugnare, sed votum suum contra inimicos crucis cum puritate debita prosequantur.

Duci quoque ac populo supradictis simili modo inhibere curetis, ne contra inhibitionem praescriptam aut culpabiliter ipsi veniant, aut peregrinos jam dictos damnabiliter venire compellant. Quodsi non omnes etc. alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Datum LATERANI, III Kal. Martij, pontificatus nostri anno duodecimo.

CCIII.

Innocentius III clericis et laicis peregrinis in Candida, civitate Cretae, morantibus.

De eodem argumento.

A. d. 1209, die 28. m. Februarii.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. III ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 299.

Angit nos cura sollicitudinis pastoralis etc. ut in alia usque in contrarium spei nostrae, vos et nonnullos alios peregrinos etc. ut supra usque peccatum redundet illorum, venerabilibus fratribus nostris, Patriarchae Aquilegensi et Episcopo Paduano dedimus in praeceptis, ut dictos Ducem et populum efficaciter moneant et inducant, ut de cetero ab hujusmodi abstinentes etc. ut in alia usque venire compellant.

Quocirca universitatem vestram monemus attentius et hortamur, sub eadem vobis interminatione mandantes, quatinus et vos, quae superius sunt expressa, quantum in vobis fuerit, efficaciter observetis et denuntietis aliis peregrinis inviolabiliter observanda.

Datum Laterani, II Kal. Martij, pontificatus nostri anno duodecimo.

CCIV.

Priuilegium Rauani uigore concessionis, facte de insula Nigripi domino (Petro Ziani) Duci per Rauanum.

A. d. 1209, m. Martio.

Liber Albus fol. 92. Liber Pactorum I, fol. 188. II, fol. 210.

Andreas Dandulus ed. cit. p. 336: *„Ravanus de Carceribus et nepotes eius, qui iam insulam Nigropontis acquisiverant, illam ad feudum a Duce Venetiarum recognoscunt, fidelesque et tributarii illi effecti sunt“.*

Marin. l. c. IV, p. 85: *„A Ravano dalle Carceri . . . fu dato in feudo per sè ed eredi l'Isola di Negroponte con le solite condizioni, come consta da un documento 1209 in Marzo, che si legge nel Codice Trevisaneo: e con il patto di dover contribuire alla Repubblica per ciascun anno due mille ipperperi ed un examito, cioè*

un pallio o veste tutta di seta al Doge". Romanin l. l. II, 194. — De re ipsa adeas DuCange histoire de Constantinople. liv. I, 32. Buchon. recherches et matériaux etc. Paris 1840, P. I, p. 368 sq.

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo nono, mense Martij, indictione duodecima. Rivoalti.

Quia recepta potestate domini Henrici, Mantuani episcopi, pro ipsius fratre, Rauano de Carceribus, et supplicatione aliorum nobilium plurimorum, et intellecta procuratione, quam idem dominus Rauanus nobis fecit, vobis domino Petro Ziani, Dei gratia inclito Venecie, Dalmacie atque Chroacie Duci dominoque quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, placuit de insula Nigripi prefato Rauano facere concessionem, ut in priuilegio illi facto plenius per ordinem continetur: promittentes promittimus nos Ro*d*on*d*ellus, frater suprascripti Rauani, et Gerardinus de Montenario barbauus suus, et Albertus Valno fidelis eius, uobis[1]) suprascripto domino Duci et comuni Venecie, quod suprascriptus Rauanus uobis uestrisque successoribus uinculo se fidelitatis se[2]) astringet. Tractabit quoque et operabitur honorem Venecie et proficuum in Romania, et manutenebit bona fide possessiones uestras et omnia, que iuris uestri sunt, contra omnem hominem, qui exinde uellent impedimentum prestare.

Et soluet omni anno in festo sancti Michaelis nuntijs uestris, qui ad hoc apparebunt ibi, uel nuntio yperperorum aureorum recti ponderis duo milia et centum, et unum examitum pro uobis honorabilem, auro textum, et unum pannum alium ad ornatum altaris ecclesie beati Marci.

Si uero nuntius ibi non inueniretur, pro uobis hoc habens in comissum, mittet in Veneciam, que sunt dicta, iu suo periculo ad festum sancti Andree apostoli; et si periculum aliquod

---

[1]) vobis add. in marg. | [2]) Abundat hoc posterius se.

superuenerit in rerum transmissione, faciet, quod per muduam Pasce maioris ea, que dicta sunt, uestro comuni et uobis, omni contradictione abiecta, soluentur.

Laudes quidem uobis et successoribus uestris semper ter in anno, in Natali et Pascate[1]) et in festo beati Marci, faciet in maiori ecclesia solempniter decantari.

Missos autem uestros, qui illuc uenerint, honorifice recipiet et deducet.

Homines Venecie in ipsa insula saluos et securos habebit ubique in personis et rebus, et sine dactione; similiter etiam et in omnibus partibus, que sunt uel erunt eius ditioni subiecte. Et erit eis libera potestas mercandi, ubicunque uoluerint in ipsa insula, et extrahendi exinde, quecunque uoluerint, sine contrarietate cuiusquam.

Habebit quoque gens uestra ecclesiam et fondicum in Negrepo et omnibus ipsius insule ciuitatibus, in quibus et ubi uolueritis, quod quidem in uos retinuistis.

Nullam autem conspirationem faciet, nec fieri permittet, neque per se aliquid, quod ad uestrorum respiciat detrimentum. Amicos Venecie amicos habebit, et inimicos Venecie pro inimicis. Et si uestrum alicui dampnum fiet uel offensa, infra dies triginta, a die clamoris depositi, dampnum emendari faciet, sicut iustum fuerit, et offensam, si presens fuerit; sin autem[2]), ille, qui loco sui regiminis ibi uicem habuerit.

Ad questiones autem decidendas, que inter Veneticos emerserint, et de quibus Venetici ab alijs fuerint inpe*ti*ti[3]), judices Veneti eligentur, qui, sacramento astricti de recte iudicando, secundum bonam conscientiam sine fraude debeant iudicare. Et suprascriptus Rauanus sentencias, que per eos late fuerint, iuramento erit astrictus executioni bona fide mandare.

---

[1]) *te* finale add. a correctore.

[2]) Adde impeditus erit.

[3]) inpediti ms.

Grecos autem tenebit in eo statu, quo domini Emanuelis Imperatoris tempore tenebantur. Faciet etiam, quod omnes, qui per illum sunt in insula, et erunt in antea, et Latini et omnes magnates Greci uobis iurent fidelitatem; et tam eos, qui dicti sunt, quam alios, quos fecerit sibi fidelitatem iurare, facta prius fidelitate, uobis iurare faciet, sibi esse fideles, salua fidelitate uestra. Et in omnium, qui iurauerint, sacramento poni faciet, quod pactionem hanc firmiter obseruabunt.

Et ipse hec omnia obseruabit, et faciet sine dolo et ulla fraude fideliter obseruari. Et infra unum mensem de suprascriptis hijs omnibus obseruandis suprascriptus Rauanus promissionem faciet uobis suprascripto domino Duci uestrisque successoribus et comuni Venecie per manum publicam, et suo eam sigillo faciet insigniri; jurabitque, quod omnia, que continebuntur in ea, obseruabit semper et faciet obseruari, et dabit eam misso uestro uel missis, qui pro ea et iuramento a suprascripto Rauano transmissi fuerint recipiendis; ex quo de predictis a dicto misso uestro uel missis fuerit requisitus.

Sciendum namque est, quod sepedictus Rauanus apud uos saluus et securus esse debet et inter uestros ubique, et res eius, aurum uidelicet et argentum, gemme quoque[1]) et sete opera. Sui uero salui et securi esse debent apud uos et ubique, et res eorum, salua ratione consuetudinis terre uestre.

Ita seruatum in eo et in suis erit, sicut supra legitur, eo recte seruante ea, que superius continentur.

Signum suprascriptorum Ro*d*on*d*elli, Gerardini et Alberti, qui hec fieri rogauerunt.

Ego Bartholomeus Bembo uice domini[2]) testis subscripsi.

Ego Nicolaus Gerardus, presbiter et plebanus sancti Fantini et notarius ducalis, ducalisque aule cancellarius, compleui et roboraui.

---

[1]) Sequentia p. 95 plenius sic: *gemme quoque et seta et sete opera.*

[2]) dno ras. et corr.; Vicedomino LP. I; Vicedominus LP. II.

Ego Viuianus, scriptor, notarius et judex domini Henrici, Romanorum Imperatoris, autenticum hujus vidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inueni, ideoque fideliter exemplavi, et propria manu mea firmavi atque scripsi.

CCV.

Promissio Rauani facta domino Petro Ziani, Duci Venecie, occasione concessionis insule Nigripi.

A. d. 1209, m. Martio.

Liber Albus fol. 93. Liber Pactorum I, fol. 191. II, 211.

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo nono, indictione duodecima, mensis Marci. Nigroponte.

Quia recepta prece domini Henrici, Mantuani episcopi, pro me, Rauano de Carcere, Veronensi, fratre meo, et supplicatione aliorum nobilium plurimorum, et intellecta procuratione, quam idem ego suprascriptus Rauanus eis feceram, vobis domino Petro Ziani, Dei gratia inclito Venecie, Dalmacie atque Chroacie Duci dominoque partis quarte et dimidie tocius Imperii Romanie, placuit de insula Nigripi michi suprascripto Rauano facere concessionem, ut in priuilegio per uos michi facto plenius per ordinem continetur: promittens promitto ego dictus Rauanus uobis suprascripto domino Duci et comuni Venecie, quod, quia uobis uestrisque successoribus uinculo sum fidelitatis astrictus, tractabo quoque et operabor honorem Venecie et proficuum in Romania, et manutenebo bona fide possessiones uestras et omnia, que iuris uestri sunt, contra omnem hominem, qui exinde uellet impedimentum parare.

Et soluam omni anno in festo sancti Michaelis, mense Septembris, nuntijs uestris, qui ad hec apparebunt ibi, uel nuntio yperperorum aureorum recti ponderis duo milia et centum, et unum examitum pro uobis honorabilem, auro textum, et unum pannum alium ad ornatum altaris ecclesie beati Marci.

Si uero nuntius ibi non inueniretur, pro uobis hoc habens in comissum, mittam in Venecijs, que sunt dicta, in meo periculo ad festum beati Andree apostoli; et si periculum aliquod superuenerit in rerum transmissione, faciam, quod per muduam[1]) Pasche maioris ea, que dicta sunt, uestro comuni et uobis, omni condictione abiecta, soluere [l. *solventur*].

Laudes quidem uobis et successoribus uestris semper ter in anno, in Natali et Paschate[2]) et in festo sancti Marci, faciam in maiori ecclesia sollempniter decantari.

Missos autem uestros, qui illuc uenerint, honorifice recipiam et deducam.

Homines Venecie in ipsa insula saluos et securos habebo ubique in personis et rebus, et sine ulla datione. Similiter etiam et in omnibus partibus, que sunt uel erunt mee dictioni subiecte. Et erit eis libera potestas merchandi, ubicunque uoluerint in ipsa insula, et extrahendi exinde, quecunque uoluerint, sine contrarietate cuiusquam.

Habebit quoque gens uestra ecclesiam et fondicum in Negripo et in omnibus ipsius insule ciuitatibus, in quibus et ubi uolueritis, quod quidem in uos retinuistis.

Nullam autem conspirationem faciam, nec fieri permittam, neque per me aliquid, quod ad uestrorum respiciat detrimentum. Amicos Venecie amicos habebo, et inimicos Venecie pro inimicis. Et si uestrum alicui dampnum fiet uel offensa, infra dies triginta, a die clamoris depositi, dampnum emendari faciam, sicut iustum fuerit, et offensam, si presens fuero; impeditus autem si ero, ille, qui loco mei regiminis ibi uicem habuerit.

Ad questiones decidendas, que inter Veneticos emerserint, et de quibus Veneti ab aliis fuerint impetiti, iudices Veneti eligentur, qui sacramento astricti de recte iudicando, secundum bonam conscientiam sine fraude debeant iudicare. Et ego supra-

[1]) mud. I.P. I. II. | [2]) te corr. alia manu.

scriptus Rauanus sententias, que per eos late fuerint, iuramento sum astrictus executioni bona fide mandare.

Grecos autem tenebo in eo statu, quo domini Emanuelis Imperatoris tempore tenebantur. Faciam etiam, quod omnes, qui per me sunt in insula et erunt in antea, et Latini et omnes magnates Greci, uobis iurent fidelitatem; et tam eos, qui dicti sunt, quam alios, quos michi fecero fidelitatem iurare, facta prius fidelitate, uobis iurare faciam, michi esse fideles, salua fidelitate uestra. Et in omnium, qui iurauerint, sacramento poni faciam, quod pactionem banc firmiter obseruabunt.

Et ego ipse hec omnia obseruabo, et faciam sine dolo et ulla fraude fideliter obseruari. Et *[De?]* quibus suprascriptis his omnibus obseruandis ego suprascriptus Rauanus promissionem banc feci uobis suprascripto domino Duci uestrisque successoribus et comuni Venecie per manum publicam, et meo sigillo eam sigillaui. Juraui quoque, quod omnia, que continentur in ea, obseruare (l. *obseruabo*), et faciam obseruari. Quam promissionem misso uestro dedi infra unum mensem, ex quo fui exinde requisitus, sicut tenebar.

Sciendum namque est, quod ego sepedictus Rauanus apud uos saluus et securus esse debeo et inter uestros ubique, et res mee, aurum uidelicet et argentum, gemme quoque et seta et sete opera. Mei uero salui et securi esse debent apud uos et ubique, et res eorum, salua ratione consuctudinis terre uestre. Ita seruatum in me et meis erit, sicut supra legitur, me recte seruante ea, que superius continentur.

Actum est in prefacto NIGRIPO[1]), in domo prefacti Rauani, post suprascriptos annum Domini et mensem et indictionem, in presentia Alberti Angossa, Marini[2]) Duca, Allexandri Vicentini, Cigoti Mantuani, militum; Petri Arimundi Veneti, percurrente[3])

[1]) Nigropo LP. I. II.

[2]) Murini LP.

[3]) procurrente LP. I; percurrentibus annis LP. II. Latet vitium [Veneti, procuratoris?]; aut datum tempus aliunde irrepsit.

anno Domini millesimo ducentesimo decimo, mense Februarij, indictione quarta decima.

Ego Jacobus Dalbosco, presbiter et notarius, interfuy rogatus, scripsi, compleui et roboraui.

Ego Viuianus, scriptor, notarius et judex domini Henrici, Romanorum Imperatoris, autenticum huius uidi et legi, nec addidi, nec minui, nisi quod in eo inveni; ideoque in anno Domini millesimo ducentesimo XI, indictione XIV, die VII intrantis[1]) Madii fideliter exemplaui, et propria manu mea firmaui atque subscripsi.

CCVI.

Promissio Rodondelli, fratris Rauani de Carceribus, et Gerardini de Montenario, ac Alberti Valno, procuratoris eiusdem Rauani, facta domino Petro Ziani, Duci Venecie, de aliquibus honorificentiis præfato domino Duci præstandis.

A. d. 1209.

Liber Albus fol. 155. Promissio ipsa deest. Margini codicis adscriptum manu recentiori: *vacat.* Una vocula „*vigore*" titulo postposita est. Hanc promissionem eodem fere tempore factam esse, quo illam Rauani de Carceribus, veri est simile; unde huic continuo eam asseruimus. Laurentius de Mon. p. 143, 144: *Ravanus de Carceribus et nepotes cum suis Lombardis, verentes, non posse propriis viribus tueri Nigropontem, nec tantum pondus suis humeris sustinere, a. d. 1209 recognovernnt ad feudum dictam insulam, sub vinculo fidelitatis, a Duce praedicto, certo censo* (censu?) *annuali, et ter in anno laudibus decantandis.* Haec privilegia attigit E. Cicogna l. l. IV, 539. 540.

CCVII.

Pactum Principis Achajæ Goffredj.

A. d. 1209. m. Julio.

Liber Albus fol. 143. Codex S. Marci Latinus class. X, cod. X: cum adnotatione: *ex libro pactorum Ferrariæ c. 96.* Cfr. E. Cicogna l. c. IV, 539.

---

[1]) intrante LP. I.

Andreas Dandulus ed. cit. p. 336: *„Goffredus etiam de Villa Arduin, qui domino de la Rocha in quaesitis successerat, a Raphaële Goro*[*]*), Ducis nuntio, Principatum Achaiae, Corono et Methono exclusis, recognovit“*. Cfr. DuCange hist. de Constantinople II, 12.

In nomine domini Dei *[aeterni]*[1]) et saluatoris nostri Jhesu Christi. Amen. Anno Domini MCCVIIII, mense Junij[2]), indictione XII. Sapientiae.

Manifestum facio ego quidem Gofredus de Villa Arduini[3]), quia recepi cum meis heredibus et successoribus a domino Raphaele Geno[4]), domini Ducis Petri Ziani Venecie, Dalmacie atque Chroacie, dominatoris quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, legato, terram domini Ducis in feudum a flumine, quod cadit in porto[5]) Zunci per mediam paruam insulam positam in portu[m][6]), et sursum recte usque ad portum Simari[7]), et a suprascriptis metis[8]) usque Corinthum: tali modo, quod ego Gofredus de Villa Arduini[9]) et mei heredes et successores simus astricti sacramento et uinculo fidelitatis domino Duci et suis successoribus, et debeamus effici Venetici; et in Venecciis honorabilem domnum[10]) debemus habere, et uno quoque anno beato Marcho apostolo et euangeliste ad laborem ecclesie duos pannos sericos optimos auratos dare uel mittere, et pannum talem ducatui Veneciarum.

Et omnes Veneti in omnibus pertinentijs, quas habemus et habebimus, salui et securi esse debent in personis et rebus[11]) sine aliqua datione; et Veneti, in quacunque ciuitate mea vellent, debent habere ecclesiam, fondiculum et curiam.

---

*) Geno Laur. de Mon. l. c. p. 143, quod praestare videtur.
1) Addit *aet.* cod. S. Marci.
2) Julii cod. S. Marci.
3) Arduina cod. S. Marci.
4) Gorio cod. S. Marci.
5) parte cod. S. Marci. Lege portu.
6) portu cod. S. Marci.
7) Sarmari cod. S. Marci.
8) cum suprascriptis modis cod. S. Marci.
9) Arduina cod. S. Marci.
10) honorabilem domum cod. S. Marci, recte.
11) in p. et reb. omittit cod. S. Marci

Et qui Veneticis erunt amici, nobis erunt amici; *[et]*[1]) qui eis erunt inimici, nobis erunt inimici, bona fide.

Et ad preceptum domini Ducis utile auxilium bona fide debemus prestare ad terram domini Ducis recuperandam et ad manutenendas terras, quas habet et habebit, saluis tamen capitulis superius et inferius in presenti carta scriptis, ad honorem domini Ducis, et salua fidelitate domini Imperatoris.

De Laudomonia, excepta Mola, quam ego habeo, ita dico, quod ego habeo illam recuperare ad meam fatigationem[2]) et expensam; et de hoc, quod recuperauero aut in toto aut in parte, debet habere dominus Dux quartam partem in suo dominio; et de alijs tribus partibus inde[3]) remanentibus et de Mola debeo domino Duci et suis successoribus tale seruitium facere, quod de alia terra suprascripta, exceptis pannis.

De Corintho ita teneor ego et mei heredes et successores domino Duci, quam de alia terra.

Dominus uero Dux retinet sibi ciuitatem Mothonis cum tantum de suis pertinentijs, quantum includit fluuius suprascriptus, et sursum recte usque ad portum Sinati[4]), sicut designatum fuit per uoluntatem domini Raphaelis et meam, ubi fuerunt:

Cane[5]) de Bononia, Guido de Amore[6]), Gerardus de Germiñ[7]), Raynaldus de Brieth[8]), Jacobus Rolando, ecclesie sancti Barnabe presbiter, Johannes Bobizo[9]) et Johannes Fradelus[10]), absque fondum[11]) militum et eorum, quorum hec[12]) nomina continentur: scilicet Vgo de Montibus, Arnulfus Alemanus, Guilielmus Druei[13]), Raymundus balistarius, Matheus

---

[1]) *et* addit cod. S. Marci.
[2]) fraocationem cod. S. Marci.
[3]) mihi rem. cod. S. Marci.
[4]) Sinaci cod. S. Marci.
[5]) Cono cod. S. Marci.
[6]) Ancore cod. S. Marci.
[7]) Geroñ cod. S. Marci.
[8]) Debrict cod. S. Marci.
[9]) Lobico cod. S. Marci.
[10]) Fradellus cod. S. Marci.
[11]) feudo cod. S. Marci. Iode quære loco auxilium.
[12]) hic cod. S. M., quod praestabit.
[13]) Dominiei cod. S. Marci.

Burgondus, Rodulfus de Balneis, Johannes comes, magister Johannes, capellanus. Isti sunt Milites.

Johannes Parisumensis [?][1]), Conursus Falcarcius[2]), Guilielmus Bitiuilensis [?][3]), Johannes Maçuel[4]), Richardus de Cipos[5]), Caspinelus mariscalcus[6]), Tericus Sticabo[7]), Aubeleris Aurelees[8]), Scimerus Leonardus de Bouera[9]), Gaufredus[10]) de sancto Quirino. Isti sunt Sergenti et sine terra.

Mauresonis et Episcopus et ecclesia Motonis[11]) debet habere per totum episcopatum inter *(intus?)* et foris omnes possessiones temporales et spirituales in terra et in mari, quas habere solebant[12]).

Et iterum dominus Dux sibi retinet ciuitatem Coroni cum suis pertinentijs et[13]) catapanis, cum suis uero pertinentijs, que sunt de ... one[14]) et ciuitatis Coroni.

Similiter Episcopus et ecclesia Coroni episcopatum tenere debet, sicut supradictum est de episcopatu Mothonis.

Tali uero modo terram domini Ducis a domino Raphaele, eius legato, michi et meis heredibus et successoribus recepi: quod, si domino Duci placuerit, firmum erit. Si uero non placuerit, omnia, que in interim accepero, propter hoc de suo uel de alieno, propter magnitudinem et fortitudinem domini Ducis in eius potestatem debeo restaurare[15]).

Ita confirmatum est inter dominum Raphaelem et me; et super hoc nos duo in una voluntate sumus concordati ad faciendum sacramenta et scripturas confirmandas.

---

1) pä̃isumen: sic fere LA. — Barisinus cod. S. Marci.
2) Canursus Faleerius cod. S. Marci.
3) Bravilonus cod. S. Marci.
4) Masriel cod. S. Marci.
5) Citis cod. S. Marci.
6) Aspinellus marasc. cod. S. Marci.
7) Fatricus Scicabo cod. S. M.
8) Ambelonus Aurelus cod. S. M.
9) Samoeus Bernardus de Benoran cod. S. Marci.
10) Gamfredus cod. S. Marci.
11) Mothonensis cod. S. Marci.
12) solebat cod. S. Marci.
13) cum suis cat. cod. S. Marci.
14) rõe LA.; Eone cod. S. Marci.
15) statuero cod. S. Marci.

Et ad hoc conuocamus in testimonium dominum Leonardum Nauigaiosum et dominum Jacobum Longum, capitaneum Feoli[1]), Venecie[2]), et plures alios de bonis hominibus Venecie, et dominum Zenonem de Bethis[3]), et dominum Guidonem de Hannue[4]), cum multis alijs Francorum militibus, qui interfuerunt, ut nostrum pactum cognoscerent.

Signum suprascripti Gofredi, qui hec rogauit fieri.

Ego Jacobus Rolando, presbiter et notarius, compleui et roboraui.

CCVIII.

Innocentius III nobili viro Petro (Ziani), Duci, et populo Venetorum.

Monet eos, ut redeant ad obsequium.

A. d. 1209, die 15. m. Julii.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. LXXXIII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 345.

Quoniam juxta sententiam Salomonis meliora sunt amici verbera, quam oscula inimici, cum ista correctionem, illa uero deceptionem inducant, non debetis ferre moleste, si quando nos, qui de corde puro et conscientia bona et fide non ficta vestram diligimus civitatem, vos arguimus et corripimus in spiritu lenitatis; quia non indignationis, sed dilectionis est argumentum, eo quod pater filium, quem diligit, corripit, et Deus, quos amat, arguit et castigat; maxime cum ad hoc ex apostolicae servitutis officio teneamur, juxta quod docet apostolus, dicens: *argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.*

Memores igitur obsequiorum, quae apostolicae Sedi civitas uestra reverenter impendit, et beneficiorum, quae apostolica Sedes civitati vestrae gratanter indulsit, gemimus et dolemus, illam intervenisse materiam, quae non sinit ad praesens, ut

1) An Forli? quod fere apparet in cod. S. Marci.

2) Venetum cod. S. Marci, recte.

3) Cononem de Benis cod. S. M., i. e. Betune.

4) de Aine cod. S. Marci.

preces, quas nobis multoticns porrexistis pro palleo destinando abbati sancti Felicis, quem vos Jadertinum Praesulem appellatis, cum nostra possimus admittere honestate, propter excessum, quem in divinae majestatis offensam, apostolicae Sedis injuriam et Terrae sanctae jacturam in Jadertinae civitatis excidio commisistis.

Et certe, nisi correctionem vestram ex paternae benignitatis affectu voluissemus hactenus expectare, potuissemus quidem ex canonici juris rigore in eo vos punire, quo peccastis, subtrahendo patriarchatui vestro metropolim Jadertinam, quam ei apostolica Sedes propter vestrum subjecit honorem. Adhuc autem experiri volentes, si hujusmodi plagam medicinali possimus arte curare, disposuimus ad vos nuntium dirigere specialem, sicut dilectus filius B. nuntius vester, vir utique providus et fidelis, pio nobis suggessit affectu, per quem efficacius viva voce nostrum vobis beneplacitum exponamus; quatinus, si cor vestrum gratia divina tetigerit, ut propriam non excusetis offensam, satisfactionem congruam exhibendo, et in iis et in aliis, quae digne duxeritis postulanda, mereamini exaudiri.

Quocirca devotionem vestram rogandam duximus et monendam, obsecrantes in Domino, quatenus in ejus vos humiliantes conspectu, qui exaltat humiles et deponit elatos, ad satisfaciendum ei vestros animos inclinctis, recepturi ab ipso et gratiam in praesenti et gloriam in futuro.

Datum Viterbii, Idibus Julij, anno duodecimo.

CCIX.

Episcoporum literae missae domino Papae (Innocentio III).

De negotio Terræ sanctæ.

A. d. 1209.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 363.

Reverendissimo in Christo patri ac domino Innocentio, Dei gratia sanctae Sedis apostolicae summo Pontifici,

J. Salembriensis, P. Panedocensis, J. Galiopolensis Episcopi, licet indigni, tam promptum, quam devotum famulatus obsequium.

Sanctitatem vestram scientes nullis in sua velle deesse iustitia, cunctisque, qui vestrae protectionis implorant subsidium, pro qualitate suae petitionis libenter velle semper adesse, quanto magis obedientiae filium vestrae propitiationis gratitudine credimus confovendum, tanto minus judicamus alicui fore tutum, si vel remissus pro viribus adimplere non curaverit, quod pro justitia vestra paternitas ei jusserit faciendum. Proinde cum detractoribus, Pater sanctissime, sit a quolibet, qui Deum recte colit, et sanctorum patrum regulas custodire dinoscitur, studiosius et vivaciter occurrendum, domino Patriarchae Constantinopolitano, qualiter, quod in vestris super institutione sanctae Sophiae recepit in mandatis, fuerit efficaciter prosecutus, ne miscendo falsa veris pestifera maledicorum pernicies vitam maculet innocentis et justus existimetur injustus, testimonium perhibendum duximus veritatis.

Literas igitur ad eundem super causa, quae vertebatur inter ipsum et clericos peregrinos, qui Constantinopolim convenerant moraturi, cum vestra paternitas destinasset, eas, sicut in veritate recognovimus, ea, qua debuit, devotione suscepit, nosque licet indignos Episcopos et alios festinanter ad se, secundum quod earundem literarum tenor comprehendebat, convocavit. Verum quia temporis asperitas alios, qui de longinquo vocati fuerant, ad eius vocationem venire prohibuit, nobis et aliis quibusdam, quos sibi fideliter consulturos sperabat, in sua praesentia constitutis, literas, quas ex parte vestra susceperat — ut ex omni parte, licet eius sufficientia super hoe interprete non indigeret, certius per vestrum posset irreprehensibiliter adimplere mandatum — praesentavit, et fecit perlegi diligenter, a nobis consilium postulans instantissime super eo, quod praeter eos, quos dominus Benedictus institutos a se canonicos et a

domino Petro Cardinale nominatim recipi praeceperat, — contra quos et *[non]*nullos alios, qui sanctae Sophiae canonicos a praedictis Cardinalibus se dicerent institutos, ad vestram per appellationem confugerat audientiam, de quibus tantum vestra praeceptio, quae facta fuerat a partibus, per ordinem memorando satis aperte, secundum quod arbitramur, faciebat mentionem, — *[non]*nullis aliis etiam ad examen vestrae sanctitatis, qui contra dominum Patriarcham super canonicatum sanctae Sophiae moverent querimoniam, per se vel per suos nuntios accedentibus, comparebant et alii, qui, cum literas concessionis canonicatus sanctae Sophiae demonstrarent, quas a domino Benedicto tempore sui recessus, sicut creditur, receperant et hactenus occultaverant, vestrum pro se recipiendis sicut pro aliis, qui per se vel nuntios suos vestro conspectui praesentarunt, ad dominum Patriarcham firmiter astruebant emanasse rescriptum, cuius tenore dicebant se velle canonicatum repetere nominatum.

Quocirca, licet in jamdicto rescripto nullius dubitationis scrupulus esse videretur, ejus tamen tenore vigilantius examinato, prout ingenij nostri capacitas potuit comprehendere, nos praedictas rationes considerantes, et, quia generalis est et juri conveniens haec apostolicae Sedis consuetudo, quod de iis tantum, quae sunt in quaestionem deducta, diffiniat ordine judiciario, domino Patriarchae consilium, quod nobis rectius videbatur, dedimus huiusmodi: vestrae non fuisse scilicet intentionis, quod alios dominus Patriarcha per literas vestrae sanctitatis recipere teneretur, quam quos dominus Benedictus a se canonicos institutos et a domino Petro, Cardinalibus, nominatim praeceperat recipiendos. Qui postquam nostro fuit et aliorum prudentum virorum consilio confirmatus, prosequendi mandatum vestrum festinanter sibi praeparans opportunitatem, cunctum clerum civitatis convocavit, coramque nobis et illis praesentibus vestrae dispositionis literas, quas prima die Jovis, intrante mense Novembris, se recepisse dicebat, clericis peregrinis haec etiam

confitentibus, in omnium audientiam decimo octauo Kal. Januarij fecit a quodam suo capellano publice recitari; quae plures continentes excessus, quibus ab aducrsàriis suis coram vestra paternitate dictus erat fuisse transgressus, ipsum jurasse Venetis memorabant, quod in Ecclesia sanctae Sophiae nullus, nisi foret Venetus, vel Venetiis per decennium commoratus, institueretur canonicus, et canonicos omnes, quos in eadem reciperet Ecclesia, ad consimile faciendum cogeret juramentum, firmiter etiam promittens eisdem, quod per totam Romaniam pro posse suo nemo, nisi Venetus, Episcopus crearetur vel Archiepiscopus.

Dicebatur etiam, quod non solum Cardinalium, verum etiam jussioni vestrae steterat inobediens, immo, quod deterius est, ut non posset obedire de cetero, praestiterat sacramentum. Suam quoque centum milibus marcarum argenti et eo amplius expolians Ecclesiam non solum dilapidasse, sed et alias, peregrinorum videlicet Ecclesias bonis suis expoliasse ferebatur. Super quibus omnibus, qualiter ab ipso foret procedendum, vestrae moderationis provisio cum statuisset, in eisdem literis eidem super sacramento praememorato specialiter duxistis districtius praecipiendum, quatinus, si spontaneus huiusmodi juramentum se fecisse recognosceret, ipsum deberet publice cunctis praesentibus abjurare, et, quod illud de cetero non servaret, similiter juramento firmaret.

Ad quae dominus Patriarcha sub hac verborum serie, secundum quod tam fideliter, quam memoriter potuimus recolligere, vel sub aliis uerbis eandem sententiam continentibus respondit: „fratres, tanquam filius obedientiae, utpote qui praeceptis Sedis apostolicae dominoque meo Papae Innocentio cupio semper esse fidelis et devotus existere et ab eius obedientia pro nulla causa quandoque divertere, coram Deo et vobis vere protestor, quod huiusmodi sacramentum, quod dominus Papa narrando vobis audientibus me fecisse commemorat in suis literis, non debeo, nec possum spontaneus salva conscientia

per singulas sui partes recognoscere me fecisse, cum plura contineat, quae tanto magis distant a veritate, quanto magis ab adversariis meis ipsa non dubito domino Papae mendaciter fuisse suggesta. Nihil enim de promovendis vel non promovendis Episcopis, nisi Veneti forent, a me fuit per Venetos uel alios aliquando requisitum, nec aliquam feci super hoc eis aliquando sponsionem, nec ullum Venetis praestiti sacramentum, per quod aliquo tempore domino Papae reverentiam non exhiberem, vel exhibere non possem tam debitam, quam devotam; vel quod in aliquo suorum mandatorum mihi licentiam demere videretur, ei semper et ubique perfectius famulandi. Nihilominus tamen ea, quae de his, quae per adversarios meos contra me fuerunt proposita, ne super haec aliqua dubietas in cordibus vestris, quae me vobis suspectum reddere possit, ulterius remaneat, cum omnimodae simplicitatis puritate vobis per ordinem declarabo. Me igitur Roma redeunte, priusquam Venetias pervenissem, jam deductis iis ad notitiam Venetorum, quae super Ecclesia sanctae Sophiae, communiter et indifferenter omnibus participanda dominus Papa, mihi praeceperat, Ducis filius cum suis consiliariis et popularium numerositas adversum me, quam cito Venetiis applicui, tumultuosius exclamando surrexerunt, mihi, quidquid factum fuerat, imputantes. Dolentes etenim multum timere videbantur, ne, si de natione qualibet in Ecclesia jamdicta canonici fierent indifferenter, eadem, quae mediante pactione, quam dominus Imperator et ipsi tempore divisionis Imperii concorditer celebrarunt, cesserat in partem suam, tandem multiplicato numero peregrinorum processu temporis ad alios deveniret. Quocirca remedia laborantes studiosius invenire, quibus evacuare vel impedire possent, quod dominus Papa recte faciendum statuerat, quoddam postularunt a me sibi fieri sacramentum; quod quia saepius et instantissime requisitus eis facere non consensi, mihi passagium denegabant et civitatis egressum. Creditores quoque mei, quibus sacramento tenebar

Venetiis pecuniam reddere mutuatam, cum tanta duritia requirebant eandem, ut inducias ad solutionem pecuniae vel modicas indulgere mihi nullatenus consentirent, praecipue cum recessum meum, quem Veneti praepedierant, timerent plurimum retardari; et ita creditorum me coarctabat importunitas, ut non soluta pecunia — quam solius adjutus patrimonij facultate restituere non poteram, nec aliquis, qui me vellet ab eorum manibus absolvere, creditor comparebat — mihi, etiam ·' copia recedendi cum passagio concederetur, sine perjurio recedere non liceret. Ex alia parte praeterea vehementissime perurgebar, pro eo, quod, si quamlibet moram me Venetiis ulterius detinere contingeret, imminere mihi pariter et Ecclesiae praevidebam periculum. Nam Veneti, properanter Constantinopolim proficisci jam parati, de basilica sanctae Sophiae thesauri residuum, quod ibi remanserat, de quo mihi debebat et servitoribus Ecclesiae in posterum provideri, violenter recipere proposuerant, et hoc se facturos manifestius minabantur. Quod jam dicti creditores evenire posse pertimescentes, praedictum debitum, cum sublato per Venetos memorato thesauro non sperarent aliunde fore solvendum, fortius et instantius repetebant. Inter haec igitur mihi diutius fluctuanti de consilio prudentum virorum, quorum satis erat celebris auctoritas, occurrit nihil aliud consultius faciendum, quam Venetis facere sacramentum, per quod eis quoquo modo satisfieri videretur, et meus Constantinopolim acceleratus accessus efficeret, ut, quod ipsi se facturos in absentia mea nequiter cogitaverant et etiam praedicabant, me praesente cohibiti facere non attentarent; quod in veritate, praesentiam meam postmodum reverentes, cum effectu facere nullatenus praesumpserunt; per quod etiam sacramentum Sedis apostolicae vigor in aliquo perdere minime videretur auctoritatem. Juravi siquidem, quod nullus in Ecclesia sanctae Sophiae per me reciperetur canonicus, nisi foret Venetus natione vel in Ecclesiis Venetorum decennium commoratus, et quod neminem canonicarem, qui simile non

faceret sacramentum; non ita tamen praecise, sicut a principio Veneti postulabant sed cum tali adjectione: salva scilicet obedientia Sedis apostolicae ct juramento, quod exhibui domino Papae Innocentio, salvoque speciali mandato, quod ipse vel ejus successores mihi super hoc aliquando demandarent; et operam me daturum bona fide promisi, quod per totam Romaniam nullus promoveretur in Archiepiscopum, nisi foret Venetus. Haec igitur et nulla alia, quae spectant ad praesens negotium, me fecisse salva conscientia spontaneus recognosco; quae, sicut dominus Papa mihi mandavit, abjurare vobis praesentibus non recuso".

Quibus dictis manibusque libro superpositis praedictum sacramentum abiuravit, et, quod in posterum illud non servaret, libenter juramento firmavit, canonicos etiam cogens abjurare, quod in sua receptione se juraverant servaturos.

Quo facto, clericos omnes, super quibus eum vestrum constabat recepisse mandatum, recepit in canonicos, praeter illos, quos interim gradus sublimior ad episcopalem vocaverat dignitatem: taliter, quod illos, quos habere potuit praesentes, omnes in osculo pacis recepit, locumque singulis assignans in choro, constanter eisdem contra quoslibet, qui mandato vestro contradicentes eis nocere molirentur, usque ad mortem suam pro viribus se daturum protectionem promisit. Absentes vero, quos animo jam receperat, se promisit, quando Constantinopolim redierint, corporaliter admissurum, dicens etiam, quod a principio, si voluissent eius consiliis acquievisse, longo jam retro tempore peractum fuisset, quod videbatur tunc ultimo consummatum.

Consequenter, ut per experientiam super Ecclesiae communitate manifeste monstraret, semper observare se velle, quod mediante sacramento de vestra jussione promiserat, quendam clericum, natione Placentinum, qui dicitur magister Blasius, cunctis praesentibus instituit ibidem canonicum.

Ad ea vero, quae contra ipsum super Ecclesiarum quarundem expoliatione dicebantur, sic respondit, suum dirigens ad omnes sermonem: „vobis universis et singulis ex parte Dei omnipotentis et sub obtentu fidelitatis et obedientiae, quam jam mihi fecistis, districte praecipio, quatinus super expoliatione Ecclesiarum, de qua nuntij peregrinorum apud dominum Papam me diffamaverunt, veritatem non taceatis; sed si quis vestrum scit, quod res Ecclesiae suae vel alterius furtive, vel alias injuste, vel quoquo modo receperim, palam dicat coram omnibus, in instanti duplicia recepturus".

Nemine vero profitente, quod de suis vel Ecclesiarum quicquam recepisset, adjunxit dicens: „summam thesauri, quem de basilica sanctae Sophiae dicor usque ad centum milia marcarum subtulisse, decem et octo milia marcarum cunctis, qui tunc erant, canonicis praesentibus et scientibus vix fuisse protestor".

Super eo autem, quod ab Imperatore sexcenta hyperpera dicebatur injuste recepisse, quorum restitutionem, sicut in vestris literis continebatur, clerici requirebant instanter, respondit, nullius reprehensionis notae de hoc tali ratione se demonstrans obnoxium, et ab eorum petitione sese penitus absolvendum. Dicebat enim, quod illa trecenta hyperpera, quae ratione quartae spectabant ad ipsum, cum nondum tamen per vos, quota sit eius pars futura, fuerit terminatum, recepit ideo — nec in procurationem domini Cardinalis easdem *(eiusdem?)*, sicut clerici postulabant, erogav(er)it — quia computatis iis, quae non adjutus a communitate de suis bonis in procuratione dicti Cardinalis expendit, et collatis cum iis, quae dominus Imperator, qui communitati clericorum tenebatur in ejusdem sustentationem, de bonis eorundem distraxit, non eis ipse debitor appareret, sed ipsos ei multa restituere potius oporteret; de quo ne liceret eis aliquatenus dubitare, paratus erat per illos, quorum ministerio dominus Cardinalis ex parte sua fuerat procuratus, eos manifestius certificare.

Alia vero trecenta hyperpera, quae non sibi, sed clericis a debitoribus communitatis cum instantia magna receperat, cuidam clerico, nomine Theodorico, qui tunc temporis clericorum fuerat procurator, se fatebatur assignasse: qui praesens ibi confessus fuit, eandem pecuniam se nomine clericorum jam longo retro tempore suscepisse.

Silentium vero cunctis tenentibus, cum adversus ea, quae dominus Patriarcha tam rationabiliter proposuerat, respondere minime praevalerent, surrexerunt illi, de quibus supra memoratum est, qui literas, quas dominus Benedictus Cardinalis eis super Ecclesia sanctae Sophiae concesserat, demonstrabant, supplicantes domino Patriarchae, quatinus mandatum vestrum, quod in aliis fuerat prosecutus, in eis, ipsos in canonicos recipiendo, similiter observaret. Quibus dominus Patriarcha rationes opponens praedictas, rescriptum vestrum super eorum receptione se recepisse penitus denegabat, dicens, quod vestra sanctitas de iis nullatenus diffiniret, de quibus ei per auctores causarum, vel eorum nuntios nihil penitus innotuisset, multipliciter etiam astruens, quod, si de illis ei, sicut de ceteris constitisset, licet tanto numero clericorum facultates Ecclesiae minime suppetere non dubitentur, tamen in eis integre mandatum vestrum prosequi libentissime non omisisset.

In eundem fere modum scripsit universitas clericorum apud Constantinopolim commorantium.

CCX.

Innocentius III Constantinopolitano Patriarchae.

Ut quendam canonicum recipi faciat.

A. d. 1209, die 2. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXIII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 378.

Si preces apostolicas pro iis tibi dirigimus et mandatum, quorum habes notitiam pleniorem, tanto nos convenit facilius exaudiri, quanto eis, pro quibus scribimus, praeter nostra

monita, propria merita suffragantur. Inde est, quod pro dilecto filio G., clerico carissimi in Christo filii nostri Henrici, Constantinopolitani Imperatoris illustris, fraternitatem tuam rogandam duximus et monendam, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem pro reverentia beati Petri et nostra, intuitu quoque Imperatoris ejusdem, qui nobis pro eo humiliter supplicavit, in Ecclesia sanctae Sophiae recipi facias in canonicum et in fratrem, mandatum apostolicum taliter impleturus, quod tua fraternitas possit exinde merito commendari.

Datum Laterani etc. *(IV Non. Novembr., anno duodecimo).*

CCXI.

Innocentius III Varisiensi, Thebano et Larissensi Archiepiscopis [1]).

De fidelitate præstanda Imperatori.

A. d. 1209, die 2. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXIV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 378.

Carissimus in Christo filius noster Henricus, Constantinopolitanus Imperator illustris, sua nobis conquestione monstravit, quod quidam tam Latini, quam Graeci Archiepiscopi et Episcopi et imperialium monasteriorum Abbates de toto Imperio Romaniae fidelitatem ei debitam facere contradicunt. Nolentes igitur, quod idem sua justitia defraudetur, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictus Imperator de aliquo Praelatorum ipsorum, qui ei recusant fidelitatem debitam exhibere, suam coram vobis deposuerit questionem, vos eos ad id monitione praemissa per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, praevia ratione cogatis. Quodsi non omnes iis exequendis etc. duo vestrum etc.

Datum Laterani, ut in alia *(IV Non. Nov., anno duodecimo).*

---

[1]) Uterque latet, coll. Le Quien. l. c. III, 979. 1081.

CCXII.

Innocentius III Archiepiscopo Varisiensi et Episcopo Salimbriensi[1]) et Decano sanctae Mariae de Blakerna Constantinopolitano.

De praepositis ab Imperatore constitutis.

A. d. 1209, die 2. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 378.

Gravem ad nos carissimus in Christo filius noster, Henricus, Constantinopolitanus Imperator illustris, querimoniam destinavit, quod venerabilis frater noster Patriarcha Constantinopolitanus in praeposituris, ad eum spectantibus, pro suae voluntatis arbitrio volens praepositos ordinare, ipso penitus inconsulto, praepositos institutos in eis et earundem clericos tanquam excommunicatos evitat in ipsius praejudicium et gravamen. Unde eidem dedimus in mandatis, ut ab ipsius super praemissis molestatione indebita conquiescens, praepositos institutos in eis taliter in pace dimittat, quod inter eum ac Imperatorem ipsum, quod absit, non possit scandalum exoriri.

Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus dictum Patriarcham ad id moneatis attentius et inducere procuretis. Quodsi non omnes etc. duo vestrum etc.

Datum Laterani, ut in alia *(IV Non. Novemb. anno XII).*

CCXIII.

Innocentius III Patriarchae Constantinopolitano.

A. d. 1209, die 4. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXVI ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 378.

Gravem ad nos carissimus in Christo filius noster, Henricus, Constantinopolitanus Imperator illustris, querimoniam destinavit, quod venerabilis frater noster, Patriarcha Constantinopolitane,

---

[1]) Etiam hujus episcopi nomen latet, coll. LeQuien. l. c. III, 967.

in praeposituris ad eum spectantibus pro tuae voluntatis arbitrio volens praepositos ordinare, ipso penitus inconsulto, praepositos institutos in eis et earundem clericos tanquam excommunicatos evitas in ipsius praejudicium et gravamen.

Cum igitur illius jura debeas servare illaesa, qui te super tuis judiciis non molestat, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ab ipsius super praemissis molestatione indebita conquiescens, praepositos institutos in eis taliter in pace dimittas, quod inter te ac Imperatorem ipsum, quod absit, non possit scandalum exoriri.

Datum LATERANI, II Non. Novembris, anno XII.

CCXIV.

Innocentius III Patriarchae Constantinopolitano.

Non licere Patriarchae unire sedes episcopales.

A. d. 1209, die 4. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXVII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 378.

Oblata nobis carissimi in Christo filij nostri, Henrici, Constantinopolitani Imperatoris illustris, conquestio patefecit, quod episcopatus Dan. et Euthlochi[1]), existentes in parte ipsius, archiepiscopatui Eracliensi existenti in parte Venetorum unisti, eo penitus inconsulto, in ipsius praejudicium et gravamen. Cum igitur illius jura debeas servare illaesa, qui te super tuis justitiis non molestat, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, unionem ipsam taliter studeas revocare, quod inter te ac Imperatorem ipsum, quod absit, non possit scandalum suboriri. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Varisiensi et Episcopo Salimbriensi et dilecto filio Decano sanctae Mariae de Blakerna Constantinopolitano dedimus nostris literis in mandatis, ut, quod in

---

[1]) Non sufficiunt, quae de provincia Heracleensi congessit Le Quien. l. l. III, 965 sqq.

praejudicium ipsius Imperatoris super praemissis praesumptum invenerint, sublato appellationis obstaculo, non differant legitime revocare, significaturi nobis, si ad uniendas episcopales sedes, quod sine speciali mandato nostro tibi non licet, procedere attentasti.

Datum Laterani, II Non. Novembr., pontificatus nostri anno XII.

Scriptum est [sc. *Episcopis Varis., Salimbr. etc.*] in eundem modum usque quod venerabilis frater noster Patriarcha Constantinopolitanus in praeposituris ad eum spectantibus pro suae voluntatis arbitrio volens praepositos ordinare, ipso penitus inconsulto, praepositos institutos in eis et earundem clericos tanquam excommunicatos evitat in ipsius praejudicium et gravamen. Unde eidem dedimus in mandatis, ut, si est ita, unionem ipsam taliter studeat revocare, quod inter eum ac Imperatorem ipsum, quod absit, non possit scandalum suboriri. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictus Patriarcha mandatum nostrum neglexerit adimplere, vos, quod in praejudicium ipsius Imperatoris super praemissis praesumptum inveneritis, sublato appellationis obstaculo, non differatis, legitime revocare, significaturi nobis, si ad uniendas episcopales sedes, quod sine speciali mandato nostro sibi non licet, idem Patriarcha procedere attentavit. Quodsi non omnes etc. duo uestrum etc.

Datum Laterani, II Non. Novembr., anno duodecimo.

CCXV.

Innocentius III Constantinopolitano Patriarchæ.

Cassatur promissio facta Venetis.

A. d. 1209, die 23. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXL ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 387.

Sicut ea, quae circa Ecclesias vel ecclesiasticos viros circumspectione provida disponuntur, apostolica dignum est

auctoritate fulciri, sic illa, quae praesumptuosa temeritate nequiter attentantur, eius magisterio convenit in statum rectitudinis revocari. Cum ergo, sicut accepimus, dum per Venetias transitum faciens ad Constantinopolitanam Ecclesiam properares, et Veneti tibi passagium denegantes, ad perjurium te consequenter urgendo, qui, nisi ad Ecclesiam Constantinopolitanam accederes, creditoribus satisfacere non poteras de pecunia mutuata, super confirmatione quarundam Ecclesiarum, quas Constantinopoli detinent, coactione multiplici quoddam extorserint publicum instrumentum: nos honestati ecclesiasticae providere volentes, praesentium auctoritate decernimus, instrumentum ipsum per huiusmodi coactionem extortum viribus omnino carere. Nulli ergo etc. hanc paginam nostrae diffinitionis infringere etc. usque incursurum.

Datum Laterani, IX Kal. Decembr., anno duodecimo.

CCXVI.

Innocentius III Constantinopolitano Patriarchae.

De decimis solvendis.

A. d. 1209, die 23. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXLI ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 387.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios ex assuetae pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater suae protectionis munimine confovere. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis justis postulationibus inclinati, praesentium tibi auctoritate concedimus, ut ab Ecclesiis tuae dioecsis cathedraticum exigere valeas, et per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, Graecos cogere ad decimas tibi debitas persolvendas. Nulli ergo etc. hanc paginam nostrae concessionis infringere etc. usque incursurum.

Datum Laterani, IX Kal. Decembris, anno duodecimo.

CCXVII.

Innocentius III Constantinopolitano Patriarchae.

Arma non esse tribuenda infidelibus.

A. d. 1209, die 23. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXLII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 387.

Cum avaritiae fervor in tantum animos quorundam accenderit, ut, sicut nostris est auribus intimatum, ligna et arma prohibita in Alexandriam deferant, per quae in injuriam nominis Christiani subsidia infidelibus subministrant, fraternitati tuae praesentium auctoritate concedimus, quatenus hujusmodi tibi subjectos, ut a sua super hoc temeritate desistant, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Nulli ergo etc. hanc paginam nostrae concessionis etc. usque incursurum.

Datum Laterani, IX Kal. Decembris, anno duodecimo.

CCXVIII.

Innocentius III Patriarchae Constantinopolitano.

De exemptione Archiepiscopi Patracensis [1]*.*

A. d. 1209, die 23. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXLIII, ed. Steph. Baluzius T. II, p. 387.

Requisivit a nobis tua fraternitas, an venerabili fratri nostro, Patracensi Archiepiscopo, sit a nobis privilegium exemptionis indultum. Super quo fraternitati tuae insinuatione praesentium innotescat, nos eidem Archiepiscopo nullum exemptionis privilegium concessisse. Ipse tamen constanter asseruit coram nobis, Patracensem Archiepiscopum immediate ad Sedem apostolicam pertinere.

Datum Laterani, IX Kal. Decembris, anno XII.

---

[1]) Gesta Innoc. §. 103. LeQuien. l. l. III, p. 1025. — A. nominis initium; erat natione Burgundio.

CCXIX.

Innocentius III Archiepiscopo Eracliensi et Salimbriensi Episcopo et Decano de Blakerna Constantinopolitano.

Eis committitur executio cuiusdem sententiae.

A. d. 1209, die 23. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXLIV ed. Steph. Baluzius T. II, p. 387.

Venerabilis frater noster, Constantinopolitanus Patriarcha, nostro apostolatui reseravit, quod, cum homines de Spigant[1], ubi nunquam episcopus extitit, dari sibi episcopum postularent, idem hoc facere metuens absque nostra licentia speciali, ad eorum instantiam episcopatui de Pario commisit eosdem.

Cumque postmodum episcopum de Pario accedentem ad ipsos admittere recusassent, in ipsos post admonitionem saepius iteratam Patriarcha praefatus excommunicationis sententiam promulgavit, quam auctoritate petiit apostolica confirmari.

Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus dictam excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter est prolata, faciatis auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione postposita, firmiter observari. Quodsi non omnes etc.

Datum Laterani, IX Kal. Decembris, anno XII.

CCXX.

Innocentius III eisdem.

De monasteriis Patriarchalibus.

A. d. 1209, die 23. m. Novembris.

Innoc. III epist. lib. XII, ep. CXLV ed. Steph. Baluzius T. II, p. 387.

Ex conquestione venerabilis fratris nostri, Patriarchae Constantinopolitani, ad nostram noveritis audientiam pervenisse,

---

[1]) Espigal apud Villehard. p. 188. Significatur urbs Mysiæ Pegæ (Πηγαί) ad Hellespontum, coll. Wilken. Kreuzz. 4, 105. Not. 110.

quod quidam tam clerici, quam laici in partibus Romaniae quaedam patriarchalia monasteria contra iustitiam detinent in ejus et ecclesiae suae praejudicium et gravamen.

Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus tam clericos, quam laicos memoratos, ut monasteria patriarchalia, videlicet quae ad Patriarchae iurisdictionem de jure spectant, eidem sine difficultate qualibet restituant, ut tenentur, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Testes autem, qui fuerint nominati etc.

Datum Laterani, IX Kal. Decembris, pontificatus nostri anno XII.

CCXXI.

Innocentius III Patriarchæ Constantinopolitano.

De ordinandis clericis ex omni natione.

A. d. 1210, die 15. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XIII, ep. XVIII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 418.

Si tua fraternitas consideraret attente, quod ab uno patre descenderimus universi, et quod non sit personarum acceptio apud Deum, sed ei de omni gente, qui timet Deum et operatur justitiam, est acceptus, in dispensando talenta tibi credita non personas, sed merita potius attenderet personarum.

Verum quia, sicut carissimus in Christo filius noster, Imperator Constantinopolitanus illustris, sua nobis insinuatione monstravit, hoc minus attente considerans, quam deceret, prout caro et sanguis revelavit tibi, solos Venetos vel subjacentes eisdem in Ecclesia tua promoves, Francos et alios probos viros alterius nationis, quam tuae, promovere contemnens, volentes, ut ab huiusmodi revoceris abusu, per quem divinam et nostram incurrere posses offensam; fraternitatem tuam monemus attentius et hortamur, per apostolica tibi scripta mandantes

quatenus de personis idoneis et honestis, undecunque acceptis, Ecclesiam tuam taliter ordinare procures, quod in ordinatione ipsarum magis merita, quam personas attendere videaris.

Specialiter autem ipsius precibus Imperatoris inducti pro dilectis filiis, H. presbytero, Jacobo subdiacono et Petro de Christo, apostolicas preces tibi duximus destinandas, monentes attentius et hortantes, quatenus eis ob reverentiam apostolicae Sedis et nostram in Ecclesia tua conferas beneficium praebendale; preces nostras taliter impleturus, quod devotionem tuam inde possimus merito commendare.

Datum LATERANI, Idibus Martij, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

CCXXII.

Innocentius III decano de Blakerna, et magistris P. de Montilaco cantori et G. canonico sancti Pauli Constantinopolitanis.

A. d. 1210, die 15. m. Martii.

Innoc. III epist. lib. XIII, ep. XIX ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 419.

Si venerabilis frater noster Constantinopolitanus Patriarcha consideraret attente, quod ab uno patre descenderimus universi, et quod non sit personarum acceptio apud Deum, sed ei de omni gente, qui timet Deum et operatur justitiam, est acceptus, in dispensando talenta sibi credita non personas, sed merita potius attenderet personarum.

Verum quia, sicut carissimus in Christo filius noster, Imperator Constantinopolitanus illustris, sua nobis insinuatione monstravit, hoc minus attente considerans, quam deceret, prout caro et sanguis revelavit sibi, solos Venetos vel subjacentes eisdem in Ecclesia sua promovet, Francos et alios probos viros alterius nationis, quam suae promovere contemnens, volentes, ut ab huiusmodi revocetur abusu, per quam diuinam et nostram incurrere posset offensam, fraternitatem suam monemus attentius

et hortamur, per apostolica sibi scripta mandantes, quatenus de personis idoneis et honestis, undecunque acceptis, Ecclesiam suam taliter ordinare procuret, quod in ordinatione ipsarum magis merita, quam personas attendere videatur.

Specialiter autem ipsius precibus Imperatoris inducti pro dilectis filiis, H. presbytero, Jacobo subdiacono et Petro de Christo, apostolicas preces sibi duximus destinandas, monentes attentius et hortantes, quatenus eis ob reverentiam apostolicae Sedis et nostram in Ecclesia sua conferat beneficium praebendale.

Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus eum ad id monere diligentius et efficaciter inducere procuretis. Quodsi non omnes etc. duo vestrum etc.

Datum Laterani, Idibus Martij, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

CCXXIII.

Privilegium Michaelis Comneni.

A. d. 1210, die 20. m. Junii.

Liber Pactorum II, fol. 209.

De hoc Michaele Comneno, Johannis Angeli Comneni Sebastocratoris filio, cfr. post DuCangii famil. Byzant. p. 170. Buchon. recherches et matériaux etc. I, p. 75.

Ego Michael Comnanus Dux, filius quondam Seuastocratoris [1] Joannis Ducis, juro supra sancta Dei evangelia et supra sanctam et vivificam crucem, quod fidelis ero beato evangelistæ Marco, patrono Venetiarum, et domino Petro Ziani, Dei gratia Duci Venetiarum, et successoribus ejus; et omnibus hominibus Venetiarum sine fraude ero legalis et fidelis amicus; et omnia capitula, quæ continentur in concessione mihi facta per dominum Ducem, aureo sigillo impressa, et in promissione, quam ego ei feci, similiter aureo sigillo impressa, observabo et

[1]) Sevastocoronatori codex.

faciam observari sine fraude, si Deus me adjuvet, et sancta evangelia, et sancta, venerabilis et vivifica crux.

Mense Junii, vicesima, die dominica, indictione decima tertia.

CCXXIV.

Promissio Michaelis Comneni, Despotæ Artae etc., facta Petro Ziani Duci.

A. d. 1210.

Liber Albus fol. 109, absque titulo. Liber Pactorum II, fol. 209 hac inscriptione: *promissio Michaelis Comnano.*

Andreas Dandulus ed. cit. pag. 336: „*Similiter Michael Coniano, qui Despotaricum possidebat, per suos legatos huic Duci reverentiam exhibuit, et ab eo a flumine Urceus usque ad Neopantum recognoscens fidelitatem et annualem censum exhibere promisit*".

Laurentius de Monacis l. l. pag. 144: *Michael Conino, filius quondam Sevasto, qui Despotatum tenebat, juravit fidelitatem et legalitatem beato Marco, patrono Venetiarum, et Petro Ziani Duci et successoribus, promittens observare omnia, quae continebantur in concessione sibi facta per ipsum Ducem sub aurea bulla; in qua sibi conceditur de ducatu Durachii, a flumine, qui dicitur Urchus, usque Neopatum, inter quae sunt ducatus de Nicopoli cum pertinentiis de Larta, de Achilo et de Natolio, aliaeque multae provinciae, cum certis suis oneribus, censo* (censu?) *annuali et praerogativis aliis Venetorum, ut cavetur in dicta concessione.*

Rem ipsam attigit Marinus IV, pag. 71. Michaelis Comneni prostagma Ragusanis concessum edidimus atque illustravimus in „Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kais. Akad. d. W. Maiheft 1851".

Quia vos, domine Petre Çiani, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, quarte partis et dimidie Imperii Romanie dominus, ad preces supplices, quas per nuntios meos, virum venerabilem Theodorum[1]), Cernicensem episcopum, et Symeonem Cunalis[2]), magnitudini vestre porrexi, concessistis michi et

[1]) Hoc nomen suggeras Le Quieno l. l. III, 953. — Fuit Tzernicus (Τζέρνικος ex episcopatibus Dyrrhachino metropolitæ subjectis, coll. Via Egnatia, Comment. I, p. 21.

[2]) Simeonem Curiali LP. — Nomen Cunalis corruptum esse videtur ex Chunabiæ, quæ fuit ex episcopatibus Dyrrhachinis, coll. Via Egnatia l. c.

heredibus meis, et nomine feudi dedistis terras, que vestri juris sunt, quas ego tenebam, quando Marinus Vallaressus, vir nobilis, dux Dyrachii, venit ad me: a flumine videlicet, qui dicitur Vrecus, quod est de ducatu Durachii, et sursum usque Nepantum. Nomina quarum provinctiarum hec sunt: ducatus de Nicopola[1]. cum pertinentijs de Larta et de Achilo et de Natolico[2]); et Talisiana de Ceris et arcontorum monasteriorum. Prouincia Janina; Grandis; prouintia de Uagenithia[3]); provincia Istronopolis et Crete; prouincia Collonie; cartholoratum et Glauerniça[*]). Ego autem omnes homines Venecie salvos et securos habere debeo in personis et rebus ubique et Dyrachinos et sine ulla exactione et dactione in omnibus partibus et locis, in quibus nunc dominium habeo et babebo in antea, eosque defensare debeo contra omnes homines; saluos et securos habere debeo omnes, qui sub dominio nostro sunt, in personis et rebus pariter ubique.

Debent autem vestri Veneticì in omnibus terris, quas habeo et habebo, et in eis, que sunt michi concesse per uos, in quibus volueritis vos et successores uestri, habere ecclesiam et curiam et fondicum et omnes alias honorificentias tam in spiritualibus, quam in temporalibus, quas habebant tempore domini Emanuelis Imperatoris.

Et debent et ipsi et Dirachini libere mercari[4]) ubique et sine contrarietate cuiusquam, et habere transitum ad omnem flumium et ad omnem aquam pariter, sine contrarietate alicuius,

---

[1]) Nicopola LP.

[2]) Natal. . . . certis . . . grandis LP.

[3]) Vagenitia LP.

[4]) mercari ex rasura et correctione.

[*]) Totum locum satis corruptum sic fere refinge: *ducatus de Nicopoli, cum pertinentiis de Larta* (Arta) *et de Achilo* (Acholoo) *et de Natolico* (Anatolico) *et ta Lesiana; et de ceteris archontariorum et monasteriorum. Provincia Janina; Grandis; provincia de Bagenetia; provincia Drynopolis et cetera; provincia Coloniæ, et cartularatum Glabinitzæ.* De his locis vide Nos T. I, pag. 258—260. 471—473.

sine diavato[1]) et rerasia[2]) et pedagio et ulla alia exaetione et daetione.

Et si casu contingerit, quod aliquis de pertinentijs meis offenderit aliquem Venetorum, vel dampnum ei intulerit, aut Dyrachinum aut Corfianeum, dampnum et offensam emendari faciam infra dies XV, ex quo notificatum mihi fuerit, vel bailiis meis. Quodsi infra dies XV emendatum non erit, faciam tunc illud emendare in duplum.

Debeo quoque eos, qui vobis sunt inimici et erunt, habere pro inimicis et inimicari eis, nec eos recipere in terris, donec ad vestram gratiam reformentur.

Preterea si navis aliqua Venetorum in partibus dominij mei naufragium sustinuerit, studiose facere debeo, quod homines recuperent bona sua.

Debet autem hominibus Venecie libera potestas esse extrahendi frumenta de partibus omnibus dominij mei sine contrarietate aliqua ad deferendum in Venetia.

Corfiaticos de cetero in aliquo molestare non debeo, neque ab eis datium ullum auferre.

Et si Arbanenses[3]) ucl Corfiatici uollent vestris et successorum uestrorum obedire preceptis, ego in hoc vobis et vestris adiutorium pro posse prestare debeo.

Et debeo omni anno semper in Dirachio dare misso uestro, qui apparuerit ibi, vel Duci vel alteri libras yperperorum quadraginta duas, vel tantundem valens: medietatem per mensem Madii, et aliam medietatem per mensem Septembris; et unum pannum honorabilem auro textum ad ornatum altaris sancti Marci, et aliud unum uobis et successoribus vestris.

Debeo quoque facere iurare omnes bailos meos, quos, sicut michi placuerit, per loca diversa constituam, quod homines

[1]) Lege diavatico.
[2]) An redagio?
[3]) Albani, Albanenses.

Venecie salvos et securos habebunt in persona et rebus, propter que beato euangeliste Marco fidelitatis uinculo sum astrictus; et quod vobis et successoribus vestris et hominibus Venecie ero sine fraude fidelis et legalis amicus; et insuper, me omnia suprascripta capitula seruaturum fideliter sine fraude. Et post decessum meum filius meus Constantinus de singulis capitulis obseruandis debet simile per omnia facere sacramentum.

CCXXV.

Privilegium Durachii factum per dominum Petrum Ziani, Ducem Venecie, occasione investitionis per ipsum facte Manfredo, Archiepiscopo Durachino.

A. d. 1210, m. Septembri.

Liber Albus fol. 108. Libri Pactorum I, fol. 193; II, fol. 213. Laurentius de Monacis l. i. p. 145: *Archiepiscopus etiam Durachii juravit fidelitatem communi Venetiarum a. d. 1210.; investitusque a Duce de Billis de Mosii* (leg. *de villis Domosii*), *decantare laudes Duci pollicitus est.*

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo decimo, mense Septembris, indictione quarta decima. Rivoalto.

Quia presentibus viris nobilibus Johanne Barocio[1]), Marco Uituri[2]), Barthbolomeo da Canale, Marco quoque Venero, Marino Dandulo et Marino Premarino, consiliariis nostris; presentibus etiam dominis Johanne Alberico et Dominico, canonicis ecclesie sancte Marie de caritate, et magistro Bernardo, canonico Dyrachino, et Jacobo da Molino et aliis pluribus, vos, domine Petre Ziani, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux inclite, et quarte partis ac dimidie tocius Imperii Romanie dominator, die octauo exeunte, suprascripto mense, in palatio vestro inuestistis nos Manfredum, eadem gratia Archiepiscopum Dyrachinum,

---

[1]) Baroccio LP. | [2]) Vitturi LP.

nomine nostro et ecclesie nostre ad nomen feudi de duabus libris Emanuelatorum, illarum videlicet librarum duodecim de Emanuelatis veteribus, quas ecclesia nostra Dyrachina vobis et ducatui vestro debet propter villas Domosii[1]: existimus manifesti presentis scripti continentia, quod ad evangelia iuravimus sancta Dei, quia vobis amodo in antea et vestris successoribus erimus fideles, usque dum vixerimus, et dabimus operam sine nostris expensis fideliter sine fraude, quod comunitas hominum civitatis Durachii et ipsa civitas cum omnibus suis pertinentiis debeat stare ad fidelitatem vestram et successorum vestrorum et Venecie; et quandocunque a duce Durachii vel eo, qui Durachii regimen per vos vel successores vestros habuerit, vocati fuerimus ad consiliandum eum, consiliabimur ipsum bona fide ad honorem vestrum et successorum vestrorum et Venecie et comunitatis Durachii; et quod credentias servabimus, quas servandas nobis dixeritis, donec ab eo fuerimus de credentiis ipsis soluti.

Juravimus quoque, quod vobis et successoribus vestris laudes omni anno quinquies faciemus levari, in Pascha videlicet et Natali, in Epiphania et in festo beati Marci evangeliste et sancti Yssarii; et quod ad recipiendum vos et successores vestros cum clero, cruce precedente, veniemus ad ripam, usque ad ecclesiam vobiscum euntes sollempni cantico, si quando vos vel successores vestros illuc venire contigerit. Hec omnia iuravimus, presentibus testibus suprascriptis.

Ego Manfredus, archiepiscopus, manu mea subscripsi.
Ego Andreas Gorio, presbiter, rogatus testis subscripsi.
Ego Sebastianus Barbadicus testis subscripsi.

Ego Nicolaus Girardus, presbiter et notarius, compleui et roboraui.

---

[1]) Domossii LP.

CCXXVI.

Fidelitas Manfredi Archiepiscopi Durachiui sub domino Petro Çiaui de territorio et locis circa Durachium.

A. d. 1210, m. Septembri.

Liber Albus fol. 108. Libri Pactorum I, 194; II, 214.

De his pactis Dyrrhachinis docte disseruit E. Cicogna l. l. IV, 540. 541. Simul inde succurras sedulitati Le Quienii l. l. III, 949, de Manfredo nondum edocti.

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo decimo, mense Septembris, indictione quarta decima. Riuoalto.

Presentis scripti continentia fieri uolumus manifestum, quia nos Manfredus, Dei gratia Archiepiscopus Dyrachynus, promittentes[1]) promittimus vobis domino Petro Çiani, eadem gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Duci inclito, et domino quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, vestrisque successoribus, quia, si quando vos vel successores vestri Dyrachium venire contigerit, quod vobis ipsisque et hijs, qui vobiscum ad expendium vestrum proprium erunt et ipsorum vestrorum successorum, unam dabimus procurationem.

Duces vero, quos illuc direxeritis vos vel successores vestri, et capitaneos vestros et successorum vestrorum, qui aplicuerint ibi, a clericis maioris ecclesie recipi faciemus ad eiusdem ecclesie portam cum aqua sancta et incenso. Et nos tunc erimus in ipsa ecclesia, et eos recipiemus ad pacem, si ad pacem suscipiendam in eadem ecclesia ad nos accesserint.

Hec eadem faciemus fieri et faciemus vestris legatis et successorum vestrorum, *[at]*que[2]) ducibus suprascriptis, quos illuc destinaueritis vos vel successores vestri, et capitaneis vestris ante dictis, qui aplicuerint ibi.

Ego Manfredus, Duraciensis archiepiscopus, manu mea subscripsi.

---

[1]) promittens LA. | [2]) quæ LP.

Ego Andreas Gorio, presbiter, rogatus testis subscripsi.
Ego Sebastianus Barbadicus testis subscripsi.

Ego Nicolaus Girardus, presbiter et notarius, compleui et roboraui.

CCXXVII.

Laurentius, pleb. S. Marci de Accone, promittit censum Marco Nicola, Episcopo Castellano, pro ecclesia S. Marci de Baruto.

A. d. 1211, m. Februario.

Edidit Flaminius Cornelius Eccles. Venet. T. XIII, p. 224, ex archivo Patriarchali.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo undecimo, mensis Februarii, indictione quintadecima. ACCONE.

Promittens promitto ego quidem Laurentius, presb. et plebanus ecclesie s. Marci de Accone, vobis, namque d. Marco, Dei gratia Castellano Episcopo, et vestris successoribus videlicet de illo annuali censu, quod vobis dare debeo pro ecclesia s. Marci de Baruto, sicut contine*tur* in una concessionis carta, quam michi fecistis in Rivoalto, facta anno eodem, mense Augusti, indictione quartadecima, quod memores existentes (quod) quondam dedistis et concessistis michi suprascriptam ecclesiam s. Marci, in Baruto sitam, que est de jure vestri episcopatus, ad eam disponendam, et cetera, ut in ea legitur.

Si igitur contra hanc promissionis cartam ire temptavero, tunc tantum dare debeam vobis et vestris successoribus auri libras quinque. Et hec promissionis carta maneat in sua firmitate.

† Ego Laurentius, presb. et plebanus ecclesie s. Marci Acconensis, m. m. ss.

† Ego Philippus Tinto tt. ss.

† Ego Leonardus Grino tt. ss.

Ego Nicolaus Justo, presb. S. Nicolai et not., complevi et roboravi.

CCXXVIII.

Innocentius III capitulo sanctae Sophiae ac universis Praelatis conventualium Ecclesiarum Constantinopolitanarum.

A. d. 1211, die 5. m. Augusti.

Innoc. III epist. lib. XIV, ep. XCVII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 551.

Per literas vestras, filii Praelati, nostro nuper apostolatui reserastis, quod, bonae memoriae Thoma, Patriarcha Constantinopolitano, apud Thessalonicam extrema aegritudine laborante, vos, ne circa Patriarchae substituendi electionem vobis praejudicium fieret, metuentes, in Ecclesia sanctae Sophiae, decano et canonicis ejusdem praesentibus, nostrae constitutionis authenticum, quod super forma electionis in Constantinopolitana Ecclesia celebrandae a nobis dudum obtentum fuerat, perlegistis; sed cum propter quorundam canonicorum absentiam certum recipere nequiveritis tunc responsum, auctoritate studuistis apostolica probibere, ne super electione in vestrum praejudicium sive contra mandati nostri tenorem aliquid fieret, ad Sedem apostolicam appellantes; cumque die tertia pro recipiendo responso, prout condictum fuerat, venissetis, multitudinem Venetorum in eadem Ecclesia invenistis, tam in stallis, quam circa altare irreverenter armatam, et eis, qui electioni se Venetorum opponerent, membrorum truncationem ac mortem non absque multis clamoribus intentantem. Vobis autem expectantibus deforis, quaedam Venetorum canonicorum pars prosiliens subito de conclavi, ubi fuerant obserati, nonnullis ex canonicis, aliis recedentibus a consilio eorundem, decanum ejusdem Ecclesiae nominavit.

Quod vos extrinsecus positi sentientes electioni hujusmodi studuistis contradicere juxta posse, in crastino appellationem prius ad nos interpositam coram Constantinopolitani cleri multitudine innovando. Postmodum vero tres personas, videlicet

venerabilem fratrem nostrum, Cremonensem Episcopum[1]), et dilectos filios, Petrum, tituli sancti Marcelli presbyterum Cardinalem, et Magistrum Robertum de Corzon, canonicum Parisiensem, unanimiter nominantes, easdem a Sede apostolica postulastis, ut earum aliqua juxta nostrae voluntatis arbitrium praeficeretur Ecclesiae memoratae. Cum autem nuper utriusque partis procuratoribus propter hoc ad Sedem apostolicam constitutis super electione ac postulationibus memoratis inquisissemus plenius veritatem; licet ex parte vestra, filii capitulum, propositum fuerit, quod, priusquam statutum apostolicum vobis ostensum aut aliqua prohibitio facta fuerit, tractatus habitus fuerat super praedicti electione decani, quae nondum extiterat publicata, quia nobis constitit, evidenter electionem ipsam a vobis, filii capitulum, post statutum apostolicum vobis ostensum et appellationem ad nos legitime interpositam, quibusdam exclusis atque contemptis, qui volebant et debebant pariter interesse, minus canonice celebratam, ut de ceteris, quae tam contra electionis processum, quam contra personam electi fuere proposita, taceatur et ad postulationes praefatas a vobis, filii Praelati, inconsulte processum, tam illam, quam istas de fratrum nostrorum consilio duximus reprobandas, devotioni vestrae per apostolica scripta districte praecipiendo mandantes, quatenus omni vitio simultatis exploso, tam loco, quam voto convenientes in unum, et sancti Spiritus gratia invocata, talem vobis personam eligatis canonice in pastorem, quae scientia, vita et fama praepollens tanto congruat oneri et honori, ut vestris parcatis laboribus et expensis, et apostolicum vobis favorem ex hoc valeatis comparare; pro certo scientes, quia, si vel persona non esset idonea vel forma canonica, nos defectum vestrum auctoritate apostolica suppleremus.

Datum LATERANI, Non. Augusti, anno quartodecimo.

[1]) Fuit Sicardus, ipse crucesignatus; idemque chronici auctor, quod edidit Muratorius in Tomo VII Scriptt. rerum Ital. Cfr. Ughelli l. l. IV, 605 sqq.

CCXXIX.

Concessio insulae Cretensis, facta per dominum Petrum Ziani, Ducem Veneciae, fidelibus suis Venetis.

A. d. 1211, m. Septembri.

Liber Albus fol. 73. Breviter indicavit E. Cicogna l. l. IV, 541.
Andreas Dandulus ed. cit. p. 337: *Anno Ducis* (i. e. *Petri Ziani*) *septimo cives equites et plebejos pedites decretum est Cretam transmittere: hisque dum casalia assignantur* etc.

Laur. de Monacis l. IX, p. 153: *Anno Ducis VII, deprehensa inconstantia Graecorum, mittuntur in Cretam viri nobiles ac populares, equites peditesque, inter quos agri et casalia gratis, jure feudi, certis tamen conditionibus dividuntur; exceptis aliquibus, quae in commune ob munera reipublicae detinentur, donata cuilibet aliqua parte iuxta feudorum quantitatem. Et sic tota insula facta est colonia Venetorum.* Cfr. Chronaca Altinate l. l. p. 194: *Petrus Ziani, Dux, ... ibi Ducem constituit, et suis nobilibus Venetis terram possidendam sub certis miliciis ordinavit.* — Videatur Creta Sacra sive de episcopis utriusque ritus etc. autbore Flaminio Cornelio, Senatore Veneto. Venetiis MDCCLV, Tom. II, pag. 226: „*Ut feroces Insulani, qui Venetorum iugum pervicaciter abnuebant, facilius obedientiæ assuescerent, censuit Senatus, antiqua Romanorum instituta æmulatus, civium Venetorum coloniam Cretam mittere, quæ iuxta diversæ conditionis statum bifariam divideretur, nobilesque equitum titulo, plebeii vero peditum vocabulo nuncuparentur*". *Ita Dandulus* (l. c. „. . . .): *Omnibus autem seu nobilibus, seu plebeiis Venetis, quos Cretam deducendos esse statuerat Senatus, assignata fuerunt prædia et rura* (casalia Græci vocant) *legesque impositæ, ut semper ad arma parati iureiurando tenerentur insulam Cretæ custodire et defendere contra quoscumque pro solo Veneto dominio. Publicæ liberalitatis munera, equitum peditumque nomina, et iniuncta iis officia in uno Petri Ziani diplomate, quod offerimus, continentur, dato mense Septembris anno 1211*". Adde Marinum T. IV, pag. 80 et post dilucidationem LeBretii I, 468 sqq. Romaninum II, 196.

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo undecimo, mense Septembris, indictione quinta decima. Riuoalto.

Nos Petrus Ziani, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, cum nostris iudicibus et sapientibus conseilii, collaudatione populi Venecie, cum nostris successoribus damus et concedimus nostram totam insulam Cretensem uobis dilectis fidelibus nostris, uiris Venetis, quorum nomina scripta habentur inferius, et illis, quos Dux cum maiori parte sui conseilii, qui per nos ibi erit, per sue concessionis cartam uobis duxerit sociandos, qui cum eis simul esse debetis, milites centum triginta duo, et pedites quadraginta[1]) octo, uestrisque[2]) et eorum heredibus ac proheredibus imperpetuum, excepto a Tartaro usque ad Fascheam[3]), secundum quod extenditur juxta mare ex hac parte. Et hoc est unum caput.

Et aliud caput est Temalum[4]); et ab ipso Temalo de foris uersus orientem uno milliario, et ab alia parte ipsius Temali uersus occidentem milliario uno, et a Tartaro (uersus) usque ad suprascriptum milliarium[5]) uersus orientem retro tramite, et ultra Temalum orientem et austrum atque uersus occidentem circumquaque uno[6]) milliario, cum ciuitate Candida[*]) et supradicto[7]) castello Temalo cum omnibus, que continentur infra designationem hanc, que in nobis et nostro comuni remanent, et excepto, si argentera in insula supradicta inuenta fuerit, et fluuius, qui aurum ducat, que omnia similiter esse debent de nostro comuni.

Reliquum uero tocius insule sit uestri iuris; ita tamen, quod unusquisque miles ex uobis sex partes possideat, et quilibet peditum habeat unam partem tantum. Debetis habere

[1]) quadraginta Coro.; quadrigenti LA.
[2]) Deest C.
[3]) Fraacheam recte C.
[4]) Tomalum bis C. et sic semper.
[5]) milliare C.
[6]) Deest C.
[7]) iam dicto C.
[*]) Respexit hunc locum De Torrea y Ribera in Cretae periplu p. 72. 230. Est Tartarus fluvius ab oriente Candidae; Fraachea terminum statuit ab occasu.

insulam suprascriptam preter illa, que exceptata sunt, cum omni longitudine et latitudine sua, potestate plena habendi, tenendi, uendendi, donandi, comutandi et imperpetuum possidendi, et quidquid inde uobis placuerit, faciendi, nullo uobis homine contradicente.

Preterea etiam in ciuitate Candida terras uel casas habere debetis conuenientes, quas unicuique uestrum, sicut uos decet, Dux, qui erit ibi cum suo conscilio, asignare[1]) et dare debet secundum prouidentiam suam.

Similiter debetis habere prata pauca uel multa pro equis De pratis. pascendis et pro aliis animalibus secundum prouidentiam Ducis et conscilii sui.

Sciendum tamen est, quod possessiones uestras nec uen- De possessionibus non alienandis. dere nec alienare debetis, nisi Venetis, et eis etiam non sine consensu Ducis et maioris partis conscilii, et in loco uestro[2]) De non substituendo alius loco sui sine consensu Duche et eius conscilii. alium dimittere ibi uel instituere non debetis sine consensu Ducis et maioris partis conscilii.

Vos autem nobis estis uinculo fidelitatis astricti, et saluare, Qualiter uinculo fidelitatis tenentur insulam custodire. custodire, manutenere et defendere insulam suprascriptam contra omnem hominem ad honorem nostrum et successorum nostrorum et Venecie[3]), et sic se debebunt astringere filij uestri uel successores post decessum uestrum infra unum annum, si etatem habuerint; et si non habuerint etatem, debebunt dimittere hominem in[4]) loco suo, usque dum peruenerit[5]) ad etatem, in prouidentia Ducis et maioris partis conscilii, illi uidelicet uestri heredes uel successores, qui illas uestras possessiones habebunt, et illi, in quibus erunt alienate, nobis et successoribus nostris.

Debetis autem, uos milites, uidelicet unusquisque ex uobis, De uarnicione, quam debent tenere milites. et illi, qui possessiones uestras habebunt, ut supra legitur, equum

[1]) designare C.
[2]) locum uestrum C.
[3]) Venetorum C.
[4]) Deest C.
[5]) peruenerint C.

unum de armis et alias duas equitaturas et scutiferos duos *[habere]*. Similiter habere debet unusquisque miles obergum aut pançeriam uel capironem[1]) et alia arma, sicut decet; peditum uero quilibet armatus esse debet, sicut conuenit.

De varnicione peditum.

De immunitate ecclesiarum.

Ecclesias autem omnes suprascripte insule debetis habere liberas et ministros earum; sed[2]) de possessionibus earum sic esse debet, sicut statuerit Dux, qui erit ibi cum suo conscilio[*]).

De Grecis laycis sit in prouidentia Duche.

De facto laycorum Grecorum tam in personis, quam in mobilibus, sit in prouidentia Ducis et sui conscilii.

Homines Venecie debeat esse salui sine exactione.

Homines uero Venetiarum debetis in tota insula saluos et securos habere in personis et rebus et sine ulla exactione et dattione, similiter et seruitores eorum, eundo et redeundo; et si contingerit, alicui Venetorum dampnum fieri in ipsa insula, dabitis operam ad recuperandum sua bona, bona fide, sine fraude.

Homines Venecie liberam habeant potestatem sua mercimonia extraēndi.

Et debent homines de Venecia habere liberam potestatem extraēndi omnia mercimonia, quecunque uoluerint, de insula ipsa sine ulla contrarietate. Et uos milites et pedites ibi constituti habeatis potestatem libere mercationem facere secundum usum mercatorum; verumtamen de uictualibus extraēndis remaneat in potestate Ducis.

De victualibus extraēndis sit in potestate Ducis.

Nullam institutionem faciant in facto mercimoniorum in providimentum Venetorum.

Vos autem nullam institutionem facere debetis in facto mercimoniorum, que dampnum uel detrimentum generet[3]) hominibus Venetis.

Amicos Venecie debetis habere amicos, et inimicos Venecie debetis, sicut nos, inimicos habere, et cum illis nullam treuam[4]) nullamque pacem facere sine nostro et nostrorum successorum consensu, uel sine consensu Ducis, qui in illo loco erit cum suo conscilio.

Laudes nobis et successoribus nostris in archiepiscopatu et episcopatibus decantari facietis quater in anno: in natiuitate

[1]) panseriam uel tapironem C.
[2]) scilicet C.
[3]) generetur C.
[4]) treguam C.
[*]) De hoc articulo singulariter egit Cornel. l. c. T. II, p. 359.

Domini, in pascha Resurrectionis, in festo sancti Marci et in festo maioris ecclesie Cretensis[*]).

De passagio concedendo contra intradictum Venetorum.

Contra intradictum[1]) nostrum et successorum nostrorum alicui passagium non concedetis, et eis passagium non contradicetis, quibus illud uoluerimus dare. Et quociens nos exercitum fecerimus et successores nostri, debetis facere, sicut homines de Venecia, a Modone superius[2]); unus quisque uestrum, quandocunque fueritis requisiti, faciet[3]), secundum quod cuilibet uestrum euenerit faciendum.

Quociens exercitus fiet pro communi Veneciarum.

De yperperis quarto soluendis.

Postquam uos intraueritis in ciuitate Candida, usque ad quatuor annos complectos nichil nostro comuni debetis persoluere; sed inde inantea mudua[4]) Septembris pro uno quoque sexterio de sex sexteriis debetis hic in Veneciis soluere supradicto communi iperperos quingentos saluos in terra, tali quidem ordine, quod unusquisque miles uel pedes teneatur pro sua porcione, sicut sibi euenerit.

Debent fortiam ad iustitias et rationes faciendas Duche.

Debetis etiam dare fortiam et uirtutem Duci, qui pro nobis et successoribus nostris erit in ciuitate Candida, ad iustitias et rationes (add. *complendas*), tam de predicto redituum, quam de causis aliis, postquam inde notitia uobis data fuerit per Ducem aut suum nuncium.

Debent procurare Ducem, si illuc accesserit.

Et si contingerit, quod illuc ueniremus nos uel successores nostri, recipietis nos cum clero, cruce precedente, et debetis nos secundo et tercio, si uoluerimus, procurare[5]).

Hec omnia estis iureiurando astricti seruare bona fide, sine fraude; et hec sacramenta omni quinto anno sine condictione aliqua renouabitis, si inde a Duce uel a suo nuncio

*) Cfr. de hoc pacti articulo Cornel. l. c. T. II, p. 4.

1) interdictum C.

2) Inde similem concessionem de Mothono statueris. Testatur Laur. de Monacis p. 153 hisce verbis: *Raphael Geno mittitur in conservatore Coroni et Mothoni.*

3) faciet add. bene C.

4) mud' LA.; monso C.

5) proc., si vol. C.

Pena, quam incurrent, qui hec omnia non seruauerint, tota possessione priuatur.

fueritis requisiti. Et si ex uobis aliquis uel aliqui (qui) ea non omnia obseruauerint, que supradicta sunt, tota possessio, quam habebit in insula, debet uenire in nostro comuni; verumtamen, quod comune Venecie debeat instituere milites et pedites in locum suum, sicut ipsi fuerunt.

Hii sunt milites de sexterio Castellano:

Andreas Pantaleo. Nicolaus Mudacio. Marinus Bonçi. Marinus Venero. Johannes de Canale, filius condam Henrici de Canale. Petrus de Canale, filius olim Johannis de Canale. Petrus Mauro. Leonardus Faletro. Marinus Fusculo. Jacobus Nani. Marcus Cauatorta. Laurencius Signolo. Pasqalis de Putheo. Henricus Segredo. Andreas de Saco. Johannes Viuiano.

Et hii sunt pedites eiusdem sexterii:

Johannes Treso. Pelegrinus Marao.

Hii sunt milites de sexterio sancti Marci:

Marinus Çane. Marcus Vido. Michael Çancharolo. Symeon de Çentiliana. Marinus Dandulo. Petrus Caueo. Marcus Vilione. Thomas Viadro. Bonus, filius Dandulo. Thomas Gradonico. Dominicus Maureceno. Leonardus Bello. Dominicus Paulo. Jacobus Bethani. Pangratius de Canale.

Et hii sunt pedites eiusdem sexterii:

Johannes Constantinus, et Michael, eius filius. Marinus Fuscari. Olricus Fabro. Rainaldus Pellaçarius. Henricus Triuixanus. Marcus Rampani et Andreas Vido. Marinus autem Justo est miles.

Hii sunt milites de sexterio sanctorum Apostolorum:

Leonardus Faletro. Benedictus Faletro. Johannes Badoario. Andreas Alberto. Marinus Fuscari. Petrus Dedo. Johannes Dedo. Johannes Calbo. Petrus de Vançago. Rogerius Grimani. Marinus Longo. Deodamus Indoso. Marinus Marino. Julianus Anno.

Et hii sunt pedites eiusdem sexterii:

Marcus Steno. Nicolaus Jeremia. Petrus Caualairo[1]) et Leonardus Barberio[2]).

Hii sunt milites*) de sexterio Dorsiduri:

Joannes Signolo. Pancratius Faletro. Marcus Justinianus. Mattheus Grimani. Marcus Manolesso. Leonardus Julio. Thomas Prando. Joannes Barbadico. Marinus Caravello. Jacobus Caravello. Joannes Habraam. Marcus Grimani. Leonardus Cavallero. Petrus Avolvario. Marcus Dodo. Marcus Minio. Julianus Barastro. Thomas Natali. Petrus Rappani. Petrus Girardo.

Et hii sunt pedites eiusdem sexterii:

Agapitus Abrahamo. Jacobus Grimani et Andreas Semiteculo.

Hii sunt milites de sexterio sancti Pauli:

Petrus Tonisto. Marinus Contareno. Benedictus Contareno. Pancratius Baroccio. Joannes Aurio. Nicolaus Circopo. Trintinus de Valerio. Nicolaus Rosso. Marinus Vitali. Stephanus Macono. Fuscarus Boniolo. Angelus Boniolo. Marinus Petro.

Et hii sunt eiusdem sexterii pedites:

Venerandus Vitalis. Julianus Alaistro et Petrus Donatus. Sanctus Bocassus.

Hii sunt milites de sexterio sanctae Crucis:

Nicolaus de Molino. Petrus de Molino, filius quondam Stephani. Jacobus Capello. Petrus de Molino. Benedictus de Molino. Leonardus Fusculo. Joannes Fusculo. Thomas Lollini. Thomas Bocco. Jacobus Tagliapetra. Nicolaus Beligno. Nicolaus Marano. Thomas Signolo. Thomas Petri Bicontolo. Joannes Rainaldo.

Et hii sunt pedites ejusdem sexterii:

Jacobus Bicontolo. Jacobus Piccolo. Andreas Vallero. Dominicus Venero et Thomas Vallero.

---

[1]) Cavallaro C. | [2]) Barbo C.

*) Hic desinit Lib. Alb.; quæ sequuntur, e Cornelio solo repetita sunt.

Ego Petrus Ziani, Dei gratia Dux Venetiarum, manu mea subscripsi.

Ego Ottavianus Quirinus, judex, manu mea subscripsi.
Ego Joannes Martinatio, judex, subscripsi.
Ego Rainerius Delphinus, consiliator, manu mea subscripsi.
Ego Stephanus Sanudo, consiliator, manu mea subscripsi.
Ego Marcus Mauroceno, consiliator, manu mea subscripsi.
Ego Andreas Marignoni manu mea subscripsi.
Ego Joannes Barastro, advocator, manu mea subscripsi.
Ego Philippus Justo, camerarius, manu mea subscripsi.
Ego Joannes Barastro manu mea subscripsi.
Ego Pancratius Dauro manu mea subscripsi.
Ego Dominicus Delphino manu mea subscripsi.
Ego Jacobus Mariguoni manu mea subscripsi.
Ego Benedictus Navajerio subscripsi.
Ego Thomas Fentrimio manu mea subscripsi.
Ego Marcus Contareno manu mea subscripsi.
Ego Daniel Theupulo subscripsi.
Ego Nicolaus Faletro subscripsi.
Ego Marinus Michaelis subscripsi.
Ego Marinus Premarino subscripsi.

Ego Nicolaus Girardo, presbyter et notarius ducalisque aule cancellarius, complevi et roboravi.

CCXXX.

Instrumentum promissionis coloniæ Venetorum in Cretam missæ.

Que facere et servare debent supradicti fideles viri Veneti occasione concessionis predicte.

A. d. 1211, m. Octobri.

Liber Albus fol. 76. Flam. Cornelius l. cit. T. II, p. 232: „*Accepto donationis diplomate cives Veneti ad instituendam coloniam destinati, antequam in Cretam solverent, solemni instrumento, cui omnes insequenti mense Octobris subscripserunt, ea omnia se*

servaturos fore promiserunt, quae publica authoritas in concessionis tabula ipsis observanda et peragenda mandaverat. Patent autem hæc ex sequenti documento".

In nomine domini Dei et salvatoris nostrì Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo undecimo, mense Octubris, indictione quinta decima. Rivoalto.

Post concessionem carte[1]) factam infrascriptis anno et indictione, mense vero Septembris nuper transacto, de tota vestra insula Cretense, qua vos, domine noster Petre Ziani, inclite Dux Venetie, Dalmacie atque Chroacie quarteque partis et dimidie totius Romanie Imperii dominator, cum vestris iudicibus et sapientibus conscilii, collaudatione populi Veneciarum, cum uestris[2]) successoribus nobis inde fecistis, uestris fidelibus militibus de sexterio sancte Crucis: Nicolao da[3]) Molino; Petro da Molino, filio condam Stephani da Molino; Jacobo Capello; Petro da Molino; Benedicto da Molino; Leonardo Fusculo; Johanni Fusculo; Thome Lunini[4]); Thome Boco[5]); Jacobo Taiapetra; Nicolao Bilongo[6]); Nicolao Mayrano[7]); Thome Signorello[8]); Petro Becontolo[9]) et Johanni Raynaldo; nobisque eiusdem sexterii peditibus: Jacobo Becontolo; Johanni Becontolo; Jacobo Picello[10]); Andree Valero; Dominico Venero; Thomæ Valero; et his omnibus de aliis sexteriis, quorum nomina cum nominibus nostris insimul scripta habentur inferius in concessione ipsa, et illis, quos Dux cum maiori parte conscilii, qui per uos erit ibi per sue concessionis cartam, nobis duxerit sociandos, qui omnes simul esse debemus milites centum[11]) triginta duo, et pedites quadraginta octo, nostrisque et eorum heredibus ac proheredibus imperpetuum, excepto a Tartaro

1) concessionis cartam C.
2) nostris C.
3) de C. ubique.
4) Lollino C.
5) Bocco C.
6) Beligno C.
7) Mairano C.
8) Signolo C.
9) Bencontolo C.
10) Picollo C.
11) et add. C.

usque ad Fascheam[1]), secundum quod extenditur iuxta mare ex hac parte. Et hoc est unum caput.

Aliud caput est Temalum[2]); et ab ipso Temalo de foris uersus orientem, retro tramite uno milliario, et[3]) ab alia parte ipsius Temali uersus occidentem milliario uno[4]), et a Tartaro usque suprascriptum milliarium uersus orientem retro[5]) tramite, et a Fascea[6]) usque ad suprascriptum unum milliarium uersus[7]) occidentem retro tramite, et ultra Temalum uersus orientem et austrum atque occidentem circumquaque milliario uno cum ciuitate Candida, suprascripto castello Temalo et cum omnibus, que continentur infra designationem[8]) hanc, que in nobis et in comuni Venecie[9]) remanent, et excepto, si argenteria in insula supradicta inuenta fuerit, et fluuius, qui aurum ducat, que omnia similiter esse debent de comuni Venecie.

Manifesti existimus infrascripti milites et pedites de infrascripto sexterio sancte Crucis cum nostris heredibus ac proheredibus imperpetuum, quia, sicut continetur in suprascripta concessionis carta, quod relicum tocius insule cum ceteris militibus et peditibus de suprascriptis sexterijs, ut dictum est, nostri iuris esse debet; ita tamen, quod unusquisque nostrum miles de suprascriptis militibus sex partes possideat, et quilibet pedes unam partem tantum.

Debemus insulam supradictam cum aliis sexteriis habere suprascriptis preter illa, que exceptata sunt, cum omni longitudine et latitudine sua, potestate plena habendi, tenendi, uendendi, donandi, comutandi et imperpetuum possidendi, et quicquid inde nobis placuerit, faciendi, nullo nobis homine contradicente.

1) Frascheam C.
2) Them. C.
3) et deest C.
4) mill. uno — orientem om. C.
5) recto C.
6) Fraschea C. Ex hoc loco suppleas superiorem p. 130.
7) versus — Temal. om. C.
8) designatum C.
9) communique benedictione C.

Preterea etiam in ciuitate Candida terras uel casas habere debemus conuenientes, quas unicuique nostrum, sicut decebit, Dux, qui erit ibi cum suo conscilio, asignare[1]) et dare debet secundum prouidentiam suam.

Similiter debemus habere prata pauca uel multa per erbam et fenum pro equis pascendis et pro alijs animalibus secundum prouidentiam Ducis et sui conscilii.

Sciendum tamen est, quod possessiones nostras nec uendere nec alienare debemus, nisi Venetis, et eis etiam non sine consensu Ducis et maioris partis conscilii; et in loco nostro alium ibi dimittere non debemus uel instituere sine consensu Ducis et maioris partis conscilii.

Sumus autem uobis uinculo fidelitatis astricti et saluare insulam suprascriptam et eam custodire, manutenere et defendere contra omnem hominem ad honorem uestrum et successorum uestrorum et Venecie[2]); et sic se debebunt astringere filii nostri vel successores post decessum nostrum infra unum annum, si etatem habuerint; et si etatem non habuerint, debebunt dimittere hominem in loco suo, usque dum peruenerit[3]) ad etatem, in prouidentia Ducis et maioris partis conscilii; *illi*[4]) uidelicet nostri heredes uel successores, qui illas nostras possessioues habebunt, et illi, in quibus erunt alienate, uobis et successoribus uestris.

Debemus autem nos milites habere[5]), uidelicet unusquisque ex nobis, et illi, qui possessiones habebunt, ut supra dicitur, equum unum de armis et alias duas equitaturas et scutiferos duos. Similiter debemus habere unusquisque de nobis militibus osbergum aut panceriam cum capirone et alia[6]) arma, sicut decet. Quilibet *[vero ex]*[7]) peditibus armatus esse debet, sicut conuenit.

[1]) designare C.
[2]) Venetorum C.
[3]) pervenerint C.
[4]) alii LA. et C.
[5]) Deest apud C.
[6]) aliis C.
[7]) Lacuna in LA.; quil. — convenit om. C.

Ecclesias autem omnes supradicte insule *[debemus]* habere liberas et ministros earum; sed de possessionibus ipsarum sic esse debet, sicut Dux statuerit, *[qui erit ibi]* [1]) cum suo conscilio.

De facto laycorum Grecorum tam in personis, quam in mobilibus, esse debet in prouidentia Ducis et sui conscilii.

Homines uero Venecie debemus in ipsa tota insula saluos et securos habere in personis et in rebus et sine ulla exactione et dactione, similiter et seruitores eorum, eundo et redeundo; et si contingerit, alicui Venetorum dampnum fieri in ipsa insula, dabimus operam, ut recuperet sua bona, bona fide, sine fraude [2]).

Et [3]) debent homines de Venecijs habere liberam potestatem extraëndi omnia mercimonia, quecunque uoluerint, de insula ipsa sine ulla contrarietate. Et nos milites et pedites ibi constituti habere debemus potestatem libere mercationem facere secundum usum mercatorum; verumtamen de uictualibus extraëndis remaneat in potestate Ducis.

Nullam autem institutionem facere debemus in facto mercimoniorum, que dampnum uel detrimentum generet hominibus Venetis.

Amicos Venecie habere debemus amicos, et inimicos Venecie debemus nos habere pro inimicis [4]); et cum illis nullam treguam nullamque pacem facere debemus sine uestro et uestrorum successorum consensu, uel sine consensu Ducis, qui in illo loco erit cum suo conscilio.

Laudes uobis et successoribus uestris in archiepiscopatu et episcopatibus decantari faciemus quater in anno: in natiuitate Domini, in pasca Resurrectionis, in festo sancti Marci et in festo maioris ecclesie Cretensis.

[Contra interdictum uestrum] [5]) et successorum uestrorum alicui pasagium non concedemus, et eis pasagium non contra-

[1]) Lacuna in LA. Omittit prorsus C.
[2]) et s. fr. C.
[3]) Om. C.
[4]) per inimicos C.
[5]) Haec in lacuna om. LA. — Pag. 133, 3: intradictum.

dicemus, quibus illud uolueritis dare. Et quociens uos exercitum feceritis et successores uestri, faciemus, sicut homines Venecie[1]), a Modone superius: unusquisque nostrum, quandocunque fuerimus requisiti, (add. *faciet*), secundum quod cuilibet nostrum euenerit faciendum.

Sciendum quidem est, quia, postquam intrauerimus in ciuitate Candida, usque ad quatuor annos complectos nichil comuni Venecie debemus persoluere; sed inde inantea mudua[2]) Septembris pro nostro sexterio debemus hic in Veneciis soluere suprascripto comuni yperperos quingentos in terra saluos, tali quidem ordine, quod unusquisque miles et pedes de nostro sexterio teneatur pro sua portione, sicut sibi euenerit.

Debemus etiam dare forciam et uirtutem Duci, qui pro uobis et successoribus uestris erit in ciuitate Candida ad iustitias et rationes complendas, tam de predicto reditu pro nostro sexterio, quam de reditibus, quos comuni Venecie debent alij sexterij, quam et[3]) de causis alijs, postquam inde noticia nobis data fuerit per Ducem aut per suum nuntium.

Et si contingerit, quod illuc ueniretis uel successores uestri, recipiemus uos cum clero, cruce precedente, et debemus uos secundo et tertio, si uolueritis, procurare.

Hec omnia sumus iure iurando astricti seruare bona fide, sine fraude; et hec sacramenta omni quinto anno sine condictione renouabimus, si inde a Duce uel a suo nuntio fuerimus requisiti. Et si ex nobis aliquis uel aliqui ea omnia non obseruauerit[4]), que suprascripta sunt, tota possessio, quam habebit in ipsa insula, debet uenire in comuni[5]) Veneciarum; verumtamen, quod comune Venecie debeat instituere[6]) milites et pedites in locum suum, sicut ipsi fuerunt.

---

1) hom. de Venetiarum C.
2) mud' LA.; mense C.
3) et om. C. Hunc quoque locum conferas cum superiore p. 133.
4) observaverint C. rectius.
5) in nostro communi C.
6) instruere C.

† Signum suprascripti Thome Lunini[1]), qui hec rogauit fieri.

† Ego Nicolaus da Molino manu mea subscripsi.

† Ego Leonardus Fusculo manu mea subscripsi.

† Ego Jacobus Rapelo[2]) manu mea subscripsi.

† Ego Nicholaus Mayrano manu mea subscripsi.

† Signum suprascripti Johannis Raynaldo, militis, qui hec rogauit fieri.

† Ego Benedictus da Molino manu mea subscripsi.

† Ego Johannes Fusculo manu mea subscripsi.

† Ego Petrus Becontolo manu mea subscripsi.

† Ego Petrus da Molino manu mea subscripsi.

† Ego Jacobus Taiapetra manu mea subscripsi.

† Ego Thomas Boco[3]) manu mea subscripsi.

† Ego Nicholaus Bilongo manu mea subscripsi.

† Ego Thomas Signorelo[4]) manu mea subscripsi.

† Ego Petrus da Molino manu mea subscripsi.

† Ego Daniel Teupolo testis subscripsi.

† Johannes Natalis testis subscripsi.

Signum suprascripti Jacobi Becontolo, qui hec rogauit fieri.

Signum suprascripti Andree Vallero, qui hec rogavit fieri[5]).

Signum suprascripti Dominici Venero, peditis, qui hec rogavit fieri.

Signum suprascripti Jacobi Picello[6]), peditis, qui hec rogavit fieri.

Ego Thomas Vallero[7]) manu mea subscripsi.

Ego Johannes Becontolo manu mea subscripsi.

Ego Nicolaus Girardus, presbiter et notarius, ducalis aule cancellarius, compleui et roboraui.

---

1) Limini C.
2) Rapello C. Lege Capello.
3) Bocco C.
4) Signorello C.
5) Hanc lineam totam om. C.
6) Picollo C.
7) Valero C.

CCXXXI.

Chrysobullium Soldani Turciæ (Rum), Aseddin, datum Venetis.

A. d. 1211—1220.

Huius privilegii mentionem facit Alaeddin Keikobad, Soldanus Turciæ, et frater natu minor huius, Aseddin, a. d. 1220, huius Collectionis nr. CCLVIII: *„et nemo de potestatibus Soldanee sue dominationis . . . . . . audeat facere aliquod injuriosum vel dampnum eis, neque aufferre aliquod ab eis, nisi solum duo per centenarium, secundum tenorem chrysoboli bone memorie patris et fratris sui“*. Cfr. Nos ad nr. CXVI, T. I, pag. 438. 439.

CCXXXII.

Sexteriorum Cretensium in militias divisio.

A. d. 1212.

Flaminius Cornelius in Creta Sacra T. II, p. 237: *„Institutæ coloniæ viri Cretam appulsi a Jacobo Theupolo Ducha excepti fuerunt; qui eis deinde oppida et prædia ita partitus est, ut unius cuiusque regionis seu sexterii Venetiarum cives certa et separata loca obtinerent. Tum singulis sexteriis virum nobilem et prudentem, quem Capitaneum appellavit, sui muneris authoritate præfecit, ut loca singulis sexteriis assignata in militias XXXIII et unam tertiam partem dividerent; quæ deinde militiarum partes ducta sorte in privatorum iura transirent“*.

Qui autem fuerint — sic fere pergit idem auctor — hi sexteriis præfecti Capitanei, quæve loca singulis sexteriis obtigerint, ex Andreæ Cornelii chronico ms. addiscimus, in quo hæc habentur, Italico idiomate exarata:

Canaregio, o S. Apostolo.

Settia, Gerapetra, Mirabello et Lasiti con tutte le sue habentie e pertinentie de Militie sive Cavallerie XXXIII e uno terzo è del Sestier de Canaregio sive S. Apostolo. Fu Capo e partidor il Nob. Homo S. Lunardo Falier per

Canalis Regius sive Sanctorum Apostolorum.

Setbia, Jerapetra, Mirabellum et Lasitis cum omnibus ad ipsa loca pertinentibus Militiarum seu Equitatuum XXXIII et unius tertiæ partis spectant ad Sexterium Canalis Regii seu SS. Apostolorum.

divider e dar a cadauno del detto Sestier la sua parte.

Caput et divisor fuit Nobilis vir Dominus Leonardus Faletro, ut loca divideret, et suam cuique debitam partem dicto Sexterio assignaret.

S. Marco.

Castel Belvedere con tutte etc. et Pediata et Pesocunava de Militie siue Cavallerie 33 e un terzo è del Sestier de San Marco; capo e partidor il N. H. S. Marin Zusto per divider etc.

S. Marcus.

Castrum Belveder nuncupatum cum omnibus etc. Pediata et Pesocunava Militiarum seu Equitatuum XXXIII et unius tertiæ partis spectant ad Sesterium S. Marci. Cuius caput et divisor est Nob. vir D. Marinus Zusto, ut etc.

S. Crose.

Castel Bonifatio con tutte etc. Castel Novo e Priotissa de Militie sive Cavallerie 33 e un terzo vien al Sestier de S. Crose; capo e partidor il N. H. S. Lunardo Foscolo per divider etc.

S. Crux.

Castrum Bonifatii cum omnibus etc. Castrum Novum et Priotissa Militiarum seu Equitatuum XXXIII et unius tertiae partis attinent ad Sexterium S. Crucis. Cuius caput et divisor est Nob. vir D. Leonardus Fusculo, ut etc.

Castello.

Castel Milopotamo, Ario e Siurito con tutte etc. de Militie sive Cavallerie 33 e un terzo al Sestier de Castello; capo e partidor il N. H. S. Andrea Pantaleon per divider etc.

Castellum.

Castrum Milopotamum, Arium et Apanosiurite cum omnibus etc. Militiarum seu Equitatuum XXXIII et unius tertiae partis obtingunt Sexterio Castelli; cuius caput et divisor est Nob. vir D. Andreas Pantaleo, ut etc.

S. Polo.

Calamona, Castel Siurito et Psicro con tutte etc. de Militie sive Cavallerie 33 e un terzo del Sestier de S. Polo; capo e partidor il N. H. S. Piero Querini per divider etc.

S. Paulus.

Calamona, Castrum Catosiurite et Psichium cum omnibus etc. Militiarum sive Equitatuum XXXIII et unius tertiæ partis attinent ad Sexterium S. Pauli; cuius caput et divisor est Nob. vir Dom. Paulus Quirinus, ut etc.

Dorsoduro.

Cuffo, Cama, Chissamo, Orna con tutte etc. de Militie sive Cavallerie 33 e un terzo vien al Sestier de Dorsoduro; capo e partidor il N. H. S. Pangratio Falier per divider etc.

Dorsumdurum.

Cuffo, Cama, Chissamus et Unicornum cum omnibus etc. Militiarum sive Equitatuum XXXIII et unius tertiae partis spectant ad Sexterium Dorsiduri; cuius caput et divisor est Nob. vir Dom. Pancratius Phaledro, ut etc.

Quod autem — ita pergit Cornelius — *hi Sexteriis Præfecti Capitanei vocarentur, ex alio documento antiquo addiscimus, in quo hæc notata leguntur:*

Hæc est divisio prima, quæ facta fuit de tota insula Cretæ tempore discreti viri dom. Jacobi Theupoli, Duchæ Cretensis; qui ex præcepto illustris Petri Ziani, Ducis Venetiarum, ad Cretam missus fuit. Concurrente anno domini MCCXII, indict. I.

Sithea, Jerapetra et Lasithi cum omnibus suis habentiis et pertinentiis. Militiæ XXXIII et tertia pars. Hic est sexterium unum; venit ad Sanctorum Apostolorum; fuit Capitaneus vir nobilis dominus Leonardus Faletro maior.

Castellum Belveder cum omnibus suis pertinentiis, cum Pediada et Pessocunava. Militiæ XXXIII et tertia; venit ad S. Marcum. Capitaneus vir nobilis Marinus Justo.

Bonifatio cum omnibus suis pertinentiis, sexterium unum. Militiæ XXXIII et tertia cum Castello novo et Messarea; venit ad S. Crucem. Capitaneus vir nobilis dom. Leonardus Fusculo.

Millopotamum, Ario et Panosiurito cum omnibus suis pertinentiis. Militiæ XXXIII et tertia, sexterium unum; venit ad Castellum. Capitaneus vir nobilis dom. Andreas Panthaleo.

Calamona, Catosiurito et Pysehro *(Psychro?)* cum omnibus suis pertinentiis. Militiæ XXXIII et tertia; venit ad S. Paulum. Capitaneus nob. vir d. Petrus Quirino.

Cuffo, Cama, Kissamo, Orna cum omnibus suis pertinentiis. Militiæ XXXIII et tertia; venit ad Dorsoduro. Capitaneus nob. vir dom. Pancratius Faletro de S. Pantaleone.

CCXXXIII.

Concessio Petri Ziani Ducis Venetiarum de bonis ecclesiae beati Johannis evangelistae in insula Creta.

A. d. 1212, m. Martio.

Libri Commemoriales Archivi Cæs. Vind. T. III, fol. 74. Indicavere hoc documentum Flam. Cornelius l. l. I, 222. II, 174, et E. Cicogna l. l. IV, 541.

In nomini Dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo, mensis Martii, indictione quinta decima. Rivoalti.

Ducalis nostra dignitas, quae suum unicuique ius conseruare consueuit illaesum, tanto erga Jesu Christi famulos placibilior inuenitur, quanto obsequio eius deditos bonis actibus et vita deuocius nouerit et amplius desudare. Ob reuerentiam igitur Jesu Christi, cuius vos estis, sicut ex relatione amici nostri, venerabilis Matthaei, ecclesiae beati Joannis evangelistae episcopi, sitae in Milopotamo infra insulam de Cretis, et aliorum uirorum plurium insinuatione didicimus, ueri ministri, damus et concedimus nos Petrus Ziani, Dei gratia Venetiarum, Dalmatiae atque Chroatiae Dux, quartae partis et dimidiae totius Romaniae Imperii dominator, cum nostris judicibus et sapientibus consilii, collaudatione populi Venetiarum cum nostris successoribus vobis Simeoni [1]), reverendo in Christo patri, ecclesiae beatissimae Mariae semper virginis in monte Synai archiepiscopo; venerabilibus quoque fratribus eiusdem ecclesiae vestrisque successoribus in perpetuum uniuersa, quae supradicta ecclesia vestra et vos, quae habuistis in supradicta insula nostra de Cretis Graecorum tempore: hoc est quatuor petias vineae, et campum unum, in quo seminantur modia octo, quae omnia sunt posita in chorio, qui dicitur Sclauonathye. Prastrum quoque Licasti, et uineam, quae in eodem prastro sita est, quam uobis

---

[1]) Ex hoc documento suggeras tempus statum apud Le Quien. l. c. III, 753.

tribuit Suadinus et frater suus; medietatem autem similiter illius prastri, quod appellatur Vradiarium, cum duabus vineis, et domum, in qua manebat Nicolaus Straticus, quae omnia uobis tradidit idem Nicolaus; aliam uero medietatem prastri memorati, quod Vradiarium dicitur, uos habere uolumus propter illas tres libras et quinquaginta manitos, quos Graecorum tempore habebatis de comerclo.

Concedimus uobis modo simili, et damus monasterio sancti Saluatoris de . . . et parum terrae iuxta eum, quam uobis exhibuit Syryt; prastrum, quod Solopulum dicitur, et vineam in chorio positam, quae uocatur Ycania, quae omnia vobis praebuit Georgius Maurocenus; et agrum similiter duorum bonum eratium in eodem prastro; uineam quoque, quae fuit Muscati, atque petiae tres de uinea, quarum una sita est in chorio Sconaui, duae autem in chorio, qui Piscia nominatur, quas uiueas vobis dedit monacus Leonditus a Restis. Habere etiam uos uolumus et aliam petiam uineae in supradicto chorio de Piscia positam, quam uobis Dimitrius Enigimanus tribuit; uineam similiter et molendinum unum, quae vobis exhibuit Theodorus Yueropulus in chorio, qui dicitur Stratos, et vineam illam in Sancto Paraschevi, quam uobis tribuit Michael a Fanto; et aliam quoque uineam in chorio Stiriami, quam vobis dedit Catacalus clericus, et zardinum, quem dedit uobis Vasilius Darmiuus extra burgum Candidae et Metocchij. Similiter uobis damus et concedimus Sancti Simeonis in ipso burgo positum, et molendinum illud, quod fuit Scolaturii, et paranchos uiginti quatuor, quos primo habebatis Graecorum tempore; et super hijs etiam alios sex uobis concedimus.

Haec itaque omnia, quae suprascripta sunt et designata, vobis et ecclesiae vestrae habenda uestrisque successoribus, sicut praemissum est, in perpetuum exhibemus cum omni sua iurisdictione, quae ab omni augaria et exactione cum cultoribus

pariter libera esse uolumus perpetuis temporibus; potestatem vobis plenissimam tribuentes intromittere ea, amodo habendi quoque, et tenendi, dandi, cultandi, laborandi, comutandi, in perpetuum possidendi, et quicquid inde vobis placuerit faciendi, homine nullo vobis contradicente, ad utilitatem tamen supradictae ecclesiae vestrae.

Praeter haec et gratiam hanc vobis et ecclesiae vestrae vestrisque successoribus facere uolumus, quod de insula memorata potestatem extrahendi omni tempore habeatis sine ullo comerclo pro uobis et ecclesia vestra, caseum uidelicet et rassam, feltrum quoque, ceram similiter, et incensum atque oleum, quae vobis per tempora uenerint de redditibus vobis assignatis superius.

Nulli ergo subditorum nostrorum liceat paginam hanc nostrae dationis et concessionis robur infringere, uel ei ausu temerario contraire; quod si quis facere pro suae temeritatis audacia attemptauerit, sciat, se nostram maliuolentiam incursurum, et de suo excessu grauiter puniendum.

Ut autem praesentis dationis et concessionis scriptum in perpetuum uigeat et robur obtineat firmitatis, manu propria cum nostris iudicibus et sapientibus in eo duximus subscribendum, et per nos nostrum cancellarium iussimus ipsum, sicut in calce cernitur, subnotari et bulla plumbea nostro impressa timpario insigniri.

Et quia Jesu Christi familiares vos et amicos credimus, qui saeculo contempto et eius gloria, laudabilem religionis habitum assumentes montem et haeremum Synai, ut audiuimus, sicut praemissum est, ad seruiendum, et liberius ... [1]), ellegistis; unde dubium non tenemus, quod ab eo praecibus tanto uelocius, quae quaeritis, obtinetis, quanto in eius amore et obsequio ab omnibus segregati feruentius extuatis [2]): rogamus uos in Domino et

---

[1]) Desideratur verbum quoddam religiosum.

[2]) I. e. aestuatis.

obsecramus, ut possimus, cum omni cordis desiderio, quod nostri memores semper pro nobis et populo Venetiarum Dominum exoretis, ut, quod apud eum per nos non possimus, per vos obtinere ualeamus.

Ego Petrus Ziani, Dei gratia Dux, manu mea scripsi.
Ego Joannes Barozi, judex, m. m. s.
Ego Thomas Centenico, judex, m. m. s.
Ego Henricus Nauigaioso, consiliator, m. m. s.
Ego Jacobus de Molino, consiliator, m. m. s.
Ego Henricus Maurocenus, consiliator, m. m. s.
Ego Paulus Quirino, consiliator, m. m. s.
Ego Felippus de Canali, aduocator communis, m. m. s.
Ego Joannes Martinazo, aduocator communis, m. m. s.
Ego Octauianus Quirino m. m. s.
Ego Marcus Maciamanus m. m. s.
Ego Marinus Jacobe m. m. s.
Ego Jonatha Fuscarenus m. m. s.
Ego Marinus Valaressus m. m. s.
Ego Stephano Betani m. m. s.
Ego Dominicus Cussoni m. m. s.
Ego Felippus Marcello m. m. s.
Ego Leonardus Sisinullo m. m. s.
Ego Joannes Donato m. m. s.
Ego Palmerio Zane m. m. s.
Ego Bello Julio m. m. s.
Ego Angelo Venerio m. m. s.
Ego Petrus Constantinus m. m. s.
Ego Marcus Michael m. m. s.
Ego Petrus Istrego m. m. s.
Ego Marcus Taruisano, camerarius communis, m. m. s.
Ego Cardinalis Georgio, camerarius communis, m. m. s.
Ego Henricus Polani m. m. s.
Ego Giberto Dandulo m. m. s.

Ego Nicolao Polani m. m. s.
Ego Jacobus Juliano m. m. s.
Ego Joannes Bobizo m. m. s.
Ego Gandulfus Betani m. m. s.
Ego Joannes Vilioni m. m. s.
Ego Barbus, procurator sancti Marci, m. m. s.
Ego Marcus Maurocenus m. m. s.
Ego Joannes Triuizane m. m. s.
Ego Marcus Vitori m. m. s.
Ego Andreasi Marioni m. m. s.
Ego Jacobus Acotanto m. m. s.
Ego Bonabel Dandulo m. m. s.
Ego Pangratius Malipetro m. m. s.
Ego Joannes Fradello m. m. s.
Ego Petrus Stamario m. m. s.
Ego Andreas Janasi m. m. s.
Ego Daniel Barbeta m. m. s.
Ego Michael Malaza m. m. s.
Ego Andreas Marcello m. m. s.
Ego Petrus Grimani m. m. s.
Ego Joannes de Canali m. m. s.
Ego Blasio Basilio m. m. s.
Ego Angelus de lo Priolo m. m. s.
Ego Lanfrancho Boxio m. m. s.

Ego Nicolaus Girardo, presbiter et notarius, ducalisque aulae cancellarius, compleui et roboraui.

Ego Blaxius Barbo, clericus sancti Marcialis et notarius, uidi in matre, testis sum in filia.

Ego Joannes Michael, judex, uidi in matre, testis sum in filia.

Ego Dominicus, presbiter sancti Canciani et notarius, hoc exemplum exemplaui anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mensis Madii, die tertio exeunte, indictione quinta, Candidae insulae Cretae, nihil addens uel minuens, quod sententiam mutet, sumpto ex autentico sigillo plumbeo sigillato, compleui et roboraui.

CCXXXIV.

Innocentius III magistro Maximo.

De electione Patriarchae Constantinopolitani.

A. d. 1212, die 17. m. Augusti.

Innocentius III epist. libro XV, 156 (ed. Baluz. T. II, p. 672—676), coll. XIV, 97. XV, 153. 154. 155. XVI, 112. Gest. Innoc. III cap. 102. De diuturna hac controversia adeas Du Caug.

histor. de Cp. II, 175 sqq. LeQuien. l. c. III, 799 sqq. Raynald. l. l. a. 1212, §. 43.

. . . Constantinopolitana Ecclesia, licet posterior tempore, postmodum propter honorificentiam piissimi Constantini prælata est aliis dignitate; sicque facti sunt primi novissimi et novissimi primi; ut merito ipsi dicatur: *multæ filiæ congregaverunt divitias, sed tu sola supergressa es universas.* Ad cujus Ecclesiae regimen talis est pontifex assumendus, qui ad similitudinem illorum quatuor animalium [sc. apocalypseos Joannis] ante et retro plenus sit oculis; ut pleno lumine veteris et novi testamenti mysteria contempletur, per experientiam videns præterita, et futura prævidens per cautelam. Debet enim habere sex alas, scilicet sex legum notitiam, naturalis, Mosaicæ et propheticæ, evangelicæ, apostolicæ et canonicæ; quibus perfecto libramine inter coelum volans et terram, de terris ad coelestia et de temporalibus transvolet ad æterna.

Sane ad hanc Ecclesiam duo quædam animalia sunt vocata, utinam plena oculis et alas habentia, videlicet venerabilis frater noster Heracliensis Archiepiscopus[1]), et dilectus filius *[Ludovicus]*, plebanus sancti Pauli de Venetiis, sicut per procuratores tam postulantium archiepiscoporum, quam eligentium plebanum fuit propositum coram nobis. Proposuerunt siquidem procuratores electorum plebani, quod, cum Ecclesia Constantinopolitana vacante canonici Ph. decanum suum sibi elegerint in pastorem, et nos cassaverimus electionem eandem, quia quibusdam exclusis, qui adesse debuerant, extitit celebratio, ne diu gregi fidelium deesset cura pastoris, tam canonici, quam quidam alii, qui se in electione Constantinopolitani Patriarchæ jus habere dicebant, ut de electione tractarent, ad invicem convenerunt. Cumque septem personæ pro septem præpositis se offerrent, et quidam alii pro ceteris prælatis se

[1]) Fantinus; sed non liquet plane, coll. LeQuien. l. c. III, 965.

tractatui electionis ingererent, post multam concertationem tam illas septem personas, quam duas alias ad universitatis instantiam, quæ tamen duas tantum voces haberent, salvo in omnibus jure suo tam in præsenti, quam in futuro, pro bono concordiæ receperunt.

Sed factum est, quod humani generis inimico, qui unitatem Ecclesiæ scindere nititur, superseminante zizania messi Dominicæ, in duas partes sunt vota divisa, novem de canonicis et novem aliis prænominatis personis postulantibus Archiepiscopum memoratum, et quindecim canonicis et præposito sanctorum Apostolorum plebanum eligentibus supradictum; cujus electioni cantor, qui pro utilitate absens erat ecclesiæ, et ante tractatum electionis per literas suas consensum expresserat de plebano, si aliis complaceret, et octo alii canonici, qui electionis tempore non fuere præsentes, suum præstitere consensum; et sic in plebanum prædictum vota viginti quatuor canonicorum et unius præpositi convenerunt. Dicebant ergo, postulantium numerum esse minorem, cum decem et octo tantum Archiepiscopum postularent; de quibus quosdam eorum, quos cum præfata protestatione sui juris admiserant, excludere nitebantur, duos videlicet de Blakerna et Buccaleone præpositos; quia, cum per exemptionis privilegium a Sede apostolica impetratum se subtraxerint oneri, tacite renuntiasse videbantur honori, ut ad electionem non pertinerent illius, cui electo nullatenus subjacerent. Alii quatuor non erant præpositi, sed aliarum Ecclesiarum clerici, qui se tractatui electionis suorum præpositorum nomine ingerebant, quia eorum domini adeo erant absentes, quod ad tractatum electionis vocari commode nec poterant, nec debebant; quoniam, si absentes possent per procuratores adesse, vix jura devolverentur absentium ad præsentes; cum raro contingeret, quod per se, vel per alios interesse non possent. Septimus autem, qui præsens extiterat, jam electus et confirmatus in Archiepiscopum Verricensem et translatus ad suam Ecclesiam,

possessionem ejusdem adeptus fuerat corporalem. Et licet universitas clericorum quatuor prius pro se postularet admitti; quia tamen pars canonicorum tot nolebat admittere, ne numerus aliorum nimis excresceret, ita tandem pro bono pacis extitit ordinatum, ut duo tantum admitterentur ex illis cum protestatione prædicta; et ideo eligentes asserebant, illos duas tantum voces et non ceterorum habere; maxime, cum triginta præpositura fuerint ad septem redactæ, quæ tamen nondum fuerunt auctoritate sui judicis approbatæ. Conventuales autem Ecclesias ultra quinque vel sex tunc temporis esse negabant; et, si plures fuissent, tempore tamen electionis prædictæ prælatos earum dicebant non fuisse præsentes.

De malo denique zelo intendebant arguere postulantes, eo, quod, ut proponebant, illiteratum et impudicum ex certa scientia postularant; cujus incontinentiam dicebant per filium in monachatu genitum paternæ libidinis testem posse probari. Eundem etiam Archiepiscopum de ambitione notabant, eo quod in vigilia nativitatis Dominicæ se suæ subtraxit Ecclesiæ, ut esset in urbe Regia, ubi tunc erat postulatio celebranda, et passus est cum hymno *Te Deum laudamus* se in sede locari, in qua profestis diebus residere consueverat Patriarcha. Qui autem auctoritate propria bona patriarchatus post mortem Patriarchae distribuens, ejusdem sigillo violenter arrepto de scrinio camerarii, literas quasdam, quibus illud impressit, misit Ravennam[1]), et quandam pecuniæ summam ibi depositam auctoritate literarum illarum sibi fecit afferri, eandemque distribuit pro suæ voluntatis arbitrio in Ecclesiæ Constantinopolitanæ præjudicium et gravamen. Quod totum et alia in capitulo fuere proposita, cum quidam de ipso postulando tractarent.

---

[1]) De hac urbe v. Nos in Thessalonica p. 488. Ibi Thomas Maurocenus, Patriarcha Cp., a. d. 1210, inierat pactum de ecclesiis resignandis, de quo accurate exposuit Buchon. nouv. recherches. I, 1. p. XXVII sqq.

Unde petebant, ut, cum pars postulantium Archiepiscopum esset numero minor, inferior zelo, et a suo jure ceciderit postulando scienter indignum, electionem confirmare factam de dicto plebano canonice dignaremur, maxime, cum ipsi usi fuerint jure communi personam eligibilem eligendo, quod ordinarii juris existit, et alii juris communis contempto beneficio ad extraordinarium auxilium transvolarint.

Ad hæc procuratores partis alterius responderunt, quod universi prælati conventualium Ecclesiarum apud Constantinopolim existentium per nostram constitutionem in electione Constantinopolitani Patriarchæ jus habent. Unde universitas prælatorum, de qua in eadem constitutione cavetur expresse, restringi non debet ad septem, cum ratione suæ dignitatis in hoc bene fuerit Ecclesiæ memoratæ provisum, tum ut sanior haberetur super electione tractatus, cum integrum sit judicium plurimorum sententiis confirmatum; tum etiam, ut per numerum prælatorum illis posset occurri, qui Dei sanctuarium jure volebant hereditario possidere. Addebant etiam, quod præfatæ constitutionis beneficium duo exempti præpositi per exemptionis privilegium nullatenus amiserunt, cum ea, quæ in favorem alicuius introducta sunt, in ejus læsionem non debeant redundare, et per privilegia pontificum Romanorum addi, non subtrahi consueverit illis, quibus specialiter indulgentur, propter prædictam maxime rationem, ut illis obsisterent prudenter, qui Domini sanctuarium moliuntur in jus hereditarium usurpare. Unde iidem excludi non poterant, nec debebant, ea etiam ratione, quod septem nomine septem præpositorum et duo vice ac nomine viginti trium prælatorum pro ipsa universitate fuerint a canonicis ad tractatum electionis admissi; et sic cum in postulatum vota septem præpositorum et decem et octo prælatorum præsentium et aliorum sex absentium, quorum procuratores erant in civitate præsentes, consensu mediante illorum duorum concurrerint, pro parte sua ultra duplum maiorem numerum

allegabant, cum in plebanum quindecim tantum canonici et unus præpositus a principio consensissent, nec aliquid ei juris accreverit in hoc casu per subsequentem consensum novem canonicorum, qui electionis tempore non fuere præsentes, nec vocari potuerint commode, nec deberent; præsertim cum octo ex illis tanto tempore fuissent absentes, quod secundum constitutionem Patriarchæ ac Capituli Constantinopolitanorum pro canonicis nullatenus haberentur. Auctoritatem etiam introducebant pro se, cum regulariter maioris auctoritatis prælatus quam simplex canonicus habeatur.

Bonum vero zelum ea ratione probabant, quod Venetum pro vitando scandalo, longa conversatione notum, laudabili administratione probatum, carum clericis et acceptum laicis, postularant; in quem assensus Principis, suffraganeorum vota plebisque desiderium concurrebant; nec debebant aliquid sinistrum de illo præsumere, quem et excellentia dignitatis et communis reddebat fama præclarum. Nec etiam erant adversarii audiendi, qui promotionis ejus tempore tacuerunt, nisi forte aliquid novum proponerent, vel quod postmodum didicissent; maxime cum objectam notam incontinentiæ, si qua forsitan præcessisset in ipso, quod tamen inficiabantur omnino, subsequens longæ conversationis delevisset honestas.

Proposuerunt etiam, quod, nisi pars altera se ab injuriis temperaret, intendebant quædam proponere tam in personas eligentium, quam electi.

Ad excusationem vero ejusdem Archiepiscopi super objectione ambitus proponebant, quod idem ex honesta et probabili causa Constantinopolim venerat, et habebat necesse frequenter accedere, tum propter negotia patriarchalis Ecclesiæ, tum etiam propter executionem ultimæ voluntatis Patriarchæ defuncti, suæ discretioni commissæ; qui licet interfuerit vesperis et matutinis in patriarchali Ecclesia ob solemnitatem diei, in loco tamen decani resedit, nec aliquid de patriarchalibus usurpavit. Ipsum

etiam literatum, etsi non eminenter, competenter tamen esse dicebant, sufficientem intelligentiam et eloquentiam de scripturis et in scripturis habentem; nihilominus allegantes, quod, etsi quædam conventuales Ecclesiæ tunc vacarent, aut forsan propter pauperiem non haberent numerum clericorum, ipsum capitulum, aut etiam unus, qui vicem capituli retineret, ad electionem pro prælato deberet admitti, cum in talibus sæpe capitulum vicem consueverit supplere prælati, et nomen ac jus universitatis multotiens devolvatur ad unum et retineatur in uno. De malo nihilominus zelo arguebantur electores plebani, eo quod hominem elegerant, quem electionis tempore credebant in minoribus ordinibus constitutum, asserentes, quod in vigilia nativitatis Dominicæ altera pars apud Constantinopolim consenserat in plebanum, qui se paulo ante apud Venetias fecerat in subdiaconum promoveri. Ex quo inferebatur, quod, si hoc actum fuerit ex condicto, non poterat ambitione carere. Si vero præordinatum non extitit, cum propter locorum distantiam hoc ad eligentes tam brevi tempore nequiverit pervenisse, sequitur, quod secundum conscientias suas ineligibilem eligebant; vel si error ad excusationem accusatione non vacuam allegetur, in confessionem negligentia veniet, quæ super iis non multum distat a culpa.

Adjiciebant etiam, quod magis erat extraordinarium consentire in hominem, non solum extra totum patriarchatum, verum etiam extra totum Imperium constitutum, quam in vicinum et familiarem, suffraganeum ejusdem Ecclesiæ, de cujus pastoris electione tractatur. Personam quoque plebani de vehementi ambitione notabant, dicentes, quod ipse per literas suas quosdam Constantinopolitanos canonicos expresse rogaverat, ut eum in suum eligerent Patriarcham; quod pars altera negabat. Unde petebant postulatores Archiepiscopi sæpe dicti, ut, cum esset pars altera zelo, auctoritate ac numero minor, cassato, quod factum fuerat de plebano, postulationem ipsorum admittere dignaremur.

Verum quia de iis, quæ per assertiones partium in judicium deducta fuerunt, nobis non potuit fieri plena fides, quamvis super iis, quæ de numero dicta sunt postulantium, per quoddam publicum instrumentum et literas Constantinopolitani vicarii, nec non confessionem procuratoris partis adversæ, in judicio quidem factam, sed postea revocatam, pars altera suam intentionem assereret esse fundatam; causam ipsam discretioni tuæ duximus committendam, per apostolica scripta mandantes, quatenus super iis et aliis inquiras, sublato cujuslibet appellationis obstaculo, diligentissime veritatem de meritis electi et postulati apud Venetias, ubi nati fuerunt et diutius conversati, de studiis autem eligentium et postulantium et omnibus generaliter, quæ causam possint instruere apud Constantinopolim, ubi hujusmodi postulatio et electio celebratæ fuerunt; et si partes consenserint, procedas hoc modo, ut, si constiterit, de mutuo convenisse consensu, quod ad electionem Patriarchæ septem admitterentur præpositi, sive per se ipsos, sive per alios, et duo alii ex parte universitatis pro ceteris conventualium Ecclesiarum prælatis, totque tunc temporis conventuales Ecclesias habuisse prælatos, quod cum septem præpositis et novem canonicis, quos quidem canonicos constat in postulatione præfati Archiepiscopi convenisse, duplo maiorem facerent numerum, quam sedecim electores plebani, tu vice nostra postulationem admittas, nisi probatum fuerit, postulato aliquid obviare de canonicis institutis, quod promotionem ipsam debeat impedire, ac plebani electione cassata ipsum Archiepiscopum absolvas a vinculo, quo Heracliensi tenetur Ecclesiæ, concedendo ipsum Constantinopolitanæ Ecclesiæ in pastorem, et faciendo ipsi per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, reverentiam et obedientiam debitam exhiberi. Quodsi ad faciendum duplo maiorem numerum simul omnes prædicti minime suffecerunt, sive dignus sive indignus sit postulatus, tu, postulatione repulsa, electionem plebani auctoritate nostra confirmes, dummodo nihil

obsistat eidem, quod ipsum tanto præsulatu reddat indignum, ad impendendum sibi reverentiam et obedientiam sibi debitam ac devotam quoslibet sibi subjectos, si necesse fuerit, sublato appellationis obstaculo, canonica districtione compellens. Si vero numerus postulantium inventus fuerit duplo maior, quemadmodum est prædictum, et persona postulata indigna reperta fuerit, tu tam postulationem, quam electionem non differas reprobare, nisi forsan omnes, aut maior pars postulantium præsumptione damnabili postulaverint scienter indignum, ut hac vice merito debeant eligendi seu postulandi potestate privari; et in hoc quoque casu electionem confirmes, si de persona idonea constiterit celebratam. Porro si tam electionem, quam postulationem cassari contigerit, aut altera partium postulante causam ad nos instructam referri, tu ex parte nostra districte præcipias canonicis et prælatis, ut procuratores idoneos ad apostolicam Sedem studeant destinare, per quos aut unum ex istis, si contigerit approbari, aut alium, quem nos eis duxerimus præferendum, aut quem ipsi forte postulaverint vel elegerint, si eis de benignitate nostra fuerit postulandi vel eligendi concessa potestas, in Patriarcham recipiant, cum tantam Ecclesiam nolimus manere diutius pastoris solatio destitutam, et ad hæc et alia, quæ ipsorum concensum desiderant, eis vices suas plene committant.

Tu ergo, Deum solum habens præ oculis, cum omni studio et secundum præscriptam formam procedas in negotio memorato, nisi forsan apostolicæ Sedis Legatus prævenerit, per quem una tecum ipsum negotium expediri secundum præscriptam formam volumus et mandamus.

Datum SIGNIAE, XV Kalend. Septemb., pontificatus uostri anno quintodecimo.

CCXXXV.

Hoc est pactum, quod fecit dominus Jacobus Theupulo, Duca Crete, cum domino Marco Sanuto, ut exiret de insula Crete.

A. d. 1213.

Codex Latin. S. Marci nr. CCXXX, fol. 22. Edidit has conventiones, „*licet nulla chronica nota signatas ex antiquo codice ms., in quo multa huiusce generis documenta ab indocto tamen amanuensi exarata continentur*“, Flam. Cornelius Cret. Sacr. T. II, pag. 245 sq. Noster codex aliquantisper differt. Indicavit Romanin l. c. II, 197.

In nomine domini Dei eterni. Amen.

Hec est pax, que Domino concedente debet fieri inter dominum Ducam et illos de sua parte, et dominum Marcum Sanuto et illos de sua parte[1]).

In primis enim omnes milites et sergentes de parte domini Ducis, qui habitant per terram insule Cretem[2]), debent jurare pacem et fidem[3]) domino Marco Sanuto et illis de sua parte de omni offensione et maleficiis[4]), que acciderunt in insula Cretensi in diebus istis videlicet, et qui ad presens sunt in hac insula; et si aliquis[4]) militum vel sergentum, qui in insula sunt[5]), noluisset facere hoc sacramentum, dominus Duca debet ei precipere[6]) districte per sacramentum cum maiore parte sui consilii, ut hoc sacramentum facere debeat[7]).

Et dominus Marcus Sanuto cum omnibus de sua parte, qui sunt in hac insula, quos dominus Duca vel missus inquisierit, debet[8]) facere simile sacramentum jurando pacem[9]) et

[1]) dominum Marcum et sergentes cod.
[2]) Sic cod.; qui habent partem in insula Cretensi ed.
[3]) et fidem om. cod.
[4]) malefactis; et si aliquis cod.
[5]) qui super dicta ins. sunt cod.
[6]) precipere cod.; perc. ed.
[7]) ubi debeat ed.; ut debet cod.
[8]) debet cod.; debent ed.
[9]) sacr., quod factum est de jurare pacem ed.

fidem[1]) domino Duei et illis de sua parte. Et si aliquis ex[2]) parte domini Dueis fuisset rebellis facere hoc saeramentum, dominus Marcus eum suis non debet eis teneri de hae paee[3]); et dominus Mareus Sanuto[4]) debet eligere septem bouos et legales homines in partem domini Dueis, quibus debet dare et refutare illa septem eastella, que tenentur per[5]) ipsum Mareum eum tota terra et omnibus villanis et bonis eorum[6]). Qui castellani debent faeere saeramentum[7]) astrieti eustodire, varentare, salvare predieta eastella[8]) ad honorem domini Ducis Venetiarum usque ad annum unum proxime venientem et inde in antea usque ad annum unum vel plures, prout ex preeepto domini Ducis[9]). Et ipsi eastellani sint[10]) similiter astrieti bona fide et sine fraude invenire[11]) illos homines, et tantos, quanti[12]) possint bene custodire et eonservare dieta eastella ad honorem domini Dueis, [quia similiter debeut esse astrieti salvare, eustodire et manutenere dieta eastella ad honorem Dueis Venetiarum][13]). Et similiter debent esse astrieti obedire omnibus mandatis[14]) jam

[1]) et finem ed.; et fine *eod.*

[2]) *de eod.*

[3]) *e*um suis debe*t* teneri de hae pa*e*e *eod.*

[4]) Mar*e*. San. *om. eod.*

[5]) ill*os* ... castell*os*, qui ... pro *eod.*

[6]) et debet ... eorum *eod.*; *et d. M. S. debet eligere septem nobiles et legales homines de illis dom. Ducis, in potestate quorum debet dare et resignare septem castella, que per ipsum Mareum tenentur, et totam terram eum pertinentiis eorum* ed.

[7]) *s*a*e*r. *eod.*; juram. *ed.*

[8]) cust., manutenere et salv. predi*e*tos *e*astell*o*s *eod.*

[9]) Sie ed. At *eodex*: *ad hon. dom. D. Ven.; et similiter debent obedire omnibus preceptis domini Ducis usque ad festum saneti Michaelis proxime venturum et inde in antea usque ad annum unum et iam venientem precepto dom. Due.*

[10]) dieti esse post *e*ast. ed.; sint *eod.*

[11]) bona fide debent habere et inv. ed.

[12]) tant*o*s et quant*o*s ed.

[13]) Quæ in parenthesi posita sunt. addit ed.

[14]) *et debeat obedire omnibus preceptis jam dicti dom. Ducis Venet. eod.; et similiter debent esse astrieti obedire omnino mandatis domini Ducis Venetiarum usque ad dictum terminum superius designatum* ed.

dicti domini Ducis Venetiarum usque ad[1]) dictum terminum superius designatum[2]).

Et ipsi[3]) castellani debent esse astricti recolligere omnes redditus et fructus terre[4]) atque eos dividere[5]) per medietatem. Unam partem debent[6]) in se retinere pro muniendo dicta castella et pro obediendo preceptis dicti domini Ducis[7]); aliam vero[8]) medietatem debent dare domino Duci et militibus. Et omnes milites et sergentes, tam Latini, quam alii, de parte domini Marci debent habere suum dominicatum seminatum, clare factum per sacramentum; et ad sabbatum venturum[9]) Marinus Cornarius debet hic in civitate tenere fidem per sacramentum de castello Milopotami vel Bonreparii usque ad tertiam feriam[10]) per totum diem; ipsa vero die dominus Marcus Sanuto debet dare et deliberare[11]) dictum castellum in potestate domini Ducis[12]). Et dominus Ubertinus Mauroceno debet esse obses[13]), quousque castellanus fuerit in possessione collocatus et intraverit[14]).

Debet habere in ipso castello de equis comunis dominus Marcus, quales voluerit eligere de comuni, cum sella et frenis[15])

---

[1]) ad om. cod.
[2]) sup. design. om. cod.
[3]) Qui cast. ed.
[4]) terre add. cod.
[5]) et debent divid. cod.
[6]) partem deb. om. cod.
[7]) *medietatem unam in se retinere, et munire castella et pro obedire iisdem preceptis domini Ducis* ed.
[8]) Et aliam vero ed.
[9]) sabbato venturo ed.
[10]) tenere fidem in castellis usque tertiam feriam cod.
[11]) liberare ed.
[12]) castellum, edicente illo ex parte domini Ducis cod.
[13]) *At jam dictus castellum* (sic), *dominus Ubertinus* cod
[14]) quousque fuerunt in possessione castelli, debet habere cod.
[15]) sanctis cod. An sarcinis?

eorum; et dicti[1]) castellani deliberare et dare debent[2]) domino[3]) Marco dictos presonerios[4]), quando de insula exierit. Et ille castellanus cum omnibus, qui erunt in ipso castello, debent esse astricti[5]).

Et si dominus Marcus voluerit[6]) observare hoc pactum superius et inferius designatum, debet ipse castellanus reddere ipsi et equos et presonerios, qui sunt in potestate domini Ducis. Et si dominus Ducha voluerit similiter hoc pactum, debet dominus Duca galeam conciare et preparare convenienter cum sartio toto de communi et velas et coredos. Et aliam galeam parvam debet dominus Ducha dare cum sartio ejus[7]); et dominus Marcus debet illa[8]) preparare. Et dominus Duchas debet domino Marco dare vissionum con ejus coriedo et sartio et suram de domino Stephano Adaraldo, et cochilateam[9]), que fuit Coradi, cum sartio et coredo eorum; et platidam[10]) de Guido Danielis, et aliam platidam de communi, si invente fuerint.

Et dominus Marcus debet habere potestatem comparandi vel naulicare sine aliqua contrarietate[11]).

Item debet dare dominus Ducha domino Marco[12]) mille quingentos yperperos[13]) et alios mille yperperos in aureis[14]),

---

1) ipsi cod.
2) debent om. ed.
3) dicto dom. cod.
4) presonerios, om. dictos, cod.
5) et castellani ad hoc debent esse astricti cod.
6) noluerit cod.; voluerit ed.
7) *debet ipso castello reddere ipsum castellum in potestate domini Ducis; et domino Ducha debet ei dare unam galeam cum sartis ejus* cod.
8) illa cod.; illas ed.
9) et dominus . . . cochil. cod.; *et dom. Duchas debet dare domino Marco Sytiam de domino Stephano, et Cochilateam* ed.
10) platida ed.; platidam cod.
11) domino Marco . . . sine al. contr. cod.
12) item dom. Ducha debet dare cod.
13) yperpera constanter cod.
14) aureis cod.; aureos ed.

vel in alia causa, quos[1]) dominus Marcus debet tollere a Grecis, qui sunt in partibus[2]), que per ipsum tenentur. Sunt et districti per istum sacramentum et XX arcontes de insula Cretensi[3]), et debeant habere potestatem exire de insula cum suis bonis de[4]) voluntate ipsorum, et non violenter. Et debet extrahere unusquisque eorum equum, si habent etiam de illis; et de omnibus aliis animalibus[5]) potestatem habere debeant vendere ad Grecos, et non ad Latinos[6]); et suas causas recommendare debent, quibus voluerint, tam Latinis, quam Grecis[7]).

Et dominus Marcus debet habere tria millia misuras frumenti et duo milia ordei[8]); quod frumentum et ordeum debet habere de partibus, que tenentur per dominum Marcum[9]). Et illa non debebit tollere de bonis[10]) Grecorum fraudulenter, nec stando, nec exeundo de insula, nec ipse, nec sua gens, exceptis causis omnibus, que scripta videntur in hoc scripto.

Et dominus Marcus debet manere[11]) in insulis de terra cum sua gente competente usque ad festum ipsius sancti Petri proximum[12]) venturum. Et si dominus Marcus[13]) non potuerit expedire usque ad prefatum tempus sancti Petri[14]), debet stare ipse dominus Marcus post ipsum terminum quindecim dies de

---

[1]) quos ed.; que cod.
[2]) qui in part. ed.
[3]) tenentur, et XX arcontes de insula cod.
[4]) de cod.; cum ed.
[5]) equum, et de omnibus aliis animalibus cod.
[6]) Grecis, et non Latinis cod.
[7]) debent, quibus ... Grecis cod.; debet, cui voluerit, ad Latinos et Grecos ed.
[8]) debet tres mille mensuras frumentum et ordeum cod.
[9]) que per eum tenentur, dominus Marcus cod.
[10]) et illi non debent de bonis cod.
[11]) de insula; et dominus Marcus debet manere cod.
[12]) l. *proxime.*
[13]) domino Ducha cod.
[14]) usque ... Petri cod.; usque ad festum ipsius sancti Petri ed.

voluntate[1]) domini Ducis et sui consilii pro expedire eum cum ordine suprascripto, et similiter vivere de terra[2]); et dictum navilium debet recipere dominus Marcus[3]) ad Civitatem vel ad Frascheam[4]), excepta galea parva de Deustesalvet et platida[5]) de Guido Danielis.

Et pro Milopotamo et Bonripario debet dare dominus Duca ad dominum[6]) Marcum IV presonerios[7]) de illis, qui remanent in Civitate, et CCC yperperos[8]). Et per sanctum Nicolaum debet dare dominus Ducha IIII presonerios et CCC yperperos, et per sanctum Georgium IIII presonerios et CCC yperperos[9]). Et omnes presonerii[10]) de parte domini Ducis, qui sunt in potestate domini Marci, debent dari cum ordine tali[11]), quales sunt quindecim de parte domini Marci, nisi forte tempus ante venisset. Et termino, quo reddentur de parte domini Marci, debent reddere illi de parte domini Ducis[12]).

Sciendum est autem[13]), quod dominus Albertinus Maurocenus et Vivianus Foscharenus[14]) debeant esse obsides[15]), quando dominus Marcus debet reddere castella domino Duci et illis de sua parte[16]) et illa consignare; et si supradicta non observaverint,

---

[1]) cum vol. ed.

[2]) Duchæ consilii cum ordine suprascripto vivendo de terra cod.

[3]) dominum Marcum ed.

[4]) recipere ad civitatem vel afradea cod.

[5]) parva et platida cod.

[6]) dominus ed.

[7]) Danielis. Et domino Ducha debet domino Marco quatuor cod.

[8]) tregenta yperpera constanter cod.

[9]) Post v. yperp. cod. addit: *et per la buia quatuor presonerios et tregenta yperpera, et per la rocca treg. yp.*

[10]) omnes cod.; alii ed.

[11]) debent remanere con ordine tali cod.

[12]) domini Ducis, nisi forte in concordiam ante venissent cod.

[13]) ante ed.; antequam cod.

[14]) Alb. Viv. Fosch. cod.

[15]) deb. esse obs. cod.; qui sunt obsides ed.

[16]) et illis de sua parte om. ed.

predicti castellani[1]) tenentur facere notitiam ad dominum Ducam. Et si dominus Duca adhuc noluerit observare supradicta, tunc *(ipsi castellani)* tenentur refutare predicta castella in manu domini Marci; et si infra constitutum pro hoc terminum sancti Michaelis et inde antea usque ad annum unum supradicta non observaverint, predicti castellani tenentur reddere dicta castella in potestate ipsius vel ejus nuntio[2]), reddendo domino Marco omnia, que a domino Duca habuerint; et tunc dominus Marcus habere debeat potestatem revertere in insula Cretensi.

Et si alicui hominum fortiam voluerint[3]) facere castellani et homines de castellis, dominus Ducha et illi de ejus parte et dominus Marcus et illi de ejus parte debent esse astricti dare fortiam et vigorem[4]). Ubi nulla fortia sit, dominus Marcus non debet revertere in insula Cretensi[5]), nisi per datam parabolam domino[6]) Duci Venetiarum, neque sua gens, fraudulenter, nisi tantum per ordinem superius designatum. Et dominus[7]) Duca cum omnibus militibus et sergentibus, qui habent partem in insula Crete, qui ad presens in jam[8]) dicta insula sunt,

---

[1]) Duci et illis de sua parte non observaverint cod.

[2]) *facere et observare domino Duchæ. Et si dominus Ducha ad hoc noluerit observare, ipsi castellani tenentur refutare; et si in termino suprascripto sancti Michaelis in antea usque ad annum unum preceptum a domino Duce non venerit, castellani tenentur reddere dicta castella in potestate domini Marci vel ejus nuntio* cod.

[3]) habuerint; et tunc ... Cretensi cod.; *habuerint. Insuper debet habere potestatem dominus Marcus revertere in insula Cretensi, si contra Ducham fortiam voluerint facere castellani* ed.; *Cretensi; et si alicui hominum fortium voluerint facere* cod.

[4]) *Ducha et dominus Marcus et omnes de partibus suis debeant dare fortiam* cod.

[5]) et dominus M. ed.; dom. M. cod. — reverti cod.

[6]) per bullam domini cod.

[7]) domino ed.

[8]) et in jam ed

debent esse astricti in omnibus obedire preceptis, que[1]) dominus Duca Veneciarum miserit.

Debet dominus Marcus cum suis legatis mittere succursum. Et si aliquis de parte domini Ducis, miles vel serviens, noluisset facere hoc sacramentum de obedire preceptis domini Ducis cum suo conscilio, tenetur tollere partem, quam ipsi habent in insula Cretensi[2]); quod de omnibus supradictis, si per voluntatem eorum amborum partium voluerint crescere vel minuere, facere habent potestatem.

Juro supra sancta Dei evangelia, quod omnia capitula, que continentur in isto pacto, de quanto mihi pertinet faciendo, pro mea bona fide, sine fraude observabo; et hoc de hac insula et de hac[3]) debent ipsi facere cartulam manifestam, continentem in eo, quod nullum scriptum factum esse debeat, nisi obedire[4]) preceptis domini Ducis, et cum ligno vel cum lignis, cum dominus Duca miserit Venetias.

Epimetrum.

Rerum Cretensium tunc temporis obscuritas, simul vero hujus pacti gravius et salebrosum argumentum requirere videtur et tantum non exigere, ut Andreae Danduli auctoritatem teste locupletiore, Laurentio de Monacis, ipso Cretensi, modo fulciamus, modo corrigamus[*]). Utriusque auctoris textum intercalari emendatione instructum proponimus.

Jam Dandulus l. c. p. 337: „. . . *dum casalia assignantur, Graecus quidam, nomine Agiostephaniti, cum complicibus suis rebelles effecti Sachiam* (l. Sithiam) *et Mirabellum arripiunt.*

---

[1]) quos ed.

[2]) *sacramentum tene amittere partem, quam haberet in insula Crete* cod., in quo reliqua desunt.

[3]) An et hi de hac insula et de hoc?

[4]) nisi pro obedire?

[*]) „*Il preggio maggiore del Monaci consiste nelle cose appartenenti al regno di Candia, le cui spesse rivoluzioni, da che fu soggetta al dominio Veneziano, egli stese ... con somma veracità e diligenza.*" Foscarini della lett. Venez. p. 257 ed. cit.

Duchas (sc. Jacobus Theupulo) *tunc Marcum Sanuto, Aegaei Pelagi* (add. dominatorem), *coadjutorem postulat; et XXX militias, illis depressis rebellibus, dare promisit. Cum quo applicato fugatis Graecis amissa fortilicia recuperavit, promissaque coadjutori perficere renuens de palatio sub custodia ejicitur; sed postea clam evadens Themanum* (in documentis *Temalum*) *introivit, et cum suscepto subsidio Marcum Sanuto promissis renuntiare et insulam exire coëgit*".

Contra Laur. de Monacis l. c. p. 154: „*Ea tempestate Graeci, cognominati Agiostefaniti, ex insita animi levitate rebelles facti Mirabellum Sithiamque occupant. Contra hos Jacobus Theupulo, Ducha, vocat in auxilium Marcum Sanuto, Venetum, dominatorem insularum Egeopelagi; praehabitisque ad invicem certis conventionibus, compulerunt rebelles egredi insulam. Mox suborta inter victores quadam scintilla discordiae et inflammata graviter per quendam Sevasto Scordili, observatur opportunitas temporis ad subvertendum insulae statum. Die igitur quadam de mense Junii, dum platea careret pane venali, primo per gentes Marci Sanuto, fingentes, se hac necessitate moveri, conclamatum est ad arma; moxque, auxiliantibus Graecis, capitur Civitas* (sc. Candida), *et invaso palatio, Ducha (qui) de domo Marci Tonisto, ubi erat, in vestitu muliebri se demittens de muris Civitatis intravit Themenum, fortissimum oppidum, et se ibi munivit.*

Marcus Sanuto, qui, si in jure fuisset, querelam ad Ducem Venetiarum debito fidelitatis deferre debebat et stare judicio patriae suae, et non concitare Cretenses ad rebellionem, oblitus beneficiorum Venetorum, et, quod status suus in Egeopelago sub umbra Venetae potentiae firmabatur, dimissis ad custodiam Candidae Stephano Sanuto et Deustesalvet de Bononia, cum multis Graecis et Latinis equitavit hostiliter ad occupandas civitates et castra insulae.

Jacobus Ducha, factus fortis in Themeno, dum in ejus auxilium multi fideles concurrissent, strenue se gessit contra aemulum, Montemque fortem et Lasithi recuperavit.

Interea ad portum Chalilimiones [l. Kalilimenes]*) *applicuerunt Dominicus Quirino et Sebastianus Bethani, legati Ducis Venetiarum, et cum illis Petrus Tonisto et D. Davanzago in auxilium*

*) Καλοὺς λιμένας applicuit Paulus apost. Act. apost. XXVII, 3.

Duchae cum copia equitum, peditum, balistariorum, equorum, armorum et pecunia. Quo fultus Ducha movit a Themeno, et quemdam fortissimum et natura munitissimum locum, vocatum Apano Siurite, occupavit, ibique cum exercitu se firmavit, et castrum quoddam aedificavit. Marcus autem prope locum, occupatum per Ducham, quoddam specu cujusdam arduissimi montis conscendit, et ibidem, suis collectis gentibus, trepide morabatur.

Tentavit Ducha instructa acie congredi cum ipso Marco, qui, utpote viribus inferior, recusabat, sperans, quia magistralem tenebat civitatem et municipia quam plurima, et ab insulis suis quotidianum suscipiebat auxilium, cunctando et morando conterere vires Duchae, et tandem ipsum fame expellere de insula.

Ducha, ut ipse scripsit Duci Venetiarum, advertens, quod propter difficiles valles et impervia loca interjacentia ipsum non poterat aggredi neque persequi, munito castro per eum aedificato, revertitur Themenum, ibique consilio habito noctu cum exercitu venit ad Civitatem (i. e. Candidam), *et illam diluculo, scalis muris appositis, nulla humani sanguinis effusione, recuperat; posuitque in vinculis Stephanum Sanuto, Deustesalvet et quamplures alios ex Graecis Latinisque rebellibus. Castrum tamen Belvideris* (i. e. Belvedere), *et quae sunt a castro Melipotami* (i. e. Milopotami) *usque ad Punctam Spatae, adhuc erant in potestate rebellium.*

Tandem dictus Marcus Sanuto, diffisus viribus suis, inito concordio et habito passagio a Ducha unius ligni, unius galeae et unius usserii, et arbitrio naulizandi alia navigia, resignatis Duchae omnibus civitatibus et castris, quae occupaverat, regreditur ad insulas suas, et Crete in quiete remansit".

CCXXXVI.

Innocentius III nobili viro Duci et consiliariis Venetorum.

Ut navigia commodent Crucesignatis.

A. d. 1213, d. 15. m. Februarii.

Innoc. III epist. lib. XVI, ep. CLXXIX ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 832. Cfr. epist. CLXXVIII.

Cum in cruce Domini nostri Jesu Christi gloriari oporteat Christianos, eis non deerit doloris materia, dum lignum

salutiferae crucis, in quo salus mundi pependit, et aeternae mortis chirographum vita moriendo delevit, sub manu tenetur hostili, sepulcro Dominici corporis glorioso utcunque facto inglorio et ab impiis prophanato. Venerunt siquidem gentes in hereditatem Dominicam, et loca sancta proles polluit Chananaea. Sed cum in Christo simus heredes, satis in publico nostrum, si volumus, videmus opprobrium, eo, quod hereditas nostra versa est ad alienos, et domus nostrae ad extraneos devenerunt; et sic nobis injuriarum actiones abundant, cum et Dominicas persequi teneamur, et nostras omittere minime debeamus.

Sane dilectus filius, nobilis vir Grimaldus de Monte Silicis, et quamplures socii sui, zelati Christianae gentis honorem, humeris suis signo crucis impresso, se devoverunt ad obsequium Crucifixi Hierosolymam profecturi, ut ibidem sub crucis vexillo militent Deo Regi, qui pro nobis triumphavit in cruce.

Verum cum ipsi non in viribus suis nec virorum multitudine, sed in illius potentia confidentes, qui currum et exercitum Pharaonis projecit in mare, gloriosus in Sanctis et in majestate mirabilis, proponant cum cautela procedere ac parare viam exercitui generali, nobis cum multae devotionis instantia supplicarunt, ut, cum navigio egeant, super hoc vobis scribere dignaremur. Porro a tanti Regis obsequio manus vestra non debet esse remota, quoniam sic causa Dei agitur, quod cuiuslibet fidelis commoditas geritur in hoc casu. Absurdum quoque videretur et absonum, si prudens potentia et potens prudentia vestra, quae in multis temporalibus eminet, lateret, quod absit, in negotio Jesu Christi, ubi, dum temporale praestatur obsequium, aeternae felicitatis praemium expectatur.

Eia igitur, viri prudentes et prouidi, ad factum tam laudabile auxilii manum porrigite, ut praedicti Crucesignati pro competenti naulo vestro navigio transeant, vel de vestra licentia naves emant a Venetis, quibus valeant trausfretare! Verum quia jacula impraevisa plus nocent, transitus talium ante tempus in

publieam deduei non debet notitiam, ut proelium Domini eo salubrius praelientur, quo minus praeseientiae elypeo adversarii fuerint praemuniti.

Datum LATERANI, XV Kal. Martij, pontifieatus nostri anno sextodeeimo.

CCXXXVII.

Innocentius III Duci et populo Venetorum.

De negotio Terrae sanctae.

A. d. 1213, m. Aprili (?).

Innoc. III epist. lib. XVI, ep. XXXV ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 760. Cfr. Innoc. epistolas proxime et antecedentes et subsequentes. Raynald. l. c. ad annum 1213, §. 2.

Memoria vestra non exeidit, quam solemni voto vos ad Terrae sanetae subsidium astrinxistis. Lieet autem propositum vestrum ad alia postmodum deelinaverit, votum tamen nihilominus in sua firmitate permansit: quia, etsi euique sit in vovendo libertas, est tamen neeessitas in reddendo, eum sit seriptum: *vovete, et reddite Domino Deo vestro;* quorum primum pertinet ad eonsilium, seeundum pertinet ad praeeeptum.

Cum igitur opportunum vobis tempus immineat reddendi Domino vota vestra, universitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in Domino, per apostoliea vobis seripta praeeipiendo mandantes, quatenus vos taliter praeparetis, quod non transgressores voti, sed exeeutores diligentes inveniamini et fideles; pro eerto seientes, quod, si forte divino timore postposito negligeretis effieere, quod mandamus, grave vobis immineret salutis dispendium apud Deum et infamiae quoque opprobrium apud mundum: quemadmodum e eontrario, si, quod vobis injungimus, euraveritis adimplere, et laudem apud homines temporalem et mereedem apud Deum merebimini sempiternam.

CCXXXVIII.

Innocentius III nobili viro Petro Ziani, Duci Venetorum.

Respondet ad varia ejus postulata.

A. d. 1213, die 2. m. Augusti.

Innoc. III epist. lib. XVI, ep. XCI ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 793.

Venientem ad apostolicam Sedem dilectum filium M. Jacobi, nuncium tuum, virum utique providum et fidelem, ac de circumspectione sollicita et sollicitudine circumspecta merito commendandum, benignitate recepimus consueta, eique audientiam tribuimus facilem et benignam.

Inter cetera vero, quae idem M. in nostra et fratrum nostrorum praesentia ex parte tua proposuit fideliter et prudenter, asseruit, quod tu literas apostolicas nuper tibi et populo Venetorum pro exhortatione subsidij Terrae sanctae directas recepisti prompta et hilari voluntate, sperans et concepta fiducia de divina miseratione promittens, terram eandem a te populoque praedicto tantum in personis et rebus auxilium habituram, ut ex maritimis civitatibus universis nulla prorsus majorem in hoc negotio sit exhibitura Domino famulatum; quippe cum tu ipse proposueris tollere crucem tuam ac tuum sequi, ut eius comproberis esse discipulus, redemptorem.

Quod quidem tanto ampliori gaudio nos replevit, quanto inter omnia desiderabilia cordis nostri specialius affectamus, ut terra eadem ab impiorum manibus, si desuper datum fuerit, liberetur; ut restituatur populo Christiano ad divini nominis gloriam et honorem.

Tuae igitur devotionis fervorem dignis in Domino laudibus commendantes, nobilitatem tuam monemus attentius et hortamur, quatenus in hoc sancto proposito perseverans ad Crucifixi obsequium te accingas viriliter et potenter, navigium et alia necessaria ea cura et studio faciens praeparari, ut, cum tempus

advenerit opportunum, affectum, quem tibi Dominus inspiravit, valeas ipso prosequente perducere in effectum.

Super eo autem nequivimus non mirari, quod, cum per Dei gratiam et sapientia vigeas, et circa te copiam habeas sapientum, electionem de dilecto filio L*[udovico]*, sancti Pauli Plebano, in Constantinopolitana Ecclesia celebratam, confirmari simpliciter postulasti; cum scias, causam super hoc anno praeterito fuisse in auditorio nostro praesentibus procuratoribus partium diutius ventilatam, nosque ad eius decisionem procedere non valentes, pro eo, quod super propositis coram nobis de studiis eligentium et meritis electorum non potuit fieri plena fides, eam sub certa forma de consensu partium commisisse, non parvam, si bene consideres, in hoc tibi gratiam facientes, quod illum, cui causam eandem commisimus, per Venetias ad tuam et partis, quam foves, instantiam curavimus destinare. Quantam autem idem sine culpa sua traxerit ibi moram, magnitudinis tuae discretio non ignorat; quem si per partes alias, prout petebat pars altera, misissemus, jam forte ad consummationem negotium pervenisset, quod non absque grandi et gravi dispendio est dilatum.

Quoniam igitur preces tuas in hac parte nec decuit, nec licuit exaudiri, per Legatum, aut etiam per Delegatum, si forte Legati transitum nimis differre contingeret, juxta formam in literis nostrae commissionis expressam in proximo, Deo dante, idem expediri negotium faciemus.

Super renovatione vero privilegii Gradensis Ecclesiae, confirmatione Abbatis in monasterio sancti Hilarii per delegatos a nobis judices instituta, et electi Jadertinensis negotio[1]) precibus tuis benignius annuentes, ecce dilectis filiis, fratri Jordano de Padua et fratri Hugolino, quondam Priori sancti Joannis in Monte, nostris dedimus literis in mandatis, ut a te tuisque civibus juratoriam recipiant cautionem, quod super excessibus

[1]) Cfr. Farlati, Illyr. sacr. V, 71 sqq.

contra Jadertinam civitatem commissis mandatis nostris curabitis obedire. Quod cum fuerit humiliter adimpletum, nos ipsi electo pallium transmittemus, quod propter dictos excessus hactenus sibi distulimus destinare; habentes in firmo proposito, petitiones tuas in iis et aliis, quantum cum Deo et honestate poterimus, exaudire, illa praecipue ratione, quod intelleximus, te virum esse catholicum et zelatorem fidei Christianae ac honestatis ecclesiasticae amatorem. Tu ergo te talem studeas exhibere, semper de bono in melius et de virtute proficiens in virtutem, quod de die in diem magis ac magis divinam et apostolicam gratiam assequi merearis.

Datum Signiae, IV Non. Augusti, pontificatus nostri anno sexto decimo.

CCXXXIX.

Innocentius III Albanensi Episcopo, apostolicae Sedis Legato.

De electione Patriarchae Constantinopolitani.

A. d. 1213, die 19. m. Septembris.

Innoc. III epist. lib. XVI, ep. CXII ed. Steph. Baluzius T. II, pag. 801 sq.

Cum causam super postulatione de venerabili fratre nostro, Heracliensi Archiepiscopo, et electione de dilecto filio, Plebano sancti Pauli de Venetiis, in Constantinopolitana Ecclesia celebratis, dilecto filio, magistro Maximo, notario nostro, duxerimus committendam, et idem proficiscens usque Venetias in negotio pro parte processerit; quia tamen per Venetias Constantinopolim transitum habere non potuit, causam ipsam tuae fraternitati, de qua plene confidimus, duximus committendam, per apostolica scripta tibi mandantes, quatenus in eadem secundum formam comprehensam in literis directis ad eundem magistrum, appellatione remota, procedas.

Tu denique, frater Episcope, super te ipso etc.

Datum Signiae, XIV Kal. Octobris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

CCXL.

Protestatio Andree Vitalis, baiuli Ducis Venetorum, de remissione jurium Ducis ejusdem ad Sedem apostolicam in controversia cum Archiepiscopo Tyrensi.

A. d. 1214, die 16. m. Decembris.

Ex autographo cod. St. Marci latin., class. XIV, cod. LXXII, nr. XI.

Anno Domini MCCXIIII, indictione I (potius III), die Martis XVI intrante Decembris.

Cum divini verbi misericordia in mundum venisset, pro humani generis salute suscipere formam servi, quod fuerat deperditum lapsu primi parentis, sugerente humani generis inimico, antequam reascenderet ad dexteram Dei patris, nobis patrem constituit ac dominum spiritualem, qui pro eo esset vicarius in hoc mundo. Merito ergo non solum spiritualia, sed etiam temporalia sunt comittenda in ejus custodia et tutela.

Cuius rei causa cum dominus Andreas Vitalis, habitator civitatis Acon, qui pro voluntate domini Ducis Venetie preerat bailus in civitate Acon pro jurisdictionibus defendendis, quas habebant in partibus Syrie, cum essent ante dominum Archiepiscopum Tyrensem, cui dominus apostolicus literas destinaverat de dilatione cause, que fuerat inter eos hinc ad futurum consilium proxime facienda, dixit dictus bailus, quod jus, quod habebat, comittebat protectioni et cure apostolice Sedis, donec supra dictam causam Sanctitas apostolica terminaret.

Testes: dominus Gervasius, Archidiaconus sancte Crucis.
Dominus Aldus, thesaurarius ejusdem ecclesie.
Dominus[1]) plebanus sancti Marci de civitate Acon.
Dominus Guarnerius Alamanus.
Dominus Rannudus de Lidena et
Dominus Lanfrancus, fratres Hospitalis, et
Dominus Jacobus Trivisanus.

[1]) Videtur nomen hominis excidisse.

Act. in civitate Acon, in palatio Episcopi ejusdem civitatis.

Ego Aymericus, filius quondam Ugolini, Imperiali auctoritate notarius, his omnibus interfui et suprascripta rogatus scripsi.

CCXLI.

Concessio tercie partis Nigropontis, facta Merino et Riçardo, fratribus, de Carcere, per virum nobilem Petrum Barbo, ex precepto incliti domini Petri Ziani, Ducis Veneciarum.

A. d. 1216, die 14. m. Novembris.

Liber Albus fol. 100. Liber Pactorum IV, fol. 300.

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo quarto decimo, die exeunte, mense Nouembris, indictione quinta. Nigroponte.

Cum aliquid alicui uel aliquibus conceditur, non deputatur indignum, si scripture uinculo confirmetur, ne post decurrentia tempora, que inde concessa persistunt, imposterum debeant ignorari. Eorum itaque postulationibus est facile annuendum, de quorum fidei constantia spes integra et certa fides retinetur. Igitur per illam uirtutem, quam dominus noster Petrus Ziani, Dei gratia inclitus Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, mihi per unam cartam, suo plumbeo sigillo sigillatam, tribuit, per quam sua confirmatione baiulum ad has partes me esse constituit, ut in ea legitur, et cetera:

Quapropter nos quidem Petrus Barbo, ex precepto prefati excellentissimi domini nostri Ducis in tota insula Nigropontis baiulus, preces uestras supplices exaudire uolentes, pro eo, quod uotum uobis erat et ardens desiderium ea semper efficiendi, que ipsi domino nostro Duci ad gloriam conducerent et honorem, sibi ac successoribus suis uinculo fidelitatis uos astrinxistis: unde ob hoc concedimus uobis Merino et Riçardo,

ambobus fratribus et filijs nobilis viri Rodondelli de Carcere, terciam partem tocius sue insule Nigropontis; de qua quidem insula terciam partem aliam concessimus Ysabelle et Berte, uxori quondam et filie nobilis uiri Rauani de Carcere, fidelis ipsius domini nostri Ducis; et terciam aliam partem ipsius insule duximus concedendam Villielmo et Alberto, ambobus fratribus et filiis condam nobilis viri Giberti de Verona, prout continetur in concessionum scriptis nostro sigillo sigillatis, que eis inde fieri iussimus.

Terciam itaque partem suprascripte insule uobis suprascriptis Merino et Riçardo concedimus, prout supradictum est; et uos tractare et operari debetis honorem Venecie et proficuum in Romania, et manutenere bona fide, sine fraude, possessiones suas et omnia, que iuris sui sunt, contra omnem hominem, qui exinde uellet impedimentum prestare. Et debetis omni anno soluere in festo sancti Michaelis nuntijs suis, qui ad hoc apparebunt hic, uel nuntio, yperperos auri recti ponderis septingentos, et unum examitum pro ipso honorabilem auro textum, et unum pannum alium ad ornatum altaris ecclesie beati Marci.

Si uero nuntius hic non inuentus fuerit pro ipso hoc habens in comissum, debetis mittere in Venecias, que sunt dicta, in uestro periculo ad festum sancti Andree apostoli; et si periculum aliquod superuenerit in rerum transmisione, debetis facere, quod per muduam Pasce maioris ea, que dicta sunt, nostro comuni Venecie et prefacto domino nostro Duci omni condictione abiecta soluantur.

Laudes autem sibi et successoribus suis ter in anno, in Natali et Pascate et in festo beati Marci, debetis facere in maiori ecclesia decantari.

Missos autem suos, qui huc uenerint, debetis honorifice recipere et deducere.

Homines Venecie in ipsa insula saluos et securos habere debetis ubique in personis et rebus et sine ulla dactione;

similiter etiam in omnibus partibus, que sunt uel erunt nostre dominationi subiecte. Et debet eis esse libera potestas mercandi, ubicunque uoluerint, in ipsa insula, et extrahendi exinde, quecunque uoluerint, sine contrarietate cuiusquam.

Retinuit quoque in se ecclesias et domos Venetorum, quas in Nigroponte habet, et domum positam retro ecclesiam sancti Marci, in qua habitat Jeremias Gisi, et duas alias similiter domos; vna quarum quondam fuit Ottonelli de Erro, altera uero Morandi[1]), cum campo, in quo uenduntur magaže de uino, et in pectore sui loci et ecclesie sancti Marci ex alia parte platee.

Retinuit in se similiter illas domos et terras et ecclesias, quantum murus nouus ciuitatis extenditur, hoc est ab ipso longe pedes sexaginta usque mare, excepta domo, in qua habitat Ugolinus, Comes de Callippi.

Nullam autem conspirationem facere debetis nec fieri permittere, neque per nos aliquid, quod ad suorum respiciat detrimentum. Amicos Venecie amicos habere debetis, et inimicos Venecie pro inimicis. Et si alicui suorum dampnum uel offensam fiet, infra dies triginta a die clamoris depositi dampnum debetis facere emendari, sicut iustum fuerit, et offensam, si presentes fueritis; sin autem (sc. *impediti*), ille, qui loco uestri hic uicem habuerit.

Debent ponderari cum stateris suis et robis, que ponderanda erunt per totam insulam, et non cum alijs stateris et robis, nisi cum suis, que in se retinuit similiter. Retinuit quoque in se modios similiter et mensuras ad uinum et oleum mensurandum, tali quidem ordine:

Debet enim cum suis modijs et mensuris Venetorum uinum et oleum mensurari, cum suum uinum et oleum uenerit ad uenundandum. Cum autem ab alijs hic uinum et oleum ipsi duxerint comparandum, ipsum uinum et oleum cum mensuris

[1]) Morandus LP.

illis et modijs mensurari debet, cum quibus hic aliorum uirorum uinum et oleum mensuratur.

Debetis autem nostre ecclesie sancti Marci, que hic est inter uos et suprascriptos uiros[1]), quibus duas alias tercias de insulis concessimus, tantos ac tales redditus assignare et dare, vnde ualeant iugiter quatuor clerici in eadem ecclesia ad seruiendum Domino honorifice commorari.

Questiones autem, que inter Veneticos emerserint, et de quibus Veneti ab alijs fuerint impediti, debent coram uestris iudicibus Venetis uentilari et per eos examinari et decidi; et sentencias, que per eos late fuerint, uos debetis executioni bona fide mandare.

Grecos (autem) uero debetis in eo statu tenere, quo domini Emanuelis tempore tenebantur.

Facere debetis autem etiam, quod omnes, qui per nos sunt in insulis et erunt in antea, et Latini etiam, et omnes magnates Greci sibi iurent fidelitatem. Et tam eos, qui dicti sunt, quam alios, quos uobis feceritis fidelitatem iurare, facta prius fidelitate sepedicto domino nostro Duci, iurare facietis uobis esse fideles, salua ipsius fidelitate. Et debetis poni facere in omnium, qui iurauerunt, sacramento, quod pactionem hanc firmiter obseruabunt.

Sciendum autem, quod uos suprascripti ambo, uidelicet Merinus et Riçardus, hec omnia, que suprascripta sunt, obseruare iurastis et facere fideliter obseruari sine dolo et ulla fraude.

Et hoc quoque sciendum est, quia decedente uno de uobis, insuper uiuente alio, suprascripta tota pars tercia insule nominate deuenire debeat in ipsum; et ille, in quo deuenerit, debet hec omnia suprascripta facere et obseruare et facere fideliter obseruari sine ulla fraude et dolo, sicut ambo toto tempore, quo uixeritis.

---

[1]) In diplomate sequenti add. *et prefactas mulieres*, quod etiam hic inseras.

Sciendum autem est, quod uos suprascripti fratres, Merinus uidelicet et Riçardus, apud ipsum dominum nostrum Ducem salui et securi esse debetis et inter suos et ubique res uestre, aurum uidelicet et argentum, gemme quoque et seta et sete opera. Vestri uero salui et securi esse debent apud ipsum et ubique et res eorum, salua ratione consuetudinis terre nostre. Ita seruatum in uobis et in uestris erit, ut supradictum est[1]), uobis recte seruantibus ea omnia, que superius continentur.

Ut autem hec presentis concessionis carta uim maioris obtineat firmitatis, nostri sigilli munimine eam fecimus communiri; et hec nostre concessionis carta in sua firmitate permaneat.

Ego Petrus Barbo, de mandato domini nostri Ducis in Nigroponte baiulus, manu mea subscripsi.

Ego Bonabel Dandulo, iudex, testis subscripsi.

Ego Johannes Longo, iudex, testis subscripsi.

Ego Leonardus Uicturi[2]), consciliator, testis subscripsi.

Ego Matheus Simiteculus[3]), consciliator, testis subscripsi.

Ego Marcus Griti[4]), consciliator, testis subscripsi.

Ego Johannes, sancti Pantaleonis presbiter et notarius, compleui et roboraui.

Ego Nicolaus Girardi, presbiter, plebanus ecclesie sancti Moysi et notarius, uidi in matre, testificor in filia.

Ego Johannes Michael, iudex, uidi in matre, testis sum in filia.

Ego Petrus de Bono Vicino, diaconus et notarius, hoc exemplum exemplaui anno domini millesimo CC vigesimo, mense Aprilis, indictione octaua, Riuoalto, nichil addens uel minuens, quod sententiam mutet, scripsi, compleui et roboraui.

---

[1]) supra legitur LP.
[2]) Vitturi LP.
[3]) Simiteculo LP.
[4]) Greti LP.

CCXLII.

Promissio Guillielmi, filij condam nobilis uiri Giberti de Verona, facta domino Petro Ziani, Duci Veneeie, et eius successoribus, occasione concessionis tercie partis Nigropontis.

A. d. 1216, m. Decembri.

Liber Albus fol. 102. Liber Pactorum IV, fol. 303 verso.

In nomine domini Dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millesimo CC sexto decimo, mense Decembris, indictione quinta. Nigroponte.

Pro eo, quod uos, Petrus Barbo, nobis concessistis totam terciam partem tocius insule Nigropontis, incliti domini nostri Ducis Veneeie per uirtutem unius sue cartule suo plumbeo sigillo sigillate uobis facte, per quam sua confirmatione uos baiullum ad has partes esse constituit, ut in ea continetur, et cetera:

De qua quidem insula terciam partem aliam concessistis Ysabelle et Berte, vxori quondam et filie viri nobilis Rauani de Carcere; et terciam partem aliam duxistis concedendam Merino et Riçardo[1]), ambobus fratribus et filijs nobilis uiri Rodondelli de Carcere, prout continentur in concessionum scriptis uestro sigillo sigillatis, uobis et ipsis factis hoc eodem suprascripto anno, quarto decimo die exeunte mense Nouembris nuper transacto, indictione suprascripta, Nigroponte, ut in ipsis inter cetera continetur.

Pro qua quidem suprascripta tercia parte suprascripte insule nobis et Alberto fratri nostro concessa promittentes promittimus nos quidem Villielmus, filius quondam nobillis viri Giberti de Verona, uobis quidem excellentissimo domino nostro Petro Ziani, Dei gratia Venetie, Dalmacie atque Chroacie Duci dominoque quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie, uestrisque

[1]) Ricardo LP.

successoribus, quod amodo inantea tractari et operari debemus honorem Veneeie et proficuum in Romania, et manutenere bona fide possessiones uestras et omnia, que uestri iuris sunt, contra omnem hominem, qui exinde uellet impedimentum prestare; et debemus omni anno soluere in festo sancti Michaelis nuntijs uestris, qui ad hoc apparebunt hic, uel nuntio yperperos auri recti ponderis septingentos, et vnum examitum pro uobis honorabilem auro textum, et vnum pannum alium ad hornatum altaris ecclesie beati Marci.

Si uero nuntius hic non inuentus fuerit pro uobis, hoc habemus [an *habens?*] in commissum, (quod) debemus mittere in Veneeias, que sunt dicta, in nostro periculo ad festum sancti Andree apostoli; et si periculum aliquod euenerit in rerum transmissione, debemus facere, quod per muduam maioris Pasce ea, que dicta sunt, uestro comuni et uobis domino nostro Duci, omni condictione abiecta, soluantur.

Laudes autem uobis et successoribus uestris semper ter in anno, in Natali et Pascate et in festo beati Marci, debemus facere in maiori ecclesia decantari.

Missos autem uestros, qui huc uenerint, debemus honorifice recipere et deducere.

Homines Veneeie in hac insula saluos et securos habere debemus ubique in personis suis et rebus et sine ulla dactione, similiter etiam in omnibus partibus, que sunt uel erunt nostre dictioni subiecte; et debet eis esse libera potestas mercandi, ubicunque uoluerint, in hac insula, et extrahendi exinde, quecunque uoluerint, sine contrarietate cuiusquam.

Retinuistis quoque in uos ecclesias et domos Venetorum, quas hic in Nigroponte habetis, et domum positam retro ecclesiam sancti Marci, in qua quondam habitabat Jeremias Gisi, et duas alias similiter domos, vna quarum quondam fuit Octonelli de Erro; altera uero Morandi, cum campo similiter, in quo uenduntur magaže de uino, et in pectore loci uestri et ecclesie

sancti Marci ex alia parte platee. Retinuistis in uos similiter illas domos et terras et ecclesias, quantum murus nouus ciuitatis extenditur, hoc est ab ipso longe pedes sexaginta usque mare, excepta domo, in qua habitat Vigelinus [1]), comes de Calippi.

Nullam autem conspirationem facere debemus, nec fieri permittere, neque per nos aliquid, quod ad uestrorum respiciat detrimentum. Amicos Venecie amicos habere debemus, et inimicos pro inimicis. Et si alicui uestrorum dampnum fiet uel offensam, infra dies triginta a die clamoris depositi dampnum debemus facere emendari, sicut iustum fuerit, et offensam, si presentes fuerimus; sin autem (sc. *impediti*), ille, qui loco nostri regiminis hic uicem habuerit.

Debent ponderari cum stateris uestris *[et robis]*, que ponderanda erunt per totam insulam, et non cum alijs stateris et robis, nisi cum uestris, que in uos similiter retinuistis. Retinuistis quoque in uos similiter modios et mensuras ad uinum et oleum mensurandum, tali quidem ordine:

Debet enim cum modijs et mensuris Venetorum uinum et oleum mensurari, cum suum uinum et oleum uenerit ad uenundandum. Cum autem ab alijs hic uinum et oleum ipsi duxerint comparandum, ipsum uinum et oleum cum mensuris illis et modijs mensurari debet, cum quibus hinc aliorum uirorum uinum et oleum mensuratur.

Debemus autem vestre ecclesie sancti Marci, que est hic inter nos et suprascriptos uiros et prefactas mulieres, quibus due alie tercie de insulis ac pro uobis concesse sunt, tantos ac tales redditus assignare et dare, unde ualeant iugiter quatuor clerici in eadem ecclesia ad seruiendum Domino honorifice commorari.

Questiones autem, que inter Veneticos emerserint, de quibus Veneti ab alijs fuerint impediti, debent coram uestris

---

[1]) Wigelmus LP.

iudicibus Venetis uentilari et per eos examinari et decidi; et sentencias, que per eos late fuerint, nos debemus executioni bona fide mandare.

Grecos uero tenere debemus in eo statu, quo domini Emanuelis tempore tenebantur.

Facere debemus etiam, quod omnes, qui per vos sunt in hac insula et erunt in antea, et Latini et omnes Greci magnates, uobis iurent fidelitatem. Et tam eos, qui dicti sunt, quam alios, quos nobis fecerimus fidelitatem iurare, facta prius fidelitate uobis (i. e. *domino Duci*), iurare faciemus nobis esse fideles, salua fidelitate uestra. Et debemus poni facere in omnium, qui iurauerint, sacramento, quod pactionem hanc firmiter obseruabunt.

Sciendum autem est, quod nos suprascriptus Villielmus hec omnia, que suprascripta sunt, obseruare iurauimus et facere fideliter obseruari sine dolo et ulla fraude. Albertus autem suprascriptus frater noster non iurauit pro eo, quod presens non est; sed debet per se uel per suum nuntium fidelitatem uobis iurare et successoribus uestris amodo usque ad festum sancti Michaelis proximum uenturum per indictionem sextam uel ante; et quod hec omnia, que suprascripta sunt, ipse similiter obseruabit, et quod hec faciet fideliter obseruari sine dolo et ulla fraude.

Et hoc quoque sciendum est, quod decedente uno de nobis, insuper uiuente alio, tota suprascripta pars insule memorate deuenire in ipsum debeat. Et ille, in quo deuenerit, debet hec omnia suprascripta facere et obseruare et facere fideliter obseruari sine dolo et ulla fraude, sicut ambo toto tempore, quo uixerimus.

Sciendum autem est, quod nos ambo fratres apud uos dominum nostrum Ducem salui et securi esse debemus et inter uestros et ubicunque res nostre, aurum uidelicet et argentum, gemme quoque et seta et sete opera. Nostri uero salui et

securi esse debent apud uos et ubique *[et]* res eorum, salua ratione consuetudinis terre uestre.

Ita seruatum in nobis et in nostris erit, sicut supra legitur, et cetera.

Si igitur contra hec, que suprascripta sunt, ire attemptauerimus, tunc totum in uestra remaneat potestate, quodquod nobis pro uobis concessum existit; et hec promissionis carta in sua firmitate permaneat.

Ut autem hec presentis promissionis carta uim maioris obtineat firmitatis, nostri sigilli munimine eam fecimus communiri.

Signum suprascripti Villielmi, qui hec rogauit *(fieri)*.

CCXLIII—CCXLVIII.

Pacta Aegyptiaca.

A. d. 1217(?).

Libri Pactorum II, 246—250. I, 233—235.

Hæc sex, quæ continuo sequuntur, privilegia Soldani de Babilonia, impetravit *Petrus Ziani*, Dux Venetiarum a. 1205—1229, eademque a Soldano *Elmelik eldâdil Abubekr*, filio *Ejjûb*, fratre *Çalâheddin* (Saladini). Propinquo suo ex Imperio Aegypti deiecto, Cairi semet ipsum proclamavit Soldanum anno 596, mense Schewwâl, qui incipit die 15. m. Julii a. Chr. 1200. Vita decessit anno 615, die 7. m. Djumâdha' lâkhireh, qui incipit die 31. m. Augusti a. Chr. 1218. Ex his rationibus apparet, hæc privilegia intra annos Chr. 1205—1218 fuisse concessa. At in ipsis documentis quædam afferuntur, quæ temporis momentum probabilius videantur constituere. Non enim Venetis solum mercandi quædam licentia ac securitas promittitur, verum etiam sociis eorum atque amicis: „*et omnes, qui vadunt in peregrinatione ad Sanctum Sepulchrum cum Veneticis, sint salvi et securi in personis et rebus*". — „*Misimus dicendo nostris servitoribus totius terræ Aegypti ad honorem facere omnibus hominibus de Venetiis, et qui per Venetiam se tuentur de Christianis*". Inde simul docemur, eodem tempore novam Crucesignatorum expeditionem in terras Orientis fuisse præparatam. Ea vero non alia esse potest, quam satis illa notabilis

Andreæ, regis Hungariæ, aliorumque Principum, a. Chr. 1217—1221, qua maxime Aegyptum petebant. Veneti, commodi sui nunquam immemores, hoc ipso tempore privilegia ista acquisivere eo facilius, quo magis intererat Soldanorum Aegypti, ut inter Christianos haberent sodales. Id pro certo statuendum videtur, nec multum a veritate declinaveris, quum annum 1217 horum pactorum natalem constitues.

Etiam Andreas Dandulus huius expeditionis facit mentionem, et ita quidem, ut tam calculo nostro probationem afferat, quam rem ipsam leviter perstringat l. l. p. 340: *Anno XII* (i. e. 1217), *tregua Christianorum et Saracenorum exspirante, congregatus est exercitus Domini in Achon cum tribus Regibus, scilicet Hierusalem, Hungariæ et Cypri. Adfuit etiam Dux Austriæ et Dux Bavariæ, et Patriarcha vexillum Crucis accipiens; cum illisque contra Infideles exiens nihil laudabile peregerunt.*

Hæc pacta allegavit Jos. ab Hammer in Geschichte des osmanischen Reiches II, p. 664.

CCXLIII.

Privilegium Soldani de Babilonia.

Libri Pactorum II, 246. I, 233.

Altissimi domini Imperatoris fidelis, qui est spata mundi et legis, rex regum, Sarracenorum et Sarracenus, Bubeker[1]), filius Job, amicus miri Amamoni[2]). Venerunt littere a presentia maximi confallonarij, qui carus est, fortis et ualidus. Leo fortis, Dux prudens, miles militum, prudens comestabilis, spata legis Christianorum, maior totius gentis Latinae, capitaneus totius exercitus Christianorum — cui Deus uitam augeat, et conseruet sanitatem et honorem, opus suum et consilia sua, et protegat bona sua et populum suum ad bonum suum — notificauit nobis de salute et prosperitate sua, cuius presentiam affectaret, pro cuius fama loquitur lingua nostra, et certitudine amoris, quem habet ad eum, firmauit caritatem amicitiae sue; letificauit de sanitate sua et salute.

---

[1]) B. Bert. cod.

[2]) I. e. *Emiralmuminin*: „Princeps fidelium".

Cognouimus, que nobis significastis, et que intelleximus de uestris agendis, quod nobis estis amicus intimus et carus, et quod erga nos habetis integrum dilectionis affectum, et illa sunt sine fraude et sine dolo. Cuius legalitatis famam regratiamur et bonitatis, sicut eum, quem pro bono amico habemus.

Venerunt ad nos nuntij uestri, fortes milites, Marinus Dandolus et Petrus Michael, quos Deus saluet. Recepimus eos magnifice et gloriose, et audiuimus, cum uenissent ad presentiam nostram, que proposuerunt, et intelleximus eorum dicta, et placuit nobis eorum sapientia et intellectus, quorum compleuimus facta et uoluntatem ad beneplacitum eorum, et confirmauimus dicta eorum, quod dixerunt de Cuffo et Arso[1]).

Precipimus, ut omnes, qui habent aliquid facere in duana, et qui cum mercatoribus Venetiarum aliquid facere habent, ut nihil eis superfluum aufferatur, ut augeatur et crescat factum mercatorum.

Et iunximus eis fondicum in Alexandria, ut habitent in eo, ut honoremus eum et mercatores Veneticos ab hodie in eternum.

Et hec omnia Dux cognoscat, quem Deus saluet, et hec ostendat omnibus mercatoribus suis, ut sint bone uoluntatis, ut leti ueniant et uadant in omni terra Aegypti, sentientes, quod tale responsum dedimus uobis Duci; sicque licentiauimus legatos uestros cum honore et maxima gloria et magnificentia et exaltatione, volentes, ut litteras uestras nobis mittatis, ut ostendatur amicitia nostra uera utrimque.

Mittimus uobis de balsamo et septem captiuos, exceptis illis, quos missis uestris dedimus.

S(e)iatis sanus, si Deo placet. Fuit scripta die decíma nona Saben, mensis Martij.

---

[1]) Quae hic et infra et alias dicuntur tributa seu servitia: ars, arsh — cuff, curf, culf, referenda erunt ad voces Arabum âridha, kulfa, quarum illa omne tributum extraordinarium, haec servitium angariae („Frohne") significat.

Excellentissimi domini fidelis Imperatoris magne potentie, fortunati, fortis, qui spata est legis et mundi. Rex Sarracenorum et Sarracenus, dominus regum et Imperatorum, amicus Miri Amamoni, cui Deus firmauit Imperium suum.

Presentia magnorum militum comitis stabilis, qui carus est et fortis et prudens, miles militum, confalonarius Christianorum exercitus, spata legis, maior totius gentis, comestabilis omnis exercitus Christianorum, cui Dominus uitam augeat atque sanum conseruet.

Ego Viuianus, scriptor, notarius et iudex, autenticum huius uidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inueni; ideoque fideliter in libro isto exemplaui, et propria manu mea firmaui atque subscripsi.

CCXLIV.

Haec est fidantia et securitas Soldani de Babilonia, quam praecepit, ut scribi deberet.

Libri Pactorum II, 247. I, 233 adscripto lemmate: *„questa est la fidantia de Dño Soldano“*.

Dominus et Potestas, Imperator fidelis, spata mundi et legis, Imperator Sarraceniae et Sarracenorum, dominus Imperatorum et Potestatum, amicus de Mirmomuni — saluet Deus uictoriam eius — omnibus Baiulis et capitaneis omnis exercitus, qui per mare vadit, precipit, quod debeant saluare et honorare omnes mercatores Venetianos, qui uadunt et ueniunt per totam terram Aegypti et per omnes partes, et quod eos non offendant, sed saluent eos et honorent in habere et personis et rebus et nauibus; et sint salui et securi per Dei securitatem et securitatem nuntij Dei Machometi et per nostram securitatem. Non habeant timorem nec tormentum, quod eis malum inferant.

Et omnes, qui uadunt in peregrinatione ad Sanctum Sepulchrum cum Veneticis, sint salui et securi in personis et rebus. Et omnes, qui mandatum hoc seruauerint, sic facere debeant.

Et quod precepimus de Cuffo et de Arso, sic obseruari debeat, sicut statuimus.

Ego Viuianus, scriptor, notarius et iudex, autenticum huius uidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inueni; ideoque fideliter exemplaui, et propria manu mea firmaui atque subscripsi.

CCXLV.

Aliud Priuilegium Soldani de Babilonia.

Libri Pactorum II, 247. I, 234.

Preceptum de custodiendis mercatoribus Veneticis; nec debeat eis uim ab aliquo inferri[1]) de eo, quod uoluerint comparare et uendere; sed uendant merces eorum, cui uoluerint.

Exiuit altum mandatum maioris domini, Imperatoris fidelis — cui Deus det uictoriam et altitudinem et magnitudinem — omnibus Bailijs et Amiraglis Alexandriae et totius terrae Aegypti, — quibus Deus det fortunam bonam, et custodiat eos et saluet — et debeant dare licentiam uniuersis mercatoribus Veneticis, quod uendant suas merces, ubi uoluerint, et merces supra se accipiant et eas uendant, ubi uoluerint; et de rebus suis non debeant eis uim inferre, nec de mercibus, quas comparare uoluerint; et comparent eas merces, quas uoluerint; et ab omnibus Bailijs et Amiraglis sic mandatum istud debeat obseruari per totam terram Aegypti, sicut stabilitum est; et debeant honorare et custodire omnes mercatores Veueticos, et esse contrarij eis, qui uolunt mala facere illis.

Precepimus mercatoribus nostris de Alexandria, ut non credant de suo Veneticis mercatoribus absque pignore.

Nullus alius Veneticus tenebitur inde, nec calumpniabitur.

Et hoc nostrum preceptum uolumus, ut sciatur inter omnes Veneticos.

---

[1]) inferre mscr.

Fuit factum hoc scriptum decimo et nono die Lune, Saba. Gratias[1]) Deo omnipotenti.

Ego Viuianus, scriptor, notarius et iudex, autenticum huius uidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inueni; ideoque fideliter in libro isto exemplaui, et propria manu mea firmaui atque subscripsi.

CCXLVI.

Aliud Priuilegium Soldani Babiloniae.

Libri Pactorum II, 248. I, 234.

Primum[2]) preceptum factum pro mercatoribus Venetiarum, ut habeant fondicum in Alexandria ad habitandum in eo, quod dicitur Soguediki[3]); et habeant potestatem mittendi in eo custodes, quos uoluerint.

Exiuit altum preceptum domini et senioris Soldani, fidelis Imperatoris — quem Deus honorauit et manifeste magnificauit — ut potestatem tribuat mercatoribus Veneticis ad eum uenientibus et missis Venetorum, qui in Alexandriam ueniunt; et habitent in ipso fondico suprascripto, quousque steterint in Alexandria, et in eo nullam habeant contrarietatem; et nullus presumat eos inde amouere, uel alium aliquem suum fondicarium.

Quod preceptum satisfaciat Mirus Faididinus, et ducat eos isto modo; et omnes illi, qui Baiulatum habuerint in terra illa, semper in perpetuum sic facere debeant, secundum quod huius precepti continentia declaratur.

Fuit scripta die decima nona Sabẽ noñ.

Ego Viuianus, scriptor, notarius et iudex, autenticum huius uidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inueni; ideoque in libro isto fideliter exemplaui et propria manu mea firmaui atque subscripsi.

---

[1]) gratia LP. I.

[2]) Praemissum praec. LP. I.

[3]) Fort. Arabum *Sûqeddik* („Hahnenmarkt").

CCXLVII.

Aliud Priuilegium Soldani Babiloniae.

Libri Pactorum II, 248. 249. I, 234.

Ex parte regis iustitie, altissimi domini Soldani, victoriosí, et domini Soldani Sarracenorum et Paganorum, domini Regum et Imperatorum, domino Petro Ziano Duci, militi magno, receptori et prudenti, Duci Venetiarum et Jadrae atque Constantinopolis, conseruatori legis Christianorum, custodi militie Christianorum — et Deus det illi uitam longam —

Rex iustitie, spata mundi et legis, et dominus Regum et Imperatorum, Bubekre[1]), filius Aiubt, seruitor Pape Sarracenorum.

In nomine Domini Dei piissimi et potentissimi.

Precipimus cartam altissimi militis, et ego Deo gratias reffero, magnus et altissimus dominus magne gentis, prudens et altissimus Dux Venetiarum et Jadre atque Constantinopolis, rettentor legis Christianorum et magne gentis Christianorum, — Deus det sibi uitam longam et Deus conseruet eum et terram suam et omnes pertinentias suas et eius magnificentiam et honorem, sicut consuetum est, de bono et de sua gratia et de bono et honore — et nos sumus ad seruitium et honorem, et conseruatores sumus terre tue; et bene recepimus populum tue terre, et nos cognouimus honorem et magnitudinem tue terre; et sumus leti de bono tue terre; et uolumus facere honorem uniuersis hominibus tue terre, qui ueniunt ad nos, cum magno honore, et facere eis honorem, et conseruare eos ad iustitiam; et eos preponimus ante omnes gentes, et sumus deffensores eorum contra omnes, qui uolunt eos offendere, quia cognouimus amorem persone prenominati Ducis, et sumus ei debitores ad gratias refferendas. Et reffero gratias amori eius, quia cognosco

---

[1]) Bubethre cod.

pacem suam, et honorem suum cognosco; et nos ei gratias refferimus, et sumus debitores illi, et sumus parati seruitores ad omnia precepta eius; et mittat nobis suas litteras, quia misimus dicendo nostris seruitoribus totius terre Aegypti ad honorem facere omnibus hominibus de Venetijs, et qui per Venetiam se tuentur de Christianis; et erunt positi in ratione curie Venetorum et dritturae duanae Alexandriae; et nos ordinauimus magnam iustitiam hominibus Venetiarum pro pace, quam cum eis factam habemus.

Et hoc preceptum fecimus propter omnes homines, qui ueniunt de Venetijs et Constantinopoli ad terram nostram, ut sint salui et securi in personis et habere; et sunt ad Dei fiduciam et nostram; et nullum dubium eis conuenit habere, nec dampnum debent habere; et dominus Dux nobis respondeat de carta ista, et Deus conseruet terram Venetiarum.

Actum est hoc die septima intrante[1]) mense Safar. Deo gratias[2]).

Ego Viuianus, scriptor, notarius et iudex, autenticum huius uidi et legi, nec addidi nec minui, nisi quod in eo inueni; ideoque fideliter exemplaui et propria manu mea firmaui atque subscripsi.

CCXLVIII.

Aliud Priuilegium Soldaui Babiloniae.

Libri Pactorum II, 249. 250. I, 235.

Ego Soldanus, rex iustitie, mando tibi, Petro Ziano, magno Duci Venetie, caro, lo magno domino et uictorioso, lo bono Christiano et sancto, uictorioso et legali et gubernatori Christianorum et gubernatori filiorum Baptismi, spate cartarum, dominiorum et gubernatori Sarracenorum, domino regum et

---

[1]) introeunte LP. I.

[2]) Gratias sint domino LP. I.

dominorum, Bubeker [Machometo][1]), filius Job, gubernatori terre Venetie et amatori Califi de Baldaco: multis annis sit uita tua.

Rex iustitie et mundi, et rex regum, Bubeker, filius Job, amicus Kalifi de Baldaco.

In nomine Dei omnipotentis et pietosi.

Recepi litteras de presentia magni Ducis — regratio Deum, in quo fortuna mea constat — cari et benefactoris et sancti et gubernatoris totius Christianitatis et deffensatoris filiorum Baptismi et gubernatoris terre Venetiarum — et multis annis sit uita sua, et deffendat et custodiat illum Deus cum toto suo districtu et cum omnibus, qui eum diligunt, et deffendat illum Deus ab omnibus inimicis suis, et saluet Deus consilia sua et omnes bailias suas — et leti sumus de aduentu suo, et nos adimplemus bono corde. De omni re, quam nobis petijt, fuimus in concordia.

Gratias egimus Deo[2]) omnipotenti, quando missus uenit et notificauit nobis de sanitate uestra et totius uestri populi, et audiui noua de magnitudine et dominatione uestra; et omnia, que in usu habuimus, ita tenere uolumus; et uos sciatis uere ueritatem, et uolumus habere amorem et amicitiam uestram, et laudamus honorem et magnitudinem de pertinentijs uestris, et regratiamus honorem uestrum et factum totius terre uestre, que hec petit.

Fuit mihi dictum de facto mercadaudi de dando et tollendo et de facto de Liuasta, et eis facere amorem in totum; et habemus factum amorem eis de facto duane, et compleuimus sua facta, et dimisimus eis pro suo amore, et habemus eos in custodia, sicuti habemus populum nostre terre.

---

[1]) Macometo LP. I. Utrumque non huius loci est. Omnino in his titulis aliquoties erratum aut quid confusum est. Cfr. Hammer l. l.

[2]) gratiamus domino LP. I.

Et ordinauimus usariam uini ad mittendum pro potu; non debeat eos molestare, nisi quod in primo consueuit. Et usaria, sicuti fuit in primo, ita tenere uolumus; et precipimus duane de Babilonia et de Alexandria, ut faciant eis amorem et honorem, et non molestarent eos supra sua usaria. Et ita sit factum.

Et nos de Alexandria ita firmum tenere uolumus de nostris saumerijs; et ego ita firmum habere uolo, et mitto precipiendo ad bailitores mee usarie della Porta, et notaui eis, ut in isto fiat ratio[1]).

Acta mercatorum completa habemus, et presentia Ducis habeat cor bonum, et non dilatet credentia sua, et presentia Ducis mihi mittere litteras amicitie sue.

Ad nostram presentiam per illum uenit magnus miles, fortis et sapiens, nomine Phylippus[2]) Arpani, tureimannus[3]), nuntius domini Ducis — conducat illum Deus cum salute et totam suam compagniam; — et expletum habemus factum istud cum uerbis nostris, et prouidere debeat super omni suo facto presentia Ducis — multis annis sit uita sua; — et mittet nobis contralitteras; et non sit inde fallum, ut non habeamus litteras uestras, que multum confortant nos; et deffendat illum Deus ab inimicis suis, et Deus saluet illum, et custodiat et confortet. Sic placeat Deo!

Fuit scripta decimo septimo die Martij. Regratiandus[4]) sit Deus solus.

CCIL.

Confirmatio alia dicte partitionis (cfr. Vol. I, p. 452, coll. p. 571), **facte** (l. *facta*) **a Petro, Imperatore Constantinopolitano.**

A. d. 1217, die 11. m. Aprilis.

Liber Albus fol. 46. Libri Pactorum I, 242. II, 255. Codex S. Marci Latinus 228, fol. 8.

[1]) isto facto fiat rationem LP. I.

[2]) Philippo LP. I.

[3]) Turcimanno LP. I.

[4]) regratiendo LP. I.

Fecit hujus pacti mentionem post Cicognam l. l. IV, 541 L. de Maslatrie in „bibliothèque de l'école des chartes“ II Ser., T. III, p. 208, his quidem verbis: *„le suivant nous paraît inédit: 1217. Confirmatio pactionis et societatis factae a domino Petro Imperatore et Yolente Imperatrice Constantinopolis, domino Petro Ziani, Duci Venetiarum, de societate observanda et conventionibus pactis cum comite Flandriae, marchione Montisferrati et Francigenis. Libr. Pact. II, fol. 168.“*

Du Cange „Histoire de Constantinople sous les Empereurs François“, liv. II, c. 25 (p. 68): *„L'Empereur* (Pierre) *partit de Rome avec sa femme, ses quatre filles, et toutes ses troupes le neuuiéme iour après son couronnement, ayant en sa compagnie Jean Colonne Cardinal du titre de Sainte Praxede, que le Pape enuoyoit en Orient en qualité de Legat du saint Siege, auec un ample pouuoir, qui se trouve au long exprimé dans l'une des Epîtres de ce Pape. Estant arrivé à Brandis, il s'embarqua sur les vaisseaux, qui luy auoient esté preparez par les Venetiens pour passer en Romanie; ayant conuenu auparavant auec eux par un Traité particulier, de prendre terre dans l'Epire, et pour premices de ses exploits, de declarer la guerre à Theodore Comnene, le plus grand ennemy des François et des Venetiens, et d'assieger en leur faueur la ville de Duraz.“*

Cfr. Raynaldus l. l. ad annum 1217, §. 4 sqq.

Nos P*etrus*, Dei gratia fidelissimus in Christo Constantinopolitanus Imperator a Deo coronatus, R*omanie* moderator[1]) et semper augustus; et nos Yolens, eius vxor, eadem gratia[2]) Imperatrix, volumus omnibus, tam presentibus, quam futuris, habere publicum ac manifestum, quod existentibus nobis Rome in Lateranno, anno incarnationis Domini nostri Jhesu Christi millesimo CC septimo decimo, indictione quinta, die Martis undecimo intrante, mense Aprilis, Pontificatus uero domini Honorij Pape tercij anno primo; presentibus domino G. Archiepiscopo Consilamensi, et Vilielmo Marchione Montisferrati, et

---

[1]) Roman. moder. a deo cor. cod. S. Marci.

[2]) eadem kā *(karitate?)* cod. S. Marci.

Heustatio[1]) cognato et fratre nostro, et Ruberto de Boue, atque Johanne de Barbanto[2]), alijsque pluribus nobilibus Baronibus nostris, nos personaliter presentes existendo iurari fecimus nos prememoratus Imperator[3]) nobilem militem Bār marescalcum nostrum, et nos Imperatrix memorata[m][4]) nobilem militem Tibaldum[5]) de Racio in animabus nostris super sancta Dei euangelia nobilibus uiris R. Permarino[6]) et M. Storlato atque M. Geno, dilecti mei socij domini P*etri* Ziani, Dei gratia Venecie incliti Dalmacie atque Chroacie Ducis, quarte partis et dimidie tocius Imperij R*omanie* dominatoris, legatibus, recipientibus per eundem dominum Ducem et homines Venecie attendere et obseruare et adtendi et obseruari facere bona fide imperpetuum, scilicet legalem societatem et omnia pacta et conuentiones et ordinationes atque honorificentias, que et quas fecerunt tam cum scriptis, quam sine scriptis, dominus B*alduinus*, tunc Comes Flandre, qui in Imperio Constantinopolitano fuit predecessor tunc predecessoris et B*onifacij* Marchionis Montisferrati, et alij Comites et Barones cum H*enrico* Dandulo, bone memorie inclito uiro, et postea dominus H*enricus*, tum moderator Imperij, qui noster extitit in Imperio predecessor, fecit cum nobili uiro, dicto Marino Geno, tunc Potestate in R*omania*, et alijs Potestatibus Venetorum, qui ibidem per tempora fuerunt.

Presens itaque scriptum nostris sigillis iussimus comuniri pariter ac firmari, ac per manum Jacobi Viuiani, presbiteri et notarij, scribi.

---

1) Heustacio LP I.; Eusthacio LP. II.; Heustotio cod. S. M.
2) Brabanto LP. I. II. Cod. S. M.
3) Imperator prememorato cod. S. M.
4) memorata cod. S. M. recte.
5) Tibardum cod. S. M.
6) I. e. Premarino.

CCL.

Priuilegium Guidonis, domini Biblij, securitatis Venetorum in suis partibus conuersantium Theophylo Geno, baiulo in Suria, de mandato domini Petri Ziano, Ducis Venecie, concessum.

A. d. 1217, die 2. m. Novembris.

Liber Albus fol. 161. Liber Pactorum I, 265.

Cfr. Marin. T. IV, p. 103. Depping, „histoire du commerce" etc. T. II, p. 33. Cicogna l. l. IV, 542.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Guido, dominus Biblij per Dei gratiam, asseusu et uoluntate Aalis, uxoris mee, dono et concedo atque confirmo tibi Theophylo Geno, Baiulo in Suria, *(ex)* precepto Petri Ziani, Ducis Venetie, omnibusque pariter Veneticis, ut sitis salui et securi ex parte mea meorumque successorum, uidelicet in personis et rebus eorum, eundo, veniendo, stando, comparando atque uendendo per mare, per terras et per omnes partes.

Et si dampnum aliquod uobis euenerit aut per me, aut per meam gentem, ubicunque illud idem fiat, in prima querella, quam inde facies michi aut meis successoribus, ego aut mei successores uobis ipsum dampnum omnium occasione remota emendabimus et emendare tenemur.

Postea uero, tu, predicte Theophyle, et omnes pariter homines Venetie, de drectura, quam michi reddere solebatis pro mercimonijs, quas uendebatis et comparabatis in mea terra, uidelicet de centum Bisancijs quatuor Bisancios et quatuor quarroblas, uobis inde medietatem dimitto, scilicet duos Bisancios et duas quarroblas. Quos duos Bisancios et duas quarroblas reddetis michi et meis successoribus, amodo tamen, et nichil amplius de uendictione et comparatione centum Bisanciorum, quas in terra mea facietis. Hoc autem facio pro honore prefati Ducis et hominum Venetie.

Ut autem omne istud supradictum, sicut in isto continetur priuilegio, ratum et stabille permaneat imperpetuum, ipsum presens priuilegium sigilli mei plumbei karactere et testibus subscriptis feci insigniri.

Guillielmus Fornarius, tunc temporis castellanus Biblij. Nicolaus Martini. Guillielmus Angelerij. Hugo, eius filius. Reginaldus de Biblio. Obertus de Poncan. Guillielmus Taberna. Guillielmus Ligius. Leo, eius filius. Johannes, capellanus de Uax[1]), qui hoc priuilegium scripsit.

Actum est hoc anno incarnationis dominice millessimo ducentessimo septimo decimo, in secundo die Nouembris intrante.

CCLI.

Hoc est pactum, quod fecit dominus Petrus Ziani, Dux Venetie, cum fratre Vilielmo de Vulterbio[2]), legato Potestatis et comunis Januæ.

A. d. 1217—1219.

Codex Latinus S. Marci CCXXX, fol. 57.

Andreas Dandulus ed. c. p. 341: *Alemannus quidam Comes de Janua cum tribus galeis secus Cretam piraticam exercebat, et Marcus Zorzano, capitaneus duarum galearum et totidem navium, quæ de Constantinopoli cum mercatoribus recesserant, Candiam applicuit, et Paulus Quirino in ducatu Cretæ tunc Jacobo Teupolo successerat; unde decretum est, ut capitaneus assumtis hominibus bellicosis et Ducha cum peditibus et equitibus ad portum Fraschea, ubi residebat pirata, deberent accedere. Quod perficientes, duas galeas et navem cum Comite et aliis CCC de melioribus, tertia fugiente, ceperunt. Qui denique ex pace cum Guifredo de Pirovano, Potestate Januæ, peracta, resarcitis Venetorum damnis restituti sunt.*

Cfr. Marin T. IV, p. 195. Le Bret T. I, p. 483. Cicogna l. l. IV, 542. Romanin. II, p. 197.

Nos Petrus Ziani, Dei gratia Venetiarum, Dalmacie, Croatie Dux, dominus quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, promittimus et convenimus vobis, fratri Vilielmo de Vulterbio,

[1]) J. Capellarius de Vax LP.

[2]) Viterbio Marin. et infra.

legato viri nobilis Guifredi de Piroano[1]), Dei gratia Janue civitatis Potestatis, *(et)* ipsius comunis Janue, excipientis nomine et ipsius Potestatis et tocius comunis Janue, per nos et successores nostros, quod tam per nos, quam per omnes homines Venetiarum et districtus Venetiarum et omnes, qui Veneti appellantur et pro Venetis distinguuntur et defenduntur per diversas partes mundi, tam burgenses, quam alios, observabimus et observari faciemus veram, firmam pacem atque concordiam amodo usque ad festum Sancti Michaelis proxime venturum, et ab ipso festo usque per annos quatuor proccime conpleturos, superdicto Potestati et ejus successori et omnibus hominibus Janue et etiam districtus Janue, et omnibus, qui Januenses vocantur vel appellantur et pro Januensibus distinguuntur et deffenduntur per diversas partes mundi, tam burgensibus, quam aliis, in personis et rebus, in totto posse et forcia Venetorum, terra et e qua (leg. *aqua*), et ubique, non offendemus nec offendi faciemus per nos nec per aliquem suprascriptorum de parte mea supradicto Potestati, nec alicui supradicti *(supradictorum?)* de parte sua, nec in aliquo neque aliquibus offenderabimur vel associabimur aliquo modo vel ingenio pro offensione faciendà supradicto Potestati, nec alicui de parte sua, neque con *(cum)* alliis ipsum vel suos suprascriptorum offendemus vel offendi faciemus.

Et si per nos vel aliquem suprascriptorum de parte nostra predicto Potestati vel alicui suprascriptorum de parte sua offendendo facta fuerit vel rapina vel raubaria, Nos Dux, qui nunc sumus, vel pro tempore erit in Ducatu Venetorum, faciemus vel fieri faciemus ractionem ei, qui lesus fuerit vel damnum habuerit, aut nuntio suo vel ejus successor*[i]* infra quadraginta dies post facta*[m]* intimationem, nisi remanserit licentia reclamantis; quodsi de voluntate reclamantis fuerit terminus vel termini

[1]) et viro nobili Guitfredo de Pirovano Marin.

prorogati, ad prefixum terminum vel terminos nichilominus tenebimur reclamanti facere vel fieri facere ractionem, talli quidem ordine: quodsi publicum vel manifestum erit vel probari poterit, publicum vel manifestum esse, reclamantem fuisse raubatum, vel illum, pro quo reclamatio facta fuerit, debet ylle, qui querellam deposuerit, exponere quantitatem damni illati per sacramentum factum ab illo, qui damnum passus fuerit, vel ab ejus here*de* seu successore vel procuratore seu nuncio ad ipsum sacramentum faciendum constituto ab eo, qui damnum passus fuerit vel ejus herede et successore vel procuratore, ut supra dictum est, ...[1]) habeat licentiam et potestatem agendi et conveniendi unum ex robatoribus vel plures, vel damnum dantibus, sicut ei placuerit. Et si ipse contra unum ageret, nichilominus possit habere regressum contra alios, unum vel plures, usque ad plenam solutionem.

Itaque si persona vel persone, de quibus reclamatio facta fuerit, erunt presentes, teneamur nos Dux, qui nunc sumus, vel pro tempore erit, accipere bonam et idoneam securitatem ab eis, de quibus lamentatio facta fuerit; nec debet subterfugere sic, quod ratio reclamantis in aliquo non inpediatur. Et si habuerit presens tantum amobile[2]), unde solutio fieri possit, fiat; si autem mobile ipsius vel ipsorum tantum non fuerit, quod ad solutionem plenam non sufficiat, detur mobile yllud, quod inventum fuerit, reclamanti. Itaque liceat reclamanti tollere vel eligere duos vel tres aut quatuor homines, quos voluerit, quos nos Dux, qui nunc sumus, vel pro tempore erit, per juramentum manifestare compellemus bona mobilia illius, contra quem fuerit querela tum deposita. Si vero mobile non habuerit, vel illo, quod habuerit, non sufficiat, et non sufficiat ad soluctionem, estimetur legaliter ejus immobile, quod inventum fuerit ad

---

[1]) Aliquid excidisse videtur.

[2]) Correctum immobile. Lege mobile seu a mobile, suadente contextu.

Gradum usque ad Caput Aggeris, per duos vel tres homines de civitate Venetiarum vel ejus districtus, reclamatione ad hoc helectos et per sacramentum districtos; et sic postmodum facta examinatione infra triginta dies nos Dux, qui nunc vel pro tempore erit, teneamur solvere et solvemus conquerenti a pecunia tantum, quantum immobile supradictum per dictos electos fuerit estimatum.

Itaque omnia debita competentia, tam preterita et presentia, quam futura, super possessionibus et bonis repetorum (l. *raptorum*) sive rapientium, tam absentium quam presentium, conquiescant. Cui solutioni non obstent transactiones seu alienationes possessionis.

Si vero possessiones predictorum, que facte fuerunt in fraudem, acsi facte non essent ....[1]) Si vero in bonis ejus, de quo reclamatio fuerit, nihil inveniatur, vel illud, quod invenietur, ad plenam solutionem non sufficiat, tunc per ipsum jus, si *[h]*abere poterimus, ad quam habendam bona fide operam dabimus congruam et studium diligens adhibebimus, in civitate Cremone conquerenti dabimus et deliberabimus dari vel deliberari faciemus.

Si vero absens fuerit ylle, de quo reclamatio facta fuerit, debet vocari per literas nostras expensis[2]) comunis Venetorum, et non minus ei dare secundum morem et consuetudinem Venetorum, quem venire debeat; et si venerit, fiat ractio secundum quod dictum est supra de presenti. Preterea si autem non venerit, ractionem reclamantis audiemus, et secundum supradictum ordinem terminum ei dare diffiniemus, et complebimus per res et facultates ipsius, quas habuerit intra districtum Venetorum a Gradu(m) usque ad Caput Aggeris. Si vero persona ejus haberi non poterit, bannizetur, et nullo tempore de banno

[1]) Desunt quædam: itaque lacunae signa posuimus.
[2]) expenis (sic).

hestraatur[1]), nisi prius de premissis satisfactum fuerit reclamanti. Ad quam semper habendam bona fide operam congruam et diligens studium adhibebimus. Et si habuerimus, ipsum reclamanti trademus et liberabimus, ut supra dictum est, in civitate Cremone, et liberari faciemus.

Si vero personam vel personas ipsius raptoris vel raptorum seu predatorum habere non potuerimus, filium vel filios masculos suos habere poterimus, poterimus (?) tradere et liberari faciemus in civitate Cremone reclamanti sive conquerenti; et nichilominus patrem vel patres, si habere poterimus, dabimus vel liberari faciemus in Cremona; ad quos habendos operam congruam et studium diligens adhibebimus.

Liceat supradicto Potestati et comuni Janue de rebus, quas homines Veneti et ejus districtus Janua per mare detulerint, quinta*[m]* partem accipere, et de eis, quas per terram attulerint, quadragesimam.

Item, si aliquis Janue vel districtus Janue coram nobis Duce, qui nunc sumus vel pro tempore *[erit, de]* districtu Venetiarum de rebus aliquibus amodo naufragatis petit sibi fieri restitutionem ab eo, contra quem fuerit querella deposita, nos Dux debemus per nos vel per nostrum nunctium ipsum appellare, et dato ei juramento vel conquerenti, si forte appellatus sacramentum subire recussasset, quantum jusjurandi fide ipsius appellati vel conquerentis ipsum cognoverimus de rebus naufragatis habuisse, debemus inde de bonis ipsius inventis facere fieri conquerenti restitutionem.

Si aliquis Venetus vel de districtu Venetiarum vocatus in judicio confessus fuerit coram judicibus nostris, se debere aliquod debitum allicui Januensi vel de districtu Janue nostris se debere, nos Dux, de quanto vocatus fuerit, eidem Januensi vel nuntio suo aut procuratori de bonis ipsius confitentis, que

[1]) I. e. extrahatur.

invenire poterimus, fieri faciemus solutionem. Si vero confessus non fuerit, se debitum ipsum debere, nos Dux illud dicto[1]) Janue vel ejus nuntio sive procuratori faciemus inde fieri ractionem, aut secundum morem et consuetudinem Venetiarum, vel secundum morem et consuetudinem Janue civitatis, prout nos Dux maluerimus, deductis tamen et receptuatis offensionibus occasione prede vel rapine seu raubarie facte a decem annis proxime preteritis retro, de quibus offenssionibus et damnis non tenemur facere ractionem; sed de offenssionibus occaxione prede vel rapine seu raubarie facte infra tempus dictorum annorum decem teneamur conquerenti sive conquerentibus facere racionem secundum tenorem pacis et convencionis, (que) facte inter comune Janue et nos.

In dictis decem annis debemus autem nos Dux raubatores obsides, qui de carcere vel eustodia suprascripti Potestatis vel comunis Janue vel aliorum de parte sua apud Venetos vel ejus districtus profugium fecerint, postquam sciverimus et eos habere poterimus, nunctio vel nuntiis suprascripti Potestatis vel comunis Janue aut cuidam extra districtus Venetorum per nos vel per nostrum nuntium dare et liberare in civitate Cremone, aut, si de voluntate partium, in alio loco, ubi ambe partes se concordaverint; quarum una pars erit nuntius, ubi ambe partes se concordaverint[2]); quarum una pars erit nuntius vel nuntii suprascripti, et altera nos vel Dux, qui pro tempore fuerit.

Nos quoque idem Dux pro nobis et comuni Venetiarum, quantum pro parte nostra, concedimus, quod comune Janue et homines districtus Janue esse debeant *(in)* Imperio Romanorum, secundum quod erant in tempore Allexii Imperatoris, et quod, ut liceat, uti et negotiari debeant in ipso Imperio cum his dactionibus, (in) quas dare consueuerunt *[in]* tempore ipsius

[1]) Leg. illi Januensi vel de districtu; vel illi de distr. Janue.

[2]) Quarum . . . concordaverint spurium esse videtur.

Imperatoris, solennibus exceptuatis. Usque ad tempus hujus pacis promittimus (solemnibus), quousque nos Dux, vobis dicto legato, quod per nos vel per nostrum nuncium bona fide jurare faciemus Potestatem Constantinopolis et Ducham Crete et Bajulum sive Rectorem Sirie, qui modo sunt, et qui pro tempore fuerint, in hinitio sui regiminis pro nobis in ipsis partibus constituti, per scriptam pacem et concordiam attendere et observare usque ad supradictum terminum, hoc sane intellecto, quod, si quis in his dignitatum officiis positus semel juraverit, denuo contingerit eum eisdem officiis deservire, prescriptam pacem jurare non compellatur.

Item concedimus et faciemus nos Dux, quod eredes Balduani[*]) Vertis, posteaquam ab eis vel eorum nuntio . . . .[1]) habebunt et possidebunt possessiones illas, quas dictus Balduinus habebat Constantinopoli tempore Hemanuelis Imperatoris. Si *[sint?]* autem in nostra et comunis Venetiarum quantum quarta parte et dimidia Imperii Romanie, salvo eo, quod, si aliquis alius eas auctoritate vel concessione nostra teneat vel possideat, debemus nos Dux per nos vel per nostrum nuntium aut possessiones ipsas, aut cambium equale eisdem eredibus vel nuncio suo tradere et concedere usque ad suprascriptum terminum, facientibus ipsis nobis et successoribus nostris omnia, que dictus Balduinus consueverat facere memorato Imperatori.

Verum quia de sex millibus bisantiorum, quos Comes Allemanus cum suis complicibus Venetis dicitur abstulisse vel habuisse, de quibus nobis et his, quibus dicti MVI[2]) bisanctii fuerunt, solvere debeant Potestas et Comes Janue bisanci*um* quinque milia quingentos, vel dari et reddi faccere in Cremona nuntio nostro medietatem a medio mensis Maii nunc instantis usque ad

[1]) Lacunae signa posuimus.; etiam sequentis sunt manca.

[2]) sex millia.

[*]) De negotio Balduini Guercii actum est in instructione Consulum Januensium a. 1203; vide Historiae patriae monumenta ed. August. Taur. VII, 1225.

unum annum, et alteram medietatem abinde usque ad allium annum sequentem, omni contradicione semota, servata in nobis et eis, quorum dicti bixantii fuerint, potestate in reliquis bisanctiis, qui dicuntur restari de dictis sex millibus bisanci*um* predictis, et quibuslibet aliis Venetis raptis vel acceptis a dicto Comite et complicibus ejus ad requirendum et exigendum atque ad reabendum. Si ad ipsum terminum solucionis ejusdem faciende clarum erit nobis, aliquid (h)ex his quinque milibus quingentis bisanctium vel a Comite dicto vel ejus complicibus esse solutum nobis vel viris, quibus ipsi bisanti dicuntur ablati sive accepti, tam de minus[1]) dari debeat a(c) comuni exinde, ita, quod reliquon totum ipsorum bisancium quinque milium quingentorum persolvatur juxta ordinem supradictum; super quo reliquo vel super toto, si totum solvetur, tum habere debet Potestas Janue vel nunctii communis Janue in ipsa solutione facienda concessionem ractionum a dictis Venetis perdentibus vel eorum procuratore ad hoc constituto seu procuratoribus contra dictum Comitem et ejus complices, quantum pro parte, que nunc solvetur ex ipsis bisanciis supradictis; quos dictos bisancium 5500, si ante quam *[ad]* nos vel nostros nuncios exinde fuerit solute *[solutum]*, comune Janue vel allius pro comuni ipsos excusserit a dicto Comite vel complicibus ejus, sicut antea poterit, Potestas vel comune Janue solvi faciet nobis vel nuntio nostro, ut dictum est.

Nos quoque Dux presenti nobis legato supradicto comunis Janue supradictam pacem et concordiam atque predictas conventiones juramus attendere et observare usque ad predictum terminum hujus pacis, si tantum steterimus in regimine Ducis Venetiarum.

Feccimus etiam nos Dux consiliatores VI nostros, qui nunc existunt, con nos jurare pacem istam et concordiam, attendere et observare. Et quodcumque et cotiensconque Dux renovabitur

---

[1]) Lege tum eo minus, sive tanto minus dari debeat a comuni.

in regimine Venetiarum infra dictum terminum hujus pacis, comune Venetiarum faciet ipsum Ducem jurare prescriptam pacem et concordiam atque predictas conventiones infra dies octo, postquam Dux fuerit renovatus.

Infra quem terminum predictum hujus pacis et Venetiis et Janue utraque sic ractio fiat: videlicet Janue[1]) (Venetiis) trahat, quocumque jure teneantur, Venetum in curia baiuli vel consulum Venetorum, qui ibi erit, et non alibi; et e converso Venetus trahat Januenssem ad curiam Janue, et non allibi; excepto, quod, si hibi non fuerit curia bajulli vel consulum, vicissim se trahere possint ad curiam terre vel loci.

CCLII.

Pactum factum inter Lascarum, Imperatorem Grecorum, et Jacobum Teupulo, Potestatem Constantinopolitanum.

A. d. 1219, m. Augusto.

Liber Albus fol. 47. Libri Pactorum I, fol. 242. II, fol. 256 hoc titulo: *Pactum pacis et concordiæ factæ inter Lascarum et dominum Jacobum Teupulum, tunc Constantinopolitanum Potestatem.*

Andreas Dandulus ed. cit. p. 341: *Anno sequenti* (i. e. *Ducis Petri Ziani XIV) Jacobus Teupolo, Potestas pro Venetis in Constantinopoli, cum iam Gallorum potentia evanesceret, cum Theodoro Comneno Lascaro, Græcorum Imperatore, treguas per quinquennium, et cum Aladino, Soldano Turchiæ, per biennium firmavit.*

Cfr. Marin. T. IV, p. 192. Le Bret T. I, p. 484. Du Cange „histoire de Constantinople" II, 27. Cicogna l. l. IV, 542, ubi et reliqua Petri Ziani pacta ennmerantur.

Teodorus[2]), in Christo Deo fidelis Imperator et moderator Romeorum et semper augustus, Comnanus[3]) Lascarus.

Conuenio pacem puram firmamque et sine scandalo habere tecum, felicissimo et nobillissimo domino Ja*[cobo]* Teupulo, de mandato tocius[4]) *[leg. domini]* altissimi Ducis Venecie Potestate Venetorum in R*[omania]* et Despote Imperij

[1]) Leg. Januensis.
[2]) Theod. LP.
[3]) Comnianus LP. II.
[4]) tocius deest in LP. II.

Romanie et quarte partis et dimidie eius Imperij uice sui dominatore, a festo Assumptionis supersancte Dei genitricis et semperuirginis Marie nuper venturo[1]), presentis mensis Augusti huius currentis septime indictionis, anno a principio mundi sex millesimo DCC uigesimo octauo, ut omnes Veneti et homines Venecie euntes, stantes et reddeuntes in omnibus terris mei Imperij, et in omnibus diuersis alijs locis per terram et per mare cum nauibus ipsorum et cum hominibus et rebus omnibus, infra astantibus eisdem nauibus, ab Imperio meo et hominibus eiusdem sine dampno et sine mollestia et sine aliqua inquisitione[2]) conseruabuntur. Et isti Veneti cum omnibus rebus ipsorum in omni subiectioue terrarum mei Imperij per terram et per mare debent esse liberi et sine commerkio et sine aliqua alia dactione, et debent facere, qualescumque merces eis placent, per totum Imperium meum et sine aliqua inquisitione.

Mercatores quidem terrarum Imperij mei in Constantinopoli *et* in alijs terris tue dominationis, euntes, stantes et reddeuntes, debent facere merces ipsorum sine inpedimento, saluo iure commerkii, quod dare debent.

Conuentum est et hoc, quod, si aliqua nauis hominum Venecie periclitabitur uel mercatorum terrarum tue dominationis in partibus terrarum mei Imperij; uel si nauis hominum mei Imperij periclitabitur in partibus terrarum tue dominationis, res, que de ambabus partibus extracte fuerint de periculo, reddi debent hominibus, qui de periculo exient.

Et si aliquis de parte mei Imperij uel de parte tue dominationis mortuus fuerit in aliqua terre mei Imperij uel tue dominationis, res defuncti debent dari secundum tenorem sui testamenti et per securitatem. Et si sine testamento mortuus erit, et inveniectur aliquis de genere uel de gente sua, debet recipere res defuncti pro parte defuncti. Et si aliquis mortuus

---

[1]) nuper venturo addit LP. II. | [2]) inquietatione LP. II.

fuerit sine testamento, et non fuerit inuentus in morte sua aliquis de genere nec de gente sua, res istius debent conseruari ex parte illius, cuius terra est, in qua mortuus erit; et debent reddi hec res illis hominibus, quibus alia pars notificauerit, per scriptum et securitatem.

Conuentum est et hoc: pro rebus mercatorum, qui periclitati sunt in terris mei Imperij a principio nuper transacte treuge, uel qui periclitabuntur, et pro alijs hominibus tue dominationis racionem fecerit Imperium meum conuenienter; que dominatio tua debet similiter operari in illis, qui periclitati sunt, uel periclitabuntur in hoc tempore, mercatoribus Imperij mei conuenienter.

Conuentum est inter hoc, quod nec Imperium meum, neque tuus dispotatus habeat licentiam formare yperperos, uel manuelatos, aut stamena equalis forme alterius partis.

Conuenit, et hoc Imperium meum promisit, quod usque ad complimentum quinque annorum pacis nec galee, neque currentia ligna Imperij mei debeant habere licentiam transire da Constantinopoli, nisi hoc fuerit de uoluntate tue dominationis. Neque solidarios debet tollere Imperium meum a parte tue dominationis, nisi et hoc fuerit de voluntate tue dominationis.

Hec omnia superius declarata iurauit Imperium meum proprio ore super sancta Dei euangelia et super honorabilem et uiuificam crucem et super aconam [l. *iconam*] Dei genitricis, quod seruabit hec usque ad complimentum quinque annorum.

Et inde factum est presens chrusobolum uerbum mei Imperij pro mense Augusti, vij indictione, anno a principio mundi sex millesimo DCC. xxviij, in quo nostra potentia a Deo data subsignauit.

Theodorus, in Cristo Deo fidelis Imperator et moderator Grecorum Comnanus Lascarus.

CCLIII. CCLIV.

Tributa Lampsacenorum.

A. d. 1219.

Liber Albus fol. 50. Libri Pactorum I, 244. II, 259 (et ille quidem titulo: *Lampsacos*. Hic: *de hominibus inventis in Lapsaco et de redditione hyperperorum*) duo, quae continuo sequuntur, comprehendunt documenta. Sunt ista et rerum singularitate et sermonis temperamento insignia. Agitur de reditibus tributisve, quae ex Lampsaco percipiebant Veneti, varii generis. Nos in re satis obscura fidem codicum integram exhibere aequum duximus.

CCLIII.

A.

Anno Domini . . . inueni in Lapsaco homines 50; reddent pp. (i. e. perperos) LI et kar. VI.

Et sunt zeugarati XXI pp. CCVIII, et sunt uoidati LII pp. CCLI, et sunt actimones XVIII pp. XLVIII$^1/_2$, apori XXII pp. XXII$^1/_2$. Summa: pp. DLXXXI et kar. VI.

Item li molinee sunt VII, quos ponimus pp. XXXV. Li saline pp. XXXIV, quae sunt saline XVI. Luscillo facto et Chersoehorio pp. XVII. Et tantum fuit positum pro practico. Luvivaro de oleo pp. XX. Lugrippouoli de Luriasgidio pp. XXV. Luuathi pp. XIV. La piscaria de Jherusalem pp. IV. Summa: pp. CXLIX.

De CXX plinthis de vineis, quas receperunt pro anacapsi pp. VIII annuatim, de quibus habent ipsi annuatim pp. XIV. Et etiam de suprascriptis plinthis tenent pros plinthi XXIV super eos pro pp. VI et kar. VI annuatim. Summa: Li uigne cum anacapsi secundum rationem per annum et cum redditibus pp. XXXVI et karat. VI.

Le forfacte et iura et iustitiae per annum pp. XXXVI. Li angnelli CLIV pp. XXX. Lupsuni de lupisce pp. III. Le galline de lucarlassare pp. IV. Summa: pp. LXXIII.

La scala pp. CLX cum foro et cum psuni de carnibus et cum eorum iuribus et disertis, que fuerunt date pro practico

pp. . . . Damus nunc pp. CCLXI, uidelicet pro medietate, que fuit ibi[1]) data, compositis suis laboribus in hac quantitate et morte.

Et de iis plenis, que nunc sunt uoidate, damus nunc pp. LII, uidelicet pro medietate, que fuerunt date sibi, computatis suis laboribus in hac quantitate morti. Summa: pp. MCCCXV et kar. VI.

Ludimodeo pp. X. Luanauolo et Lucatauolo et Macricampo et Damaskinea et Cranea et Carea[2]) pp. XXXVI.

Summa inter omnia suprascripta pp. MCCCLXI et kar. VI.

Inuenimus li angarie de uoidati et zeugariti, quod dixerunt per eorum sacramentum, quod dabant in tempore de dominiis[3]) suis pro unoquoque angarias VII; et manifestauerunt per eorum sacramentum, quod nesciebant angarias de castellis, quante erant et quantas faciebant. Unde misimus finem cum angariis de zeugariti et de uoidati, quod possunt dare annuatim angarias XLVIII cum salute uillanorum pro unoquoque uillano pp. IV. Et actimones pro unoquoque angarias XXIV, que sunt pro unoquoque. Que omnes angarie ualent pp. CCCX.

Summa: tota suprascripta ratio pp. MDCLXXI et kar. VI cum angariis.

CCLIV.

B.

Liber Albus fol. 50^{v} Libri Pactorum I, 245. II, 260.

Mense Septembris VII indictioue.

Scripsi ex precepto domini Potestatis et maioris partis sui conscilii, quod ipse dominus Potestas cum maiore parte sui conscilii super litteras domini nostri Ducis, quas ipse dominus miserat ei pro facto terre de Lapsaco inquirendo et ordinando; quam terram tenent viri nobilles G. Quirinus, J. Succugullo et Ja. Quirinus, filius domini P. Quirini.

1) sibi LP. I. II.
2) Coronea LP. I.
3) dominis LP. I. II.

Talem finem posuerunt, quod ipsi tres viri debent seruire annuatim pro eadem terra amodo inantea pro propriis eiusdem introitus MDCLXX; et ut ipsi uiri debeant soluere de debito propriorum transacti temporis, quod dare tenentur comuni Venecie ypp. aur. pēs. *[pensa?]* M. per talem ordinem: uidelicet abhinc usque ad festum Natiuitatis domini nostri Jhesu Christi pp. CCC. Idem nat. primi uenturi[1]). Et ab eodem festo Natiuitatis usque ad Pascha resurrectionis alii pp. aur. pēs. CCC. Et alii remanentes CCCC pp. aur. pēs. ab eodem festo de Pascha inantea, per illum modum et ordinem, per quem uoluerit dominus Constantinopolitanus Potestas per maiorem partem sui consilii.

CCLV.

Hoc est pactum, quod d. Dominicus Delphino, Ducha Crete, fecit con Constantino Sebasto et Theodoro Melissino et aliis Grecis.

A. d. 1219, die 13. m. Septembris.

Codex Latinus St. Marci nr. CCXXX, pag. 75[v]

Andreas Dandulus ed. cit. p. 341: *Decimo tertio itaque Ducis* (Petri Ziani) *anno Constantinus Sevasto et Theodorus Milisino cum Græcorum sequela, Paulo Quirino, Duchæ Cretæ, rebellantes, loca Venetis obedientia crebris incursionibus molestare non desinit. Dux postea probos cives, ut resisterent, Cretam misit, et novos feudatarios per suam concessionem illos constituit. Rebellesque Dominicus Delphinus, illius successor, assignatis certis casalibus, ad fidelitatem reduxit.* Uberiora Laur. de Monacis l. l. p. 155, 156. Cfr. Flamin. Cornel. Cret. Sacr. II, p. 250, 251. Apographum et scriptura et dictione notabile in deterius.

In nomine eterni Dei et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Amen.

Anno Domini 1219, mensis Septembris, die 13 intrante, indictione octava. Candide Insule Crete.

Nos Dominicus Delphino, de mandato domini nostri Petri Ziani, Dei gratia incliti Ducis Veneti, Ducha Crete, una con nostro consilio facientes tractare pacem et concordiam con

---

[1]) Corrige sis: id est nat. prime venture.

gente, que in suprascripta insulla erant, rebellante, sc. Constantino, qui dicitur Seuasto, et Theodoro Melissino et alliis, ad tallem uobiscum concordiam devenerunt, imprimis com minori et maiori conscilio, conlaudacione quoque populli Creteus, concedimus dictis Constantino, qui dicitur Seuasto, et Theodoro Melissino et alliis ex parte occidentali de ysta ynsulla, a flumine, quod vocatur Musella, retro tramite, secundum quod discurrit ad Cerdudeam et Stenam et Sicadro et Heissassi et Panaretu, et discurrit ad Cunidu, et descendit ad ripam Codachu, que est in austrum; ex parte seteutrionis ab ipsa Musella usque ad Asti.

Infra istud circuitum debent habere inter Petrum Olivanum et Frigerium de Totaldo duas medias milicias, sicut per medietatem erant divisse. Supradictus locus designatus sunt medie millitie sexaginta septem con suis villanis. Dominatæ erant a millitibus Venetis, ubicunque sunt. Et propter istas millicias debent solvere suprascripti Constantinus et Theodorus con suis annuatim imperpetuum intrante mense Aprilis proxime venientis usque per totum menssem Octobris Bisantios aureos mille et mercimonia domino Duci Cretensi, qui erit iu tempore per dominum nostrum Ducem Venetiarum, similiter et suis successoribus, vel ubicunque ipse Dux preceperit.

Debent etiam prenominati lo Seuasto et Mellisino com suis guarnire de militibus et sergentibus ad servandum eos, sicut millites Latini. Et isti milites et sergentes debent jurare fidelitatem et obedientiam domino nostro Duci Venetiarum et suis successoribus imperpetuum; et sic debent facere sui heredes et successores post decessum eorum imperpetuum, et teuere et possidere terram illam, et deffendere contra omnes homines ad honorem domini nostri Venet.; et amici erunt hamicis suis, et inimici erunt inimicis suis.

Franchamus autem homines septuaginta quinque a Strubulo usque ad suprascriptum flumen Muselle con suis heredibus et

bonis suis omnibus, que voluerint dicti Seuasto et Mellissino. De facto autem ceterorum villanorum loci debent esse in providentia nostra et de Seuasto et Melissino et ipsorum Chiranem et Millopotamum et abbatis[1]) Pollon, et de Scuasto duobus nostris militibus.

Insuper autem constituimus, quod nullus milles Latinus faciat forsium *(fortium)* suis vilanis; et si fortium eis facere ultra voluerit ordinatum inferius denotatum, potentiam habeant se nobis nostrisque successoribus reclamandi et habere de eo justicia. Damus enim potestatem hominibus, qui venturi sunt, remanere con militibus et sergentibus, et maritare filias suas, quibuscunque voluerint, dando eis de rebus suis convenientia.

Et si alliquis villanus voluerit esse monacus vel clericus, sit in sua potestate faciendi, quicquid sibi placuerit.

Ille vero, qui voluerit esse monacus, si habuerit uxorem et heredem, debet accipere de bonis suis suam portionem et dare monasterio. Et si heredes non habuerit, debet accipere medietatem de bonis suis. Allia vero medictas remaneat dominis suis, et sit libera.

Constituimus etiam, quod vilani debeant reddere constitutum redictum dominis suis, scilicet de toto, quod seminaverint, de pecoribus, de cacia, de porcis quintum; et qui de arostico *(acrosticho)* habuerit par bonum[2]), yperperum unum; et pro uno quoque scapetario medium yperperum unum crigana per ebdomada.

Item ordinamus, quod villani debeant laborare vineas dominorum suorum, et custodire similiter arbores; et tempore vindemie habeant in *(unam?)* medietatem, et aliam medietatem domini sui de facto omnium animalium, que fuerint.

Statuimus, ut duo homines ex parte nostra et duo allii ex parte dictorum debeant jurare et inquirere et judicare, sicut justum fuerit, bona fide et sine fraude, com nostro conscilio.

---

[1]) Abbatis e correctura.

[2]) In ms. correctum in boum.

Et omnes offensiones, que facte sunt inter Grecos et Latinos in hista insulla usque nunc, totas dimitit dominus noster Dux Venetic; et propter suum preceptum dimitimus et nos, et quod amodo inantea pro hoc non erunt carcerati, neque de insulla ejecti, neque aliquod mallum, neque de suis bonis alliquid injuste tollatur.

Omnes ractiones de militibus Latinis debent quiete permanere et sine angaria et dehinc per totum mensem Martii proxime venturum.

Villani illi, qui debent permanere con militibus, debeant partiri per suas turmas.

Omnes monachi clerici obedientes de Pathimos et ceteri monasterii, qui sunt in tenuta illa, debeant esse sine alliqua querimonia et damno. Homines vero Veneti debeant esse salvi et seccuri per totam insulam, eundo et redeundo, et con omnibus suis bonis et sine aliqua dactione.

Hec omnia ad sancta Dei evangelia juravimus observare bona fide, sine fraude.

Ego Dominicus Delphino, Ducha, manu mea subscripsi.
Ego Joannes Dauro, consiliator, manu mea subscripsi.
Ego Joannes *[Storlato]*[1]) consiliator, manu mea subscripsi.
: :
Ego Jacobus, judex, testis, manu mea subscripsi.
Ego Thonisto, testis, manu mea subscripsi.
Ego Joannes Longo, testis, manu mea subscripsi.
Ego Andreas Pantalleo manu mea subscripsi.
Ego Pangratius Falletro manu mea subscripsi.
Ego Petrus Querino manu mea subscripsi.
Ego Stefanus Dono manu mea subscripsi.
Ego Rigerius Grimani manu mea subscripsi.
Ego Joannes Fradello, testis, manu mea subscripsi.
Ego Marinus Quirino, testis, manu mea subscripsi.

[1]) Hoc nomen de Monacis suggerit.

CCLVI.

Promissio Cononis de Bethunia, Baiuli Imperii Romaniæ, facta Jacobo Theupolo, Potestati Constantinopolitano.

A. d. 1219, m. Octobri.

Liber Albus fol. 51. Libri Pactorum I, fol. 245. II, fol. 261.

Cfr. Du Cange „histoire de Constantinople“ liv. III, c. 1, p. 73: *„Après la mort de l'Imperatrice Yoland . . . la premiere chose à quoy les Barons François crûrent estre obligez, fut de pourvoir à la seureté de l'Empire, dans l'incertitude d'un successeur, ou du moins dans son absence: Car entre les enfans de l'Empereur Pierre, il n'y avoit à Constantinople que le ieune Baudoüin, qui y avoit pris naissance, et n'avoit que trois ans au plus; les autres estoient en France, où ils possedoient de grandes Seigneuries. S'estans assemblez pour cette occasion, ils éleurent premierement un Bail ou Regent de l'Empire, et defererent cette charge à Conon de Betune Senéschal de Romanie, qui l'avoit exercée, comme ie crois, aprés le deceds d'Henry, et estoit frère de Guillaume de Betune Avoüé d'Arras. Il fut choisi entre tous les Barons comme le plus capable à gouuerner, et le plus vaillant et le plus experimenté au fait de la guerre, et à la conduite des armées, dont il auait rendu des marques soûs les Empereurs Baudoüin et Henry“.*

Nos C*(onon)* de Beth*(unia)*, Seuastocrator et Baiulus Imperij Romanie, notum facimus presentes litteras inspecturis, quod specialiter iurauimus ad[1]) sancta Dei euangelia, quod nichil de iure, quod habent dominus Dux Venetorum et Potestas et Veneti in Imperio Romanie, uel Baiulatum habere uolumus, nisi per eorum licentiam.

Hoc a nobis iurato nobilis vir Jacobus Teupulus, Potestas Venetorum et Despotus Imperij, in presentia subscriptorum Baronum

Anselmi de Cau.[2]),

---

[1]) super LP.

[2]) An Cahieu sive Kaeu? De Anselmo Cahiensi v. Du Cange „histoire de Const.“ table des familles, p. 329. Anselmus de Kaeu, Nariot de Tuey, Joffredus de Meri una in alio diplomate s. 1238 infra sequente alleguntur.

Narioti de Tusciaco,
Macharij[1]) de Claromonte,
Balduini de Aino,
Petri Lupi,
Goffredi de Mairi[2]), domini Encnsis,

et aliorum quam plurium, Francigenarum et Venetorum, pro se ac pro suis Venetis dixit: „Nos predictum dominum Co*[nonem]* Baiulum esse uolumus in Imperio Romanie".

Insuper iurauimus, quod iustitiam Venetis, sicut et Francigenis, per totum bona fide ac sine fraude seruabimus.

Actum apud Salombriam in presentia domini Legati et domini Patriarche pluriumque Archiepiscoporum et Episcoporum, anno Domini millesimo CCXIX, mense Oct., indictione VIII.

CCLVII.

Jacobi Theupoli, Potestatis Cp., ad Petrum Ziani, Ducem, epistola.

A. d. 1219, die 10. m. Decembris.

E codice Eman. Cicognae nr. 869 edidit Romanin. l. l. II, p. 408 sqq. A tergo scriptum est: *Serenissimo domino nostro Duci Venetiae*. Hoc singulare documentum, ad quod ipse Cicogna (l. l. IV, 339. 340. 542) animum adverterat, ita in apographo insignitum est: *„Copia di una Scrittura publica antica delle cose di Costantinopoli, in tempo della vacanza di quell' Imperio et Patriarchato nel 1219. Et è una della già raccomandate per parte dell' Ecc.mo Senato nel 1383 alla Procuratia di Supra. Tratta fuori dalla rovina di altre molte parimente publiche di diversi generi, in gran numero perite, et illustrata con alcune degne annotazioni dall' Abbate Don Fortunato Olmo."* Nos hanc primam, quae quidem cognita est, relationem publicam, illustravimus emendatiorem in „Münchner Gelehrten Anzeigen", T. XLI, iii, 5. 6 a. 1855.

De rerum condicionibus haec adumbrat DuCangii „Histoire de l'Empire de Constantinople" III, 1. p. 73, 74:

Après la mort de l'Imperatrice Yoland, qui fut suivie de celle du Patriarche Gervais, la premiere chose à quoy les Barons François crûrent estre obligez, fut de pourvoir à la seureté de l'Empire, dans

[1]) Macarii LP. I. | [2]) Goffridi Mairi LP. I. II.

l'incertitude d'un successeur, ou du moins dans son absence . . . . . S'estans assemblez pour cette occasion, ils éleurent premierement un Bail ou Regent de l'Empire, et defererent cette charge à Conon de Betune, Senéchal de Romanie . . . . . Il fut choisi entre tous les Barons comme le plus capable à gouuerner, et le plus vaillant et le plus experimenté au fait de la guerre, et à la conduite des armées, dont il avoit rendu des marques soûs les Empereurs Baudoüin et Henry . . . . .

Durant cét interregne, estant survenu un differend entre les Ecclesiastiques des environs de Macre sur les confins de la Thessalie, d'une part, et la Noblesse Françoise de la méme Province, d'autre, au sujet des immunitez des Eglises, et des biens et possessions qui leur appartenoient, comme aussi des dixmes, qui devoient estre payées par les François ou Latins: il se fit une assemblée entre eux à Constantinople, en presence de Jean Colonne Cardinal et Legat du saint Siege dans l'Empire d'Orient, où Conon de Betune en qualité de Regent assista de la part de la Noblesse.

On y dressa des conventions et des articles pour terminer tous les demeslez qui avoient esté jusques à present, qui furent conclus et arrétez le troisiéme Dimanche de Caréme, l'un mil deux cens dix-neuf, et souscrites et sellées des Seaux des Barons. Entre autres choses il y fut arrété que les Eglises Cathedrales joüyroient de tous les biens, dont elles joüyssoient du temps de l'Empereur Alexis, surnommé Bambacorax, qui n'est autre qu' Alexis Comnene, pere de Jean.

Cfr. LeBeau l. c. XVII, 315.

Serenissimo domino suo, Petro Ziano, Dei gratia Venetiae, Dalmatiae atque Chroatiae Duci, quartae partis et dimidiae totius Imperii Romaniae domino, Jacobus Theupulo, de mandato suo Potestas in Constantinopoli et Despotis Imperii Romaniae, ejusdemque Imperii quartae partis et dimidiae vice sui dominator, suus subditus et fidelis, suumque Consilium, salutem et devotionis obsequium tam promptum, quam debitum.

Per agenda vestra et alia, quae huic Imperio vobis pertinent, pro transactis temporibus litteras nostras vobis misimus per navem, quae exivit per nuper transactum mensem Septembris.

Inprimis post mortem dominae Imperatricis dominus Cardinalis[1]) et dominus Patriarcha[2]) cum Praelatis, et nos, et dominus Cono de Beth*une* et Barones, parlamentum constituimus ad Rodestum, ut super negotiis huius Imperii provideamus, et ut concordetur factum possessionum ecclesiarum cum Imperio.

Quibus omnibus in eodem parlamento duodecima die intrante, mense Octobris, congregatis, praescriptus dominus Cardinalis ait omnibus dicens: quia summus Pontifex misit ipsum ad hoc Imperium, pro facto possessionum ecclesiarum inquirendum: „quas sic vobis peto, in primis, ut deliberare debeatis mihi omnes possessiones ecclesiarum cathedrarum et aliarum; quas si omnes refutare nolueritis, quaero, ut refutetis omnes possessiones supradictarum cathedrarum ecclesiarum, et duodecimam partem omnium aliarum possessionum Imperii: et pro unoquoque agricola laboranti modium frumenti et ordei unum“.

Et de his omnibus introitus transactorum trium annorum quaerebat, et usque ad tres annos haec tenere volebat, et hoc notificare domino Papae, ut in suo permanente arbitrio, dum esset *[ad]* summi Pontificis et sanctae Romanae ecclesiae voluntatem, et usquedum Imperium pervenerit ad bonum statum. Postea quoque volu(er)it, ut omnes possessiones ecclesiarum eisdem ecclesiis deveniant, et milites omnes et villani rectum decimum reddere debeant.

Sed praedictus dominus Cardinalis dicebat: quod, si praedicti Barones facere vellent, quia ipse facere*t* restituere eis duodecimam partem possessionum Imperii, quia ab Imperio ipsis ecclesiis fuit assignatum.

Super hoc ipsi Barones et nos nimis ventilantes, cum eo tandem ad talem finem devenimus: super quibus ipsi Barones

---

[1]) Erat hic Johannes de Columna, tituli S. Praxedis presbyter Cardinalis. De eo cfr. Raynaldum l. l. a. 1217, §. 8. 9., coll. a. 1220, §. 59. a. 1222, §. 14. 19. Officio Legati missus erat ab Honorio III.

[2]) Sc. Gervasius.

et nos consulti terminum recepimus ab eis, quod nos ipsis undecim*a* die astante, suprascripto mense Octobris, responderemus.

Et sic tunc ipsi Barones a Rodesto recesserunt, consilium super hoc habituri. Et ad talem secum devenerunt finem, sicut melius cum eo facere non potentes:

Quod dabunt ei tenutam de tribus millibus yperperorum de redditibus annuatim pro totis possessionibus, quas tenent per Imperium Romaniae a mane versus Constantinopolim et ultra Brachium; ita, quod deberet scribere domino Papae, ut super eis misericordialiter provideat, taliter, ut ad servitium Imperii possint perseverare. Quae omnia in Solambria cum eo constituerunt.

Nos quoque ab eodem Cardinali terminum recepimus, ad Constantinopolim sibi responsuri, praeponentes ei, quod nos praeceptum vestrum expectabamus per naves venturas a Venetia, quia hoc vobis dicendo miseramus.

Sed cum ad Constantinopolim venimus, et ipse, nos omnimodo infestando, super hoc responsurus, et quia hoc nos magis dilatare non poteramus, timorem vinculi excomunicationis plene etiam dubitantes — quae quidem excomunicatio de facili super nos revertebatur — quamvis de vobis tamquam de domino unico dubitantes, ne vobis hoc incongruum appareret, ad similem finem, concilio parvi et magni Consilii et militum, devenimus: id est, quod secundum quantitatem, quam Francigenae sibi dederunt, et nos ipsi dabimus.

Nos quoque, antequam a Rodesto recederemus, ibi refutare fecimus a militibus sextariorum omnes schalas, commerclia et redditus communitatis earum[1]), quae pro eorum communi tollebantur, secundum quod per vestras litteras nobis praecipiendo misistis. Et super his personas posuimus per nos, et fecimus

[1]) „oppure earum civitatum" Romanin. Sufficit: communitatum earum.

eligere capitaneos, castellanos et consiliarios, quia primam electionem eorum firmam esse nolebamus; et accepimus constitutum sacramentum ab eis.

In reversu tamen nostro ad Solambriam ibi in primis per nos et Barones *vir* nobilis, domin*us* Cono de Beth*une*, fuit electus Bajulus, et nobis sacramentum fecit satis decenter, quod nobis et nostr*o* consili*o* tunc placuit, et ipsum sacramentum suo sigillo sigillatum habemus. Quo facto petimus ei partes vestras acquisitarum terrarum regni Saloniki et Philippopolis, et alia vestra iura: super quibus omnibus dixit nobis responsurus apud Constantinopolim, quandocumque de nostra esset voluntate.

Ad hoc noscat praeclaritas vestra, quod dominus Constantinopolitanus Patriarcha, octavo intrante, superpraeterito mense Novembris, mortuus fuit; post cuius mortem dominus Cardinalis non bene se habet ad ea, quae vobis pertinent in Patriarchatu Constantinopolitano, in tantum etiam, quod ipse in ecclesiis quasi diruptis, positis in parte Francigenarum, in quibus post captionem Constantinopolitanam praepositi diu non fuerunt, praepositos fecit, et dicit, omnes praepositos Constantinopolitanos interesse electioni, et de ecclesiis vestrae partis in electione esse non concedit.

Unde procurator ecclesiarum partis terrae vestrae et ecclesiarum campi nostri appellavit ad dominum Papam, quod electio non fiat sine his.

Et tam ipse, quam omnes Barones et Francigenae, clerici atque laici, conantur de diminutione vestra in facto patriarchatus; sed pro Patriarcha eligendo Veneto tam capitulum Sanctae Sophiae — specialiter nostros Venetos — quam alia, quae ad honorem et utilitatem vestram et patriae nostrae nobis videntur, pro Veneto Patriarcha eligendo suscitare, prout convenit, festinamus; et ipsi canonici Veneti, qui sunt fere XXV, integrabiliter ad honorem vestrum manutenentur, et in Veneto omnes concordantur.

Et sciatis pro certo, quod, nisi nos firmiter ad honorem vestrum super hoc saepe saepius stetissemus, de facili diminutionem vos et patria nostra inde haberet.

Tamen, quidquid inde erit, credimus, quod electio sive quaestio vel appellatio Romam ibit. Super quo prudentia vestrae serenitatis provideat, et mittat ad dominum Papam viros discretos et providos, qui super hoc ad honorem vestrum valeant tractare, taliter, ut, quandocunque nuncii de capitulo et universitate vestrae partis pro hoc facto ad partes illas devenerint, cum consilio et auxilio vestro ad Curiam domini Papae descendentes, viam ad honorem vestrum et totius Venetiae inveniant praeparatam: quia totum honorem, quem in Imperio habetis, hunc esse computamus.

Nos tamen hic tam super nos, quam super aliis, ad honorem vestrum festinabimus studiose.

Sciatis pro certo, quod Barones palam dicunt et manifestant, quod ipsi iuraverunt dominae Imperatrici et suis heredibus, et quod pro certo dicunt, quod habent pro domino et Imperatore Philippum, filium eiusdem dominae Imperatricis; et ipsum expectant venturum ad Romaniam usque ad primum venturum festum nativitatis Joannis Baptistae: super quibus prudentia vestra secundum vestram discretionem provideat.

Et pro certo sciatis, quod in his duobus, videlicet in facto patriarchatus et Imperatoris, pendent ea omnia, quae ad honorem vestrum et patriae nostrae in hoc Imperio pertinent; et modo est necesse, ut haec manuteneatis ad honorem vestrum, quia tempus est super his providendi.

Unde nobis apparet et consiliis nostris, quod, si vos volueritis mittere a decem galeis et plus in hoc Imperium, praeparatas bene viris prudentibus et devotis hominibus communis Venetiae, quod vos poteritis manutenere et gubernare omnes honorantias, quas habetis in Romania.

Et haec nimis hoc tempore est necesse, ut vos et commune Venetiae super hoc provideatis et operemini.

Data decima intrante Decembris.

CCLVIII.

Pactum Soldani Turchie, (Alaeddin Keikobad), cum Jacobo Theupulo, Potestate in Romania.

A. d. 1220, m. Martio.

Liber Albus fol. 48. Liber Pactorum I, fol. 243 hoc titulo: *P. S. Turkie factum inter dominum cett. tunc Potestatem Constantinop. et legatum ejusdem Soldani.* Liber Pactorum II, fol. 258 hac inscriptione: *Pactum Sold. Turchiæ* etc. uti in Lib. Pact. I.

Cfr. Marin. T. IV, p. 192, et p. 249 sq. Andreae Danduli locum hucce spectantem supra laudavimus in pacto Jacobi Theupuli et Lascari Imperatoris nro. CCLII.

Anno domini Dei et Saluatoris nostri Jhesu Cristi. Nos Jacobus Teupulo, de mandato altissimi, fortissimi atque potentissimi domini mei, Ducis Venecie, Potestas in R*[omania]* et despotis[1]) Imperij R*omanie* eiusdemque Imperij quarte partis et dimidie uice sui dominator.

Recipientes ex parte altitenentis, felicis, magni generis, magni Soldani Turkie, domini Alatini[2]) Caicopadi, idest legatum suum gloriosum, familiarem eius, amira spatacarium[3]), sampsatinum[4]), amiralium[5]) iliasi, a quo recipientes nos scriptam conuentionem pacis Soldanee sue potestatis, id est chrusobolum eius superscriptum[6]) rubeis litteris, et inferius sigillatum aurea forma sui sigilli, continens sic:

„Id est, quod Soldanea sua potentia promisit, a nuper transacto mense Marci huius octaue indictionis usque ad duos

[1]) despotus LP. II.

[2]) Alaeddin Keikobad I, Sultanus Rum, i. e. Turchiae s. Asiae minoris, cujus caput Ikonium (Konish), regnabat 1220—1237 p. Chr. Cfr. Tom. I, p. 438, 439.

[3]) Forte Emir sipahsàlâr, exercitus ducem.

[4]) I. e. Schems-eddin, fidei solem.

[5]) An Emir et-ghâzi, princeps bellator?

[6]) suprascriptum LP. I. II.

annos habere pacem puram cum superpreclarissimo[1]) domino nostro Duce Venecie et cum uice sui uenturis despotibus et cum omnibus Venetis, qui sub dominatione eorum sunt in partibus Syrie et alijs locis, et cum intrantibus et exeuntibus cum eorum mercimonijs in omnibus terris Soldanee potestatis sue.

Et nemo de potestatibus Soldanee sue dominationis, uel de amiralijs, uel aliorum, audeat facere aliquod[2]) iniuriosum uel dampnum eis, neque aufferre aliquod[3]) ab eis, nisi solum[que][4]) duo per centenarium, secundum tenorem chrusoboli bone memorie patris et fratris sui, et secundum tenorem chrusoboli eiusdem sue Soldanee dominationis; neque ipsos Venetos in passagijs nec commerkijs debent litigari, nisi de solis duobus aufferre ab eis per centenarium.

De petris et perlis pretiosis et de argento et auro laborato et inlaborato et de frumento commerkium aufferre non debent.

Et si aliqua nauis Venetorum periclitabitur in locis et litoribus Soldanee sue dominationis, isti Veneti non debent dampnari: sed debet iuuari et reddi unicuique proprie inuente res ipsorum. Et si extranea nauis capta fuerit ab hominibus eius, et inueniuntur in ea Veneti, cum corporibus et rebus ipsorum sine dampno et timore erunt. Et etiam, si inueniuntur in ea peregrini, non debent retineri incarcerati, sed deliberabuntur. Et si aliqua nauis Venetorum fuerit persecuta ab alteris inimicis, et uenit ad litus siue terras Soldanee dominationis eius, debent iuuari et defendi ab hominibus Soldanee[5]) dominationis.

Super his quoque continet hoc chrusobolum, quod, si deuenerit placitum cum Venetis et aliarum gentium[6]), Latinorum, Pisanorum et aliorum in terris eius, hoc placitum debet indicari per electos Venetos ydoneos uiros, excepta plaga gladij

1) supra preclarissimo LP. I.; semper precl. LP. II bene.
2) aliquid LP. I. II.
3) aliquid LP. I. II.
4) que om. LP. II.
5) Sold. add. margini.
6) aliis gentibus LP. II.

et excepto latrocinio alicuius rei, in quibus debet iudicare[1]) Soldanea eius curia".

Et quia hec omnia suprascripta capitula in presenti chrusobolo continentur, inde conuenio ego dictus[2]) Jacobus Teupolo, de mandato altissimi, potentissimi et felicissimi domini mei Ducis Venecie in Romania Potestas[3]) et despotis Imperij R*[omanie]* eiusdemque Imperij quarte partis et dimidie uice sui dominator, cum consilijs[4]) et successoribus nostris et cum tota uirtute et potentia, quam habeo[5]) ab altissimo domino meo Duce Venecie, in tota subiectione et locis meis, in quibus homines Venecie posse habent, per mare et per terram, usque ad complimentum dictorum duorum annorum ad habendum cum Soldanea potestate firmam pacem, tali modo, quod omnes homines subiacentes Soldanee tue potentie, uenientes ad dictam subiectionem et meos locos suprascriptos, quibus homines Venecie aguntur, ab his salui et securi et sine dampno per mare et per terram esse debent, mercatizantes secundum usum eorum, dantes dationem, quam sub diebus nostris secundum usum dabant, quam quidem dationem similiter isti dare debent.

Et ut homines terre eiusdem altissimi Soldan(e)i[6]) intrantes dictam subiectionem et locos, et portum in eis facientes cum nauibus eorum et extraneis, a nostratibus saluabuntur. Et si aliqua nauis subiectionis predicti altissimi Soldani periclitabitur, in prenominatis locis illi, qui in ea inuenti erunt, debent reconciliari a periculo a nostratibus illic inuentis, et omnes res ipsorum conseruabuntur bona fide, et dabuntur unicuique proprie res inuente. Et si de illis aliqui, qui periclitabuntur, mortui fuerint, et de nostratibus illic inuenti fuerint, res[7]) inuente ab ipsis

---

1) iudicari LP. I.
2) dictus add. margini.
3) in regno Potestas LP. I.
4) consiliariis LP. II.
5) potestate, quam habeo LP. I. II.
6) Soldani LP. I. II.
7) ipsae res LP. I.

nostratibus illis reddi debent bona fide ab illis nostratibus, qui easdem res habuerint. Et si deuenerit et fuerit retenta[1]) aliqua extranea nauis ab ipsis nostratibus, et in ea erunt homines Soldanee potentie, debent ipsi conseruari sine dampno, et recipere proprias res inuentas ipsorum sine fraude. Et naues hominum Soldanee dominationis, que persecute[2]) fuerint ab altera generatione siue gente, et effugerint ad dictam subiectionem et locos suprascriptos per mare et per terram, debeant iuuari bona fide a nostratibus in illo loco inuentis, in quo ut persecute applicauerint.

Si quidam homines Soldanee dominationis tue mortui fuerint infra dictum terminum in predictis locis, res ipsorum debeant conseruari, usquedum participes mortui inquisierint eas[3]), quas ipsis dare[4]) debent sine aliqua litigatione.

Et si aliquis de superbis et infidelibus secundum stultitiam hominum fuerit de dicta subiectione et locorum prenominatorum, et faciet aliquod dampnum in rebus alicuius uel molestum alieni hominum[5]) Soldanee dominationis per mare uel per terram, huius rei causa debet satisfieri digne a dominatione mei dispotatus, et reddi debent res ablate, que inuente fuerint per examinationem. Et si malefactor recesserit in extranea terra, ita, quod ipse capi non possit, maleficium inquiri non debet. Verum tamen, si publicum fuerit, quod malefactor habet rem uel substantiam aliquam possessionum, tunc de his debet expleri illud, quod ablatum fuerit iniuste.

Omnia quoque capitula[6]) superius denotata, que sub me[7]) et michi pertinent, que sunt infra presens chrusobolum uerbum mee dominationis, debent esse firma a suprascripto mense Marci

---

[1]) detenta LP. II.
[2]) qui persecuti LP. II.
[3]) eas om. LP. II.
[4]) dari LP. II.
[5]) alicui homini LP. I.
[6]) sub me sunt et LP. II.
[7]) omnia quæquæ cap. quæ sunt sup, den. qu. s. m. et in pertinentia mea sunt, infra Marin.

usque ad duos annos. Que[1]) propria manu et ore super sancta[2]) Dei euangelia iurauit meus dispotatus, cum qua in[3]) presenti chrusobolo sanguineis[4]) litteris scripsit mea dominatio, et forma sigilli nostri aurei inposita est, et sanguineo sirico sigillato[5]).

CCLIX.

Exemptio ecclesiarum Venetarum in Romania a iurisdictione Patriarchæ Constantinopolitani, facta per Matthæum Patriarcham.

A. d. 1221, die 31. m. Januario.

Liber Albus fol. 68.

Andreas Dandulus ed. cit. p. 342: *Matthæus, Patriarcha Constantinopolitanus, ad petitionem Angeli, Gradensis Patriarchæ, declaravit, ut Venetorum ecclesiæ per totum Imperium Romaniæ a iurisdictione sua intelligantur exemtæ, ut fuerant tempore Græcorum.*

Le Bret T. I, p. 485. De Mattbaeo Patriarcha cfr. Du Cange „histoire de Const.“ liv. III, ch. 2, p. 75. Lebeau T. XVII, p. 317. Raynaldus ad annum 1221, §. 27. Le Quien l. c. III, 802.

In nomine domini Dei et Saluatoris nostri Yhesu Christi. Anno Domini millesimo II^C XX°[6]), mense Januarii, die ultimo, indicione nona. Rome.

Dignitatis nostre offitium decenter et utiliter tunc exequi comprobamur, cum collatam unicuique ecclesie Constantinopoli posite libertatem solicitudine prouida custodimus, et ipsis ecclesiis iura sua illibata curamus et integre conseruare.

Sicut enim nulli in ultra, quam mercatur, aliquid a nobis est fauore gratie concedendum, ita nemini, quod sui iuris esse dignoscitur, a nobis est ullatenus denegatum.

Igitur nos Matheus, diuina fauente gratia Constantinopolitanus Patriarcha, quia manifestum et certissimum nobis est, quod Venetorum ecclesie, que tam in urbe Constantinopoli sunt, quam in aliis Imperii partibus constitute, nulli Patriarcha-

[1]) et quæ Marin., qui documenti finem excerpsit.
[2]) supra sancta LP.
[3]) et quodcumque in pr. Marin.
[4]) sanguin. in rasura.
[5]) et form. s. n. omnia quæ imposita sunt et signavero Siriaco sigillo. Sic Marin. (!)
[6]) Add. uno, secundum rationem Latinorum.

rum Grecorum fuerint aliqua umquam conditione subiecte, sed in omnibus, et in spiritualibus, et in temporalibus, sine exactione aliqua cum omnibus pertinentiis suis libere sint, dominus Papa Honorius[1]) concessit nobis, in cunctis Romanie ecclesiis plenam et integram iurisdicionem habere, in hoc, si quod iuris habemus uel ratione priuilegii uel concessionis a dicto domino summo Pontifice nobis facte, aut aliquo alio modo, ipsi iuri nostro nostrorum canonicorum consensu prorsus renuntiamus, ut ecclesie ipse sua iustitia non priuate pleno suo iure utantur, et sine aliqua exactione sint libere et ab omni nostra et successorum nostrorum iurisdicione exempte.

Hec autem, que continentur superius, canonicorum nostrorum consensu cum nostris successoribus nos promittimus seruaturos; et si in aliquo contra temptauerimus ueniendum, vobis domino Angelo Barocio[2]), Gradensi per Dei gratiam Patriarche uestrisque successoribus et omnibus Episcopis, Abbatibus aliarumque ecclesiarum Prelatis, qui ecclesias habent in Imperio infrascripto, eorumque successori unicuique, cui non seruaretur comissio supradicta, cum nostris successoribus debeamus pene nomine emendare marchas puri argenti centum; et pena soluta, uel non, que supra scripta sunt, firma semper in perpetuum perseuerent.

Ego Matheus, Dei gratia sancte Constautinopolitaue ecclesie Patriarcha, subscripsi.

Ego Phylippus, canonicus Constantinopolitane ecclesie et procurator capituli in ellectione Patriarche, subscripsi.

Ego Johannes Istrego, canonicus Constantinopolitanus et procurator capituli in ellectione Patriarche, subscripsi.

Ego Stephanus Betani, testis.

Ego Jacobus Teuplo, testis.

Ego Bartholomeus, sancti Pauli presbiter et notarius, compleui et roboraui.

---

1) Scilicet Honorius III.

2) De eo vide nos supra p. 59.

CCLX.

Confirmatio partitionis in Romania, facta a Roberto Imperatore Marino Michaeli, tunc Potestati Venetorum Constantinopolitano.

A. d. 1221, m. Martio.

Cod. Lat. S. Marci 228, fol. 6.

Andreas Dandulus ed. cit. p. 342: „*Robertus pubes factus post decessum parentum per Hungariam et Blachiam Constantinopolim perrexit, et coronatus est a Matthæo Patriarcha. Hic Marino Michael, pro Venetis Potestati, pacta prædecessorum renovavit; et pro conservando Imperio vicissim utilia statuunt*“. Du Cange „histoire de Constantinople“ liv. III, ch. 2, 3.: „*L'Empereur Robert estant ainsi entré dans le gouvernement, assembla premierement les Barons François et les Venitiens, ausquels Marin Michiel commandoit pour lors en qualité de Bail, traita auec eux de l'estat des affaires d'Orient, en reconnut les forces, et pourueut à tout ce qui estait necessaire dans la conioncture du temps. Il ratifia en suite tout ce qui avoit esté fait auant sa promotion à l'Empire par le Regent, qui estoit decedé*“ etc. Adde LeBret l. c. T. I, p. 484 sq. Lebeau T. XVII, p. 318. Idem Imperator eodem anno ecclesiarum jura confirmavit. Exemplum hujus confirmationis satis notabile inseruit operi suo Raynaldus l. l. §. 24—26.

Noscant omnes, tam presentes, quam futuri, quod nos Robertus, Dei gratia fidelissimus in Christo Imperator, a Deo coronatus Romanie moderator et semper augustus, et Marinus Michaelis, qui in parte illustrissimi domini nostri Ducis Veneciarum, que est in Romania, et in eadem quarta parte et dimidia tocius eiusdem Imperii, uicem eiusdem domini Ducis Veneciarum *rector*, *una*[1]) cum conscilio meo, quod omnem ordinationem, particionem et examinationem factam per partitores, qui fuerunt constituti per dominum B*[alduinum]*, memorati Imperii Imperatorem, et per dominum Henricum Dandulum, condam Ducem Venetorum, ac dominum Bonifacium, Marchionem Montisferati, ceterosque Barones peregrinos ac omne comune tocius exercitus, qui Constantinopolitanum Imperium acquisiuerit, inrevoca-

[1]) rectorem cod.

biliter confirmamus: secundum quod tempore illo, cum dominus Imperator per Potestatem Venetorum *[et]* eius conscilium et per magnates Francigenarum *[in]*[1]) unum se concordauerint, quod *(si)* dominus Imperator ad expedicionem, ad acquisitionem et defensionem Imperii prociderct[2]), tunc omnes milites Imperii, tam Francigene, quam Veneti, moniti per supra notatum conscilium, sequi debent dominum Imperatorem in expedicione illa, a Kalend. Junii usque ad festum Sc. Michaelis primo venturi: tali vero ordine, quod milites illi, qui propinquiores erunt inimicis, ne forte detrimentum inde incurrant, non nisi medietas illo teneatur sequi dominum Imperatorem; et si graviter ab inimicis fuerint infestati, nemo eorum teneatur accedere ad expedicionem.

Et si aliqua principalis persona cum exercitu campestri intrauerit Imperium ad destructionem eiusdem Imperii faciendam, tunc omnes milites tanto plus moram termini predicti cum domino Imperatore facere debent, quanto eis per supra dictum conscilium fuerit iniunctum.

Statutum siquidem fuit, quod omnes milites, qui possessionem et feudum habeant in Imperio, tam de Francigenis, quam de Venetis, hoc totum, quod suprascriptum est, ad observandum firmare debent iuramento.

Dominus vero Imperator omnes alias res et expensas ad defendendum et manutenendum Imperium statim omni tempore facere debet. Insuper etiam, quicquid eidem domino Imperatori per supradictum conscilium fuerit consultum ad defendendum et manutenendum Imperium, facere debet, quia ad hoc perficiendum concessa est ei quarta pars tocius Imperii Romanie.

Quodsi totum, quod suprascriptum est, tam per milites, quam per dominum Imperatorem non fuerit observa*t*um, non hac occasione debet dominus Imperator aliquem militem expoliare a possessione sua, nec milites dominum Imperatorem; sed

1) *et* cod. | 2) Leg. procederet.

coram iudicibus, qui tempore illo tam per Francigenas, quam per Venetos erunt constituti, debet causa ventilari; et secundum quod ipsi iudices iudicaverint, debet ab utraque parte observari.

Dominus siquidem Imperator nemini contra iustitiam aliquo tempore facere debet; et si, quod absit, fecerit, ad admonitionem memorati conscilii coram supradictis iudicibus in presentia sua satisfacere debet. Debent namque omnes Veneti veniendo, stando, eundo et redeundo, per totum Imperium Romanie et eorum res esse absque omni contrarietate et absque ulla datione. Omnes etiam possessiones et honorificentie, quas homines Venecie habuerint et habuerunt in tempore Grecorum per totum Imperium Romanie, tam cum subscripto, quam sine subcripto, et hab*ent* ad presens et habere contingerint, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, firme eis et illibate permaneant.

Nullus homo, habens verram cum comuni Venecie, debet esse receptus, nec morari in Imperio, donec ipsa verra fuerit pacificata.

Confirmamus insuper totum scriptum pacti, quod fuit factum et iuratum per memoratum dominum Imperatorem, tunc Comitem Flandrensem, et dominum Ducem Venecie, et dominum Marchionem Montisferati, ceterosque Barones cum omni comuni exercitus memorati.

Insuper nos dictus Imperator firmum conseruabimus Imperium, omnia alia pacta et scripta, que defunctus dominus Balduinus[1]) Imperator et dominus Henricus Imperator et Ylix Imperatrix, auunculi et matris nostrae, fecerunt domino Duci Veneciarum et Potestatibus Constantinopolitanis Venetorum et comuni Venecie; et quod paginas sigillatas, facta*(s)* per baiulos Imperii, et sentencias, constitutas inter Francigenas et Venetos, firmas semper habebimus.

---

[1]) In cod. corrupte bado.—Ylix est Yole s. Yolanta. Cfr. supra nr. CCII.

Et hec omnia, que superius sunt denotata, affirmamus nos Imperator personalum (leg. *personaliter*) per sacramentum et per nostrum presens pendens sigillatum scriptum, et ut Barones, qui nobiscum venerunt, morati in Imperio, faciant sacramentum tibi rectori et tuo conscilio, quod et alii Barones fecerunt.

Actum Constantinopoli in palatio Bucca leonis et ecclesia Sancti Angeli, in presencia et testimonio:

Girardus de Ostrerie,
Ponci de Leone,
Millonis de Brabant, junioris,
Guidonis de Uallaso,
Maneti Castellano,
Clarembaldi, Baronum Francigenarum,

et aliorum plurium.

Johannis Barastri,
Jacobi Prebamanni et
Nicolai Contarini,

Venetorum consciliatorum, et aliorum plurium.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo uicesimo primo, mense Marcii, indictione nona, Imperii nostri anno primo.

CCLXI.

Privilegium Johannis de Ibilino, Beriti domini, concessum Venetis de facto libertatum mercationis.

A. d. 1221, m. Decembri.

Liber Albus fol. 197.

Cfr. Marin. T. IV, p. 252, 253: *Un' altra scala di commercio, che nei Secoli posteriori divenne floridissima, era Baruti, anticamente Berito. Non la perdettero già essi di vista, e fecero un trattato col Sig. di quel luogo che si diceva Giovanni di Beilino, Sig. di Berito, il qual tiene in sè le condizioni seguenti:*

I. Libertà a' Veneziani di esitare tutte quelle merci che avranno condotte entro la catena di Baruti, e sieno esenti do ogni jus, e consuetudine, e medisamente di quelle riposte nei fondachi.

II. Sieno pur esenti dall' aggravio terzaria tutte le merci che si estrarranno per mare.

III. Sieno pur esenti dall' ancoraggio.

IV. Avranno libera Curia a Baruti per giudicare i proprj nazionali, eccettuati l' omicidio, la violenza, ed il furto.

Idem adnotat: *Il documento che ho estratto così viene ad enunziarsi in uno dei libri Pactorum, o nei libri detti Commemoriali, che raccolgono una collezione di varie convenzioni, decreti, maneggi, non sovvenendomi in qual di essi sia scritto, ma vi è:*

„MCCXXI. 1. Decembris. Privilegium quod fecit Communi Venetiarum dominus Jo: de Beylino dominus Beritho in facto immunitatum, Venetis mercatoribus in Beritho per eum concessarum."

Incomincia: „In nomine Domini Patris, et Filii, et Spiritus Sancti etc. Notum sit omnibus præsentibus et futuris, quod ego Joannes de Beylino D. gr. Berithi Comes dono, et concedo, et confirmo Communi Veneticorum libertatem etc."

Eodem tempore et Januenses ab hoc Johanne larga privilegia obtinuerunt, coll. Pagano l. l. p. 206. 207.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Johannes de Ibilino, Dei gratia Beryty dominus, dono, concedo et confirmo comuni Venetorum libertatem in Beryto de omnibus rebus, quas per cathenam Beryti adduxerint, et in Beryto miserint, ut sint liberi et inmunes ab omni iure et consuetudine. Et de omnibus mercibus, quas in funda Berity emerint, similiter sint liberi et inmunes ab omni iure et consuetudine.

Et de terciaria, in quocumque uasello ipsam mercem miserint et de funda Beryti extraxerint, omnia uasella Venetorum, que in Beryto applicauerint, sunt (l. *sint*) liberi et inmunes de ancoragia.

Dono etiam et concedo prefate comuni curiam liberam in Berito, exceptis tribus rebus: homicidio, ui et rapina.

Et si forte contingerit, quod aliqui Venetorum comiserint michi uel alicui meorum hominum rapiendo marino itinere, quod

ego nullum alium Veneticum possum accusare in censum siue in penam[1]) preter malefactores.

Et si euenerit, quod aliquod uasellum Veneticorum fractum fuerit in terra Berity, quod ego scruabo uasellum et homines et omnia, que in predicto uasello fuerint, secundum meum posse.

Ut autem hec omnia, sicut suprascripta sunt in hoc priuilegio, firma et rata permaneant imperpetuum, ego supranominatus Johannes de Ibiliuo, Beryti dominus, presens priuilegium sigillo meo plumbeo muniui et confirmaui.

Testes sunt:

Rainaldus de Mimars.
Thomas de Retel.
Matheus de Nefin.
Terricus Breibam.
Symon Grimaud.
Henricus Pernigre.
Girardus Liece.

Actum anno ab incarnatione Domini MCCXXI, mense Decembris.

CCLXII.

Priuilegium Johannis de Ibilino, Biriti domini, concessionis et confirmationis comunis Venecie facte de libertate, quam Veneti habent in Birito.

A. d. 1222. m. Junio.

Liber Albus fol. 162. Liber Pactorum I, 264. Cfr. supra privilegium Guidonis a. 1217, nro. CCL.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Johannes de Ibilino, Dei gratia Birity dominus, dono, concedo et confirmo comuni Venetorum libertatem in Berito de omnibus

---

[1]) Cod. inperam.

rebus, quas per catenam Beryti adduxerint, et in Biryto miserint, *(ut)* sint salui et liberi in rebus et in personis ab omni iure et consuetudine. Et de omnibus mercibus, quas in fundo Beryti emerint, similiter sint liberi et inmunes ab omni iure et consuetudine, et etiam de omnibus mercibus, que ueniunt per mare et per terram, scilicet banbacium, seta et opera sete[1]), piper et incenso et çucaro et omnibus specijs, indego et nerçi[2]) et omnia, que fuerit tintura, lana et opera lane; linus et opera lini; perle et petre, uitro et sabon. Hec omnia possint emere in ciuitate Beryti sine iure et consuetudine.

Et de terciaria, in quocunque uassello ipsam mercem miserint, quam de fundo et de ciuitate Beriti extraxerint, sint liberi et inmunes ab omni iure et consuetudine. Et si ipsi uoluerint ipsas res, quas per cathenam Berity miserint, trahere extra Beritum per cathenam, ut sint liberi et inmunes ab omni iure et consuetudine.

Dono et concedo etiam prefacto comuni Veneticorum curiam in Berito ad usus et consuetudinem Venetie, exceptis tribus rebus: homicidium, uim et rapinam. Et ista tria, sicuti habent in . . .[3]). Et omnia uasella Veneticorum, que in Berito applicauerint, sint liberi et inmunes de ancoragia.

Et si forte contingerit, quod naues Veneticorum frangerentur in terra Berity, sint salui et liberi in rebus et in personis.

Et si euenerit, quod aliquis homo de Veneciis iret in cursu et fecisset aliquod dampnum michi uel meis hominibus uel alicui homini, quod mercatores, qui essent in Berito, aut uenientes in Beryto, non sustine*[a]*nt inde dampnum.

Et si euenerit, quod aliquis Veneticus ueniat ad obitum mortis, habeat potestatem faciendi testamentum suum et ordinare se in Venetico. Et si euenerit, quod ipse non ordinaret

---

1) bambacium et opera bambacis LP.
2) uerzi LP.
3) Compendium scripturae: anco. Fortasse latet: Achone, i. e. Acre.

se Veneticus (uel), Venetici habeant potestatem intromittere bona sua et extrahere et educere. Si autem contingerit, quod in terra Berity non inueniret*[ur]* Veneticus, ego supradictus Johannes de Ibilino, Berity dominus, possim intromittere bona sua et seruare, usque dum dominus Dux Venetie mitteret michi suum nuntium uel litteras suas. Et secundum mandatum, quod michi miserit, debet fieri.

Et hec omnia suprascripta feci pro amore uenerabilis Ducis Venecie, Petri Ziani, nomine et precibus domini Andree Michaelis, ex parte eiusdem Ducis nuntii.

Vt igitur hec omnia, sicut suprascripta sunt in hoc privilegio, firma et rata semper permaneant, presens privilegium sigillo meo plumbeo munivi et confirmavi.

Testes hujus rei sunt:

Rainerius de Mimars.
Simon Jopensis.
Thome de Retel.
Girardus Leece.
Tercius[1]) Breban.
Climens de Gibelin.
Baldoinus de Gibelin.
Simon Grimaud.
Matheus de Nesin[2]).

Actum anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo vigessimo secundo, mense Junii.

CCLXIII.

Augmentatio militiarum Crete, per dominum Petrum Ziani, Ducem Venecie, et eius successores, concessa et facta tam uiris equitibus, quam peditibus insule supradicte.

A. d. 1222, mense Junio.

Liber Albus fol. 78. Liber Pactorum T. III, fol. 139. Codex Latinus S. Marci 230, fol. 28 hoc titulo: *Hoc est pactum siue*

[1]) Terricus LP. | [2]) Nefin LP.

concessio, quam fecit d. Petrus Zianni, Dux Venetiarum, militibus, quos misit in Crete, ad diuidendum quinque turmas in sesaginta militias. Edidit Flamin. Cornel. „Creta Sacra" T. II, p. 251 sqq.

Andreas Dandulus ed. cit. p. 341: *Dux* (Petrus Ziani) *postea probos cives, ut resisterent, Cretam misit, et novos feudatarios per suam concessionem illos constituit.*

In nomine domini Dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini millessimo ducentesimo vigesimo secundo, mense Junii, indictione decima. RIVOALTI.

Post concessionem carte[1]), quam cum judicibus et sapientibus conscilii populique Venecie collaudacione de insula Crete[2]) militibus et sergentibus, qui in ea scripti sunt, fecisse dignoscimur[3]), currente anno Domini millessimo ducentesimo vndecimo, . . . die mense[4]) Septembris, indictione quinta decima, Riuoalti, diuidentes inter ipsos milites, qui debebant esse centum et triginta duo, et dicti pedites, qui esse debebant quadringenti et octo, in insulam eandem[5]) in militias ducentas, hijs ex ipsa insula exceptatis[6]), que in nostro comuni retinuimus, sicut plenius in concessione legitur memorata, nos Petrus Ziani, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux et quarte partis ac dimidie tocius Imperii Romanie dominator, una cum judicibus et sapientibus conscilii populique Venecie collaudacione, intellecta uoluntate Ducis et militum et sergentum de Crete, pro nobis preces efusas ab eorum missis uiris nobilibus, uidelicet Marino Contareno et Petro Quirino, et etiam ab Andrea Pantaleo et Pancracio Faletro, post eos ad nostram presentiam destinatis, quatenus dictarum militiarum ducentarum deberemus numerum augmentare, ex hijs videlicet, que paulo inferius

1) præsentia concessionem cod. Ven.; concessionem cartam Corn.; concessionem Tarvisii LP.
2) Cretensi Corn.
3) dignoscimus LP.
4) undecimo mensis Corn.
5) quadraginta octo in insula eadem cod. Ven. Lege quadraginta et octo, insulam eandem in m. d., coll. supra p. 139.
6) eis ex ipsa exceptis cod. Ven.

specificabimus, que[1]) ante dicti missi producta[2]) militibus et seruientibus[3]) Crete propter ipsam augmentationem in nobis resignarunt et testificarunt pro nostro libito ordinanda, ut per ipsum numerum[4]) militum et peditum augmentatum[5]) insula eadem magis esset secura; coucedentes concedimus cum nostris successoribus, ac damus et transactamus uobis uiris, militibus et peditibus, quorum nomina inferius scripta sunt, et uestris et eorum heredibus imperpetuum, prout inferius dilucidabitur aparte:

Castrum Milopotami cum suis pertinentijs omnibus. Castrum Boni Reparii cum omnibus suis pertinentijs cum quinque turmis, quarum una est Milopotamo[6]). Alia est Riicus *[Retimus?]* [*]). Tercia est Calemona, de qua Greci habent duas militias, que in hoc esse nec computari debent. Quarta uero turma est Catosiurato[7]); et quinta est Apanosiurato[8]), hijs uidelicet computatis in sexaginta militiis inter militias et sergentarias, computatis sergentariis sex pro una militia.

De quibus militijs sexaginta tu, Nicolae Grilione[9]), de confinio sancti Heustadii, habere debes duas militias; et habes de hauere comunis nostri pro eis libras Venecie octingentas[10]). Et tu, Petre Centucori, de confinio sancte Trinitatis, habere debes duas millitias et tres sergentarias super vna, quarum balistarius vnus debet residere; et habes per easdem de hauere nostri comunis libras Venetie mille. Tu uero, Michael Superantio, de confinio sancti Angeli, habere debes militias duas et tres

---

1) qui Corn.
2) pro dictis Corn. recte.
3) serv. rogaverunt Corn.
4) a nobis pro n. lib. ordinandam ut per ipsum numerus Corn.
5) augmentaretur in Corn.
6) Milopotamio ... rivus Corn.
7) Catosiurito Corn.
8) Apanosiurito Corn.; Apanosiurata LP.
9) tu Theodore Gr. Corn.
10) libris V. octingentis Corn.
*) Cfr. Cornel. l. l. I, 43. II, 138. de Torres l. l. 195. Pashley, travels in Crete I, 319.

sergentarias, in quarum una balistarius vnus debet stare; et habes de hauere nostri comunis pro eisdem libras Venetie M. Tu uero, Bartholomee Bono, de confinio sancte Marie Formose, habere debes militias duas et sergentarias tres, in quarum vna stabit vnus balistarius; et habes pro eisdem de hauere nostri comunis libras Venecie mille. Et tu, Damiane Mudazo, de confinio sancti Johannis decollati, habere debes duas militias et sergentarias tres, in quarum vna stabit balistarius unus; et habes pro eisdem de hauere comunis Venecie libras Venetie mille. Nam uolumus clarius dilucidare, quantas militias et quot denarios proinde tam uos milites supradicti, quam uos milites et pedites inferius specificati receperitis[1]) pro quolibet, ut nulla temporum mutatione, quod actum est in[2]) his, obliuioni tradatur; quoniam, que scriptura[3]) non anotantur[4]), de facili ab humana mente, ut cercius dinoscitur, solent multociens labi.

Et tu, Bartholomee Gradonico, de confinio sancti Bartholomei, habere debes vnam militiam et sergentarias tres, in quarum vna stare debet vnus balistarius; et habes pro eisdem de hauere nostri comunis libras Venet. sexcentas.

Et tu, Pangraci Talonigo[5]), de confinio sancte Justine, habere debes vnam militiam et sergentarias tres, in quarum stabunt duabus in eodem modo duo balistarii; et habes pro eisdem de hauere comunis Venet. libras sexcentas.

Et tu, Aurie Pasqualigo, de confinio sancti Juliani, habere debes vnam militiam et sergentarias tres, in quarum vna stabit vnus balistarius; et habes de comuni hauere libras Venet. sexcentas.

Tu uero, Johannes Paradiso, de confinio sancti Yeremie[6]), habere debes militias duas et sergentarias tres, in quarum vna

[1]) receepissetis LA.

[2]) pro quolibet, ut nulla temporum mutatione, quod actum est in add. Corn. et cod. Ven.

[3]) scripta Corn.

[4]) anotentur cod. Ven.

[5]) Taneligo LP.

[6]) Hieremie Corn.

tenere debes vnum balistarium; et habes de comunis habere libras Venet. mille.

Tu uero, Jacobus Zancharole[1]), de confinio sancti Juliani, habere debes militias duas; et habes pro eis de habere comunis libras Venet. octingentas.

Et tu, Basilione Basilio[2]), de confinio sancti Johannis Grisostomi, habere debes militiam vnam; et habere debes[3]) de hauere comunis pro eis libras Venet. octingentas.

Et tu, Juliane Zancharole, de confinio sancte Marine, habere debes militiam vnam et sergentarias tres, in quarum una stare debet vnus balistarius; et[4]) habes pro eisdem de hauere comunis libras Venet. sexcentas.

Tu uero, Romee Grilione, de confinio sancti Heustadii, habere debes militiam vnam et sergentarias tres, in quarum una residere debet unus balistarius[4]); et habes pro eisdem libras Venet. sexcentas.

Et tu, Marine de Equilo[5]), de confinio sancte Marie Jubanico, habere debes militiam vnam et sergentarias tres, in vna quarum stare debent duo balistarij; et habes de habere comunis pro eisdem libras Venec. sexcentas.

Et tu, Johannes Venerio, de confinio sancti Cassiani[6]), habere debes militiam vnam; et habes de habere comunis pro eisdem libras Venet. trecentas et septuaginta quinque.

Et tu[7]), Marce Daurofino, de confinio sancti Cassiani[8]), habere debes militiam vnam; et habes de habere comunis libras Venet. trecentas et septuaginta quinque[7]).

Preterea tu, Jacobe Fuscareno, de confinio sancti Pauli, habere debes militiam vnam et sergentarias tres, in vna quarum

[1]) Zancarolo Corn.
[2]) Basiliole LP.
[3]) mil. un. et hab. debes om. C.
[4]) et habes—balistarius om. C.
[5]) Equilio Corn.
[6]) Cassani LP.
[7]) et tu—quinque om. Corn.
[8]) Cassani LP.

existere debet vnus balistarius; et habes de habere comunis Venec. libras Venet. sexcentas pro eisdem.

Et tu, Laurenti Natalis, de confinio sancte Margarite, babere debes militiam unam; et habes de babere comunis Venec. libras Venet. trecentas et uiginti quinque.

Et tu, Marce Manoleso[1]), de confinio sancti Barnabe, babere debes militiam vnam; et habes de habere comunis Venec. libras Venet. trecentas quinquaginta pro eisdem.

Et tu, Jacobe Nicola, de confinio sancti Symeonis apostoli, habere debes militiam vnam; et habes de habere comunis Venec. libras Venet. trecentas et quinquaginta pro eisdem.

Et[2]) tu uero, Andree Istrigo, de confinio sancte Justine, babere debes militiam vnam et sergentarias tres, in quarum duabus existere debent duo balistarii; et habes pro eisdem de babere comunis Venec. libras Venet. sexcentas.

Et tu, Marce Flaymba[3]), de confinio sancti Basili, babere debes militiam vnam; et habes de comunis habere[4]) pro eis libras Venet. trecentas et quinquaginta.

Tu, Leonardus de Uinea, de confinio sancti Geruasi, habere debes militiam unam; ct habcs de comunis babere[5]) libras Venec. trecentas et uiginti quinque.

Et tu, Marce Pino, de confinio sancti Pantaleonis, habere debes militiam unam; et habes de babere comunis libras trecentas et uiginti quinque pro eis.

Et tu, Marce Simiteculo, de confinio sancti Cassiani, babere debes militiam vnam; et babes de habere comunis pro ea libras Venec. trecentas et uiginti quinque.

Et tu, Johannes Triuisane[6]), de confinio sancti Barnabe, habere debes militiam unam; et habes de comunis hauere pro ea libras Venec. trecentas et uiginti quinque.

[1]) Manolesso Corn. LP.
[2]) *et* om. Corn. LP.
[3]) Flaimba Corn.; Flaybane LP.
[4]) de Communi Veneciarum C.
[5]) communi Ven. Corn.
[6]) Taruisano LP.

Et tu, Michael Gradonico, de confinio sancte Marine, habere debes militiam vnam; et habes de comunis hauere libras Venet. trecentas et uiginti quinque pro ea.

Et tu, Angele Signolo, de confinio sancti Raphaelis, habere debes militiam vnam; et habes de comunis hauere libras Venet. trecentas et uiginti quinque.

Et tu, Thome da[1]) Tumba[2]) de Caproli[3]), habere debes militiam vnam; et habes de comunis hauere libras Venet. trecentas et uiginti quinque.

Et tu, Leonarde Patauino, de confinio sancti Pantaleonis, habere militiam unam debes; et habes[4]) de comunis hauere libras Venet. trecentas et quinquaginta.

Et tu, Margarite Fuscari, de confinio sancte Fusce, habere debes militiam vnam; et habes de comunis hauere libras Venet. trecentas et uiginti quinque.

Et tu, Michael Aquotanto, de confinio sancte Agnetis, habere debes militiam unam; et habes pro ea libras Venec. trecentas de comunis habere.

Vos uero: Johannes Catarine[5]), de confinio sancti Geminiani; et Viuiane[6]) Draperie[7]), de confinio sancti Siluestri; et Aldigerie Triuixano[8]), de confinio sancti Hermacore; et Bonafacine de Emicis, de confinio sancti Raphaelis; et Buge Sartor[9]), de confinio sancti Casiani[10]); atque Ardiçonus Çonus de ciuitate Padue, habere debetis pro quolibet mediam militiam. Et habetis pro quolibet de comunis habere libras Venec. centum quinquaginta pro eisdem.

Vos uero pedites, quorum nomina hec sunt: Pavionus Corizarius, de confinio sancti Luce; Andreas Becarius, de confinio

---

[1]) *de* Corn.
[2]) Datũba LP.
[3]) de Caprole Corn. et LP.
[4]) habere debes Corn.
[5]) Cathar. Corn.; Contarine LP.
[6]) Vivianus Corn.
[7]) Daprariae LP.
[8]) Taruisano LP.
[9]) Bugesator Corn.
[10]) Cassani LP.

sanctorum Apostolorum; Dominicus Entio, de confinio sancte Fusce; Nicolaus Cuscinus[1]), de confinio sancti Marci; Marinus Sartor, de confinio sancti Benedicti; Aliotus Faber, sancti Luce; Dominicus de Sacho, de Pupilia; Hermacoras Vngaro, sancti Paterniani; Prandus, sancti Pauli; Bosius, frater Viuiani, sancte Margarite; Çilius, sancti Vitalis; Angelus Sartor, sancti Benedicti; Dominicus de Calle de Clugia[2]); Çilbertus Calegarius[3]), sancti Juliani; Andreas Trivixano, sancti Gregorii; Marcus Belli, sancti Johannis euangeliste; Laurentius Luganega, sancte Sophye; Albertinus Capelleto, sancte Sophye; Martinus Mauro, de eodem confinio; Johannes de Latina, sanctorum Apostolorum; Angelus Filacaneus[4]), sancti Thome; Michael Bono Pelliparius[5]), de eodem confinio; Cristoforus Busso de Cuglia[6]) maioris[7]); Bosius Campo de Rame[8]), de confinio sancti Benedicti; Berrecta[9]), de confinio sancte Marine; Dimitrius Aycardo[10]), de confinio sancti Geremie[11]); Armanus Scutarus, sancti Luce; Angelus Damiano[12]), sancti Basilij: — habere debetis pro quolibet vnam sergentariam, et habetis de hauere comunis singuli uestrum libras Venec. quinquaginta.

Tu uero, Jacobe Barastro, panceram[13]) tenens, habere debes duas sergentarias[14]), et habes pro eis de comunis habere[15]) libras Venet. centum. Tu uero hinc ad Cretam ferre debes vnum equum valoris a libris triginta quinque et supra. Et ibi debes tenere vnum equum et vnum scutiferum, sed non Grecum.

---

[1]) Cusinus LP.
[2]) de Cale de Clugia Corn.
[3]) Chalegarius Corn.; callegurius LP.
[4]) Fillacaneus LP.
[5]) bono Pellizario C.; Pelip. LP.
[6]) Clugia LP. Corn. recte.
[7]) maiori LP.
[8]) de Raue LP.
[9]) Bereta LP.
[10]) Alicardo Corn.
[11]) Hieremie Corn.
[12]) Ang. Famiano LP.
[13]) panteram LP.
[14]) pancerani tenere debes duas s. Corn.
[15]) haberi Corn.

Hos uero denarios omnes suprascriptos, quos, ut diximus, de habere comunis suscepistis, et etiam de nostra pecunia[1]) alia, pro qualibet[2]) militia quilibet ex vobis libras Venetas CC et quilibet pedes pro qualibet sergentaria libras Venetiarum XXIII, secundum[3]) quod cuilibet vestrum advenerit, secundum rationem partis exhibite sibi et suprascriptis concessionibus ponere debetis, videlicet in equis, armis ac in ceteris[4]) utilitatibus dictarum militiarum et sergentariarum ex dictis militiis sexaginta.

Que quidem militie[5]) sexaginta et ista loca, que diximus supra, habere debetis[6]) cum omni earum longitudine et latitudine, salvis in nostro comuni, que in priori concessione[7]) sunt exceptata de habendo, tenendo, vendendo, dando, donando, comittendo, imperpetuum possidendo[8]); et de argentaria de fluvio, qui aurum ducit, plenissimam potestatem amodo inantea habendi, tenendi, vendendi, dandi, donandi, comutandi, in perpetuum possidendi, vel quicquid inde vobis placuerit, faciendi[9]), nullo vobis homine contradicente. Preterea etiam[10]) in civitate Candida[11]) terras vobis (l. *vel*) casas[12]) habere debetis convenientes, quas unicuique vestrum, sicut vos decet, Dux, qui erit ibi cum conscilio, dare et assignare[13]) debet secundum providentiam suam[14]); similiter

---

[1]) Hic explicit Liber Albus; Liber Pact. cum voce nostra. Quæ sequuntur, e codice S. Marci et Cornelio composita sunt.

[2]) quolibet ed.; qualibet cod.

[3]) libras Venet. XXIII et etiam secundum ed.; libere XXXIII socundum cod.

[4]) certis cod.

[5]) quas qu. militias ed.

[6]) que dix. supra, sunt vobis concessa, habere debetis ed.

[7]) ista pro eo sunt ed.

[8]) de babendo ... possidendo add. cod.

[9]) faciendo cod.

[10]) etiam om. cod.

[11]) Candide cod.

[12]) terras, casas cod.

[13]) d. et ass. cod.; ass. et d. ed.

[14]) habere debetis post suam ponit cod.

debetis habere prata pauca vel multa pro equis pascendis et pro aliis animalibus secundum providentiam Ducis et sui conscilii.

Sciendum tamen est, quod possessiones vestras seu cavallarias istas nec vendere, nec alienare debetis, nisi Venetis, et *non* sine consensu Ducis et maioris partis conscilii[1]). Vos vero, milites suprascripti, qui militias integras habetis, pro qualibet militia vestra vobiscum ferre debetis[2]) hic ad dictam insulam equum unum de armis, valentem a libris[3]) Venet. 75 et supra[4]). Et vos, suprascripti milites, qui non habetis pro quolibet, nisi mediam militiam, hinc[5]) ad Cretam ferre debetis pro quolibet equum unum, valentem a libris Venet. L et supra.

Debetis quoque omnes, tam milites, quam pedites, a die, quo junxeritis ad Cretam, continue ibi stare usque ad duos annos completos; et extunc in antea in loco vestro non ibi alium[6]) dimittere vel instituere debetis sine consensu Ducis et maioris partis conscilii.

Vos autem nobis estis vinculó fidelitatis astricti[7]) salvare, cústodire[8]), manutenere et defendere insulam suprascriptam contra omnem hominem ad honorem nostrum et successorum nostrorum et Venetorum; et sic se debent astringere filii vestri vel[9]) successores[10]), post decessum vestrum infra unum annum, si etatem habuerit, hominem mittere[11]); et si etatem non habuerit[12]),

1) Sciendum . . . conscilii add. cod.
2) vobiscum ferre cod.; vobis conferre ed.
3) libris cod.; libras ed.
4) 75 supra cod.; 75 et supra ed.
5) hinc cod.; hic ed.
6) vestro, non in alio cod.; vestro, non ibi alium ed.
7) nobis . . . astr. ed.; nobis astr. fid. vinc. cod.
8) salv. cust. cod.; et salv. et cust. ed.
9) *et* cod.; *vel* ed.
10) Venetorum; et sic cett. cod.; et Venetorum et successorum; debent astr. ed.
11) in unum annum etate habuerint hominem mittere cod.; . . . habuerint, om. hom. mitt., ed.
12) habuerint ed.

hominem dimittere in loco suo, usque dum pervenerit[1]) ad etatem, in providentiam Ducis et maioris partis conscilii, illi videlicet vestri heredes vel successores, qui illas vestras possessiones habebunt, et illi, in quibus erunt alienate vobis et successoribus vestris[2]). Debetis autem, vos milites, qui integras militias habetis, videlicet unusquisque ex vobis, et illi, qui possessiones infrascriptas habebunt, ut supra legitur[3]), habere equum unum de armis et alias duas equitaturas et scutiferos duos, sed non Grecos. Vos vero, milites, mediam militiam habentes, et qui vestras possessiones sunt habituri[4]), pro quolibet habere debetis, ut supra legitur, equum unum de armis convenientem[5]), et unam equitaturam et scutiferum unum, sed non Grecum. Similiter[6]) debet habere unusquisque ex vobis usbergum sive panzeram cum capirone[7]), et alia arma, sicut decet. Peditum vero et balestariorum[8]) quilibet armatus esse debet, sicut convenerit.

Ecclesias[9]) autem omnes suprascripte insule debetis habere liberas, et ministros earum; sed de possessionibus earum sic esse debet, sicut statuerit Dux, qui erit ibi cum suo conscilio. De facto laicorum Grecorum tam in personis et rebus sit[10]) in providentia Ducis et sui conscilii.

Homines vero Venetos[11]) debetis in tota insula salvos et securos habere in personis et rebus sine ulla exactione et datione; simi-

---

[1]) pervenerint ed.

[2]) illi videlicet . . . vestris om. cod.

[3]) poss. infr. hab., ut s. leg. ed.; possessiones vestras habebunt, ut superius leg. cod.

[4]) et qui . . . habit. post debetis ponit ed.; meliore ordine cod.

[5]) conven. om. cod.

[6]) Grecum et similiter cod.

[7]) unusquisque miles habere debet usbergum sive pana. cum cap. cod.; similiter deb. hab. unusqu. ex vobis usb. aut panc. cum caperone ed.

[8]) balestar. ed.; ballester. cod.

[9]) sicut conv. Eccl. ed.; sicut ecclexias cod.

[10]) sit cod.; sint ed.

[11]) Veneti ed.; in homines vero cod.

liter et servitores eorum, eundo et redeundo. Et si contigerit alicui Venetorum dampnum fieri in ipsa insula, debetis operam dare ad recuperandum[1]) sua bona, bona fide, sine fraude[2]). Et debent homines Venet. habere liberam potestatem extrahendi omnia mercimonia, quecunque voluerint, de insula ipsa sine ulla contrarietate. Et vos milites et pedites[3]) ibi constituti habeatis potestatem liberam mercationem facere secundum usum mercatorum; veruntamen de victualibus extrahendis remaneat in potestate Ducis. Vos autem nullam institutionem facere debetis in facto mercimoniorum, que dampnum vel detrimentum generet hominibus Venetorum.

Amicos Venetis debetis habere amicos, et inimicos Venetis debetis, sicut nos, pro inimicis habere, et cum eis nullam treguam[4]) nullamque pacem facere sine nostro et nostrorum successorum[5]) consensu, vel sine consensu Ducis, qui in illo loco erit cum suo conscilio. Laudes nobis[6]) et successoribus nostris in archiepiscopatu et episcopatibus decantari facietis quater in anno: in Nativitate Domini, in Pasca resurrectionis, in festo Sancti Marci et in festo maioris ecclesie Cretensis. Contra interdictum[7]) nostrum et successorum nostrorum alicui passagium non concedetis[8]), et eis passagium non dabitis, quibus illud noluerimus dari[9]). Et quotiens nos exercitum fecerimus et successores nostri, debetis facere sicut homines Veneti[10]) amodo, ut superius, unusquisque vestrum, quandocunque fueritis requisiti, secundum quod cuilibet evenerit faciendum. Et postquam vos intraveritis in civitate Candia[11]), usque

[1]) recuperandum cod.; dabitis op. ad recuperanda ed.
[2]) *s. fr.* cod.; *et s. fr.* ed.
[3]) et ped. cod.; et vos ped. ed.
[4]) treguam ed.; trevam cod.
[5]) et n. succ. cod.; et succ. ed.
[6]) laudes nobis ed.; laudibus nostris cod.
[7]) interd. ed.; intrad. cod.
[8]) concedetis ed.; concedendi cod.
[9]) non dicetis, quibus illic volnerimus cod. Cfr. supra p. 133.
[10]) omnes Veneti, amodo ne sup. cod. Cfr. etiam hic p. 133. Locus nodosus.
[11]) Candide, ut alibi, cod.

ad quatuor annos completos, nihil nostro comuni debetis persolvere; sed inde inantea omni mense Septembris debetis hic in Venetia[1]) solvere suprascripto comuni de illis tribus milibus yperperis, quos annuatim inantea salvos in tota insula ipsi eidem[2]) comuni solvere debebant secundum formam prime concessionis. Debetis de ducentis militiis facere illud[3]), quod vobis devenerit inde pro rata ad solvendum in terra salvum, et tali quidem ordine[4]), quod unusquisque miles ex vobis teneatur pro sua portione, ut sibi evenerit[5]).

Debetis etiam dare fortiam et virtutem Duche[6]), qui pro nobis et successoribus nostris erit in civitate Caudie[7]) ad justitias et rationes, tam de predicto reditu, quam de causis aliis, postquam inde notitia[8]) vobis data fuerit per Ducem aut per suum nuntium. Et si contigerit, quod illuc veniremus nos vel successores nostri ad vos[9]), recipietis nos cum *clero*, cruce precedente[10]); et debetis[11]) nos pariter cum aliis eiusdem incolis[12]) secundo et tertio, si voluerimus, procurare. Cum autem, Domino concedente[13]), ad Cretam junxeritis, transactis duobus annis, quibus, ut supradictum[14]), debetis ibi continue comorari,

1) sed inantea omni venditione mensis Septembris debeatis hic in Venetiis cod.
2) intra salvos in t. ins. ipsa cd.; in antea salvos tota insula ipsi cod.
3) concessione deducentur militiis factis illud cod.
4) inde ... et tali cod.; inde imperatum parati ad solvendum intra salvum tali cd.
5) miles ex vobis ... even. cd.; miles et debet ex vobis ... portione sibi ev. cod.
6) Duche om. cod.
7) Candide cod.
8) quam caus. aliis, postqu. notitia cod.
9) ad nos venientes cod.; om. cd.
10) prec. cod.; prec. cd.
11) et deb. cd.; et om. cod.
12) cujusdem insule cod.
13) procurare et cum habere domino concedente cod.
14) dictum cod.; dicitur cd.

licitum vobis esse debet mutare milites servitores ipsos, quos[1]) hinc illuc tuleritis, vel per tempora ibidem habueritis pro Venetis vel forinsecis[2]), sed non Grecis; videlicet militem pro milite, peditem pro pedite cambiare[3]), tamen cum voluntate Ducis, qui[4]) in eadem insula est vel erit per nos nostrumque conscilium[5]).

Terram concedimus vobis[6]) viris supranominatis hinc ad annos octo, hoc est a die[7]), quo ad Cretam applicaveritis[8]), medietatem illius terræ[9]) cum villanis suis, exceptis, que[10]) in nostro comuni secundum tenorem[11]) prime concessionis ex his factis[12]) retinuimus, preter de civitate Candia[13]) cum burgis et zardinis suis et balneis, excepto castello de Mallo[14]), ex quibus nihil aliud habere debetis, nisi quod dictum supra de pratis, casis vel terrenis[15]); que, ut dictum est, debetis habere secundum providentiam Ducis et sui conscilii, tali quidem ordine: ipsam medietatem ejusdem terre habere debetis, quod illud totum, quod ex ipsa medietate inveneritis[16]) affictatum, in vobis veniat; et vestrum quoque sit illud, quod inde non inveneritis affictatum; et in vobis habeatis usque ad annos octo ad affictandum[17]), laborandum et inter vos[18]) dividendum, et quicquid inde vobis placuerit, faciendum, cum omnibus, que pervenerint inde, salvo, quod villanis ipsius medietatis[19]) eiusdem terre molestiam non inferatis, sed eos secundum bonam consuetudinem conferatis[20]).

---

1) debet milites ipses, ques cod.
2) aut ferenseeis cod.
3) cambire cod.
4) qui cod.; quod ed.
5) nostro cons. cod.; nostreque consensu ed.
6) propterea conced. vobis cod.
7) a dio cod.; die ed.
8) applicav. ed.; applicuer. cod.
9) ill. terr. add. cod.
10) quam scilicet ... communi secundum cod.
11) et secundum ed.
12) ex h. factis cod.; et ejus facta ed.
13) Candide cod.
14) de Malle cod.; Temado ed. Lege Temale.
15) de predictis casis vel terris ed.
16) inveneritis usque ad annos octe cod.
17) affitandum cod.
18) ees cod.
19) medietatem ed.
20) conservetis?

Hiis igitur octo annis transactis ipsa medietas terre vestri comunis reverti debeat in ipso [1]) comuni cum omnibus suis villanis et[2]) pertinentiis[3]) ejusdem in integrum, sicut erat prius, permanenda [4]).

Hec omnia estis jurejurando astricti servare bona fide, sine fraude. Et hec sacramenta omni quinto anno sine contradictione aliqua renovabitis[5]), si inde a Duce vel a suo nuntio fueritis requisiti[6]). Et si ex vobis aliquis vel aliqui hec omnia non observaverit [7]), que suprascripta sunt, omnis possessio, quam habebit in Creta, et pheudum debet venire in nostro dominio, comuni Venetie [8]). Verumtamen [9]) quod comune Venetiarum debet instituere milites et pedites in locum suum, sicut ipsi fuerit libitum; et insuper [10]), si quis ex vobis continue secundum ordinem suprascriptum in Creta non steterit usque ad suprascriptos duos annos completos, quod dominium suprascriptum, quod de comuni, ut supra dicitur, habetis, sine contradictione in comune revertantur [11]).

Ego Petrus Ziani [12]), Dei gratia Dux Venetiarum, manu mea subscripsi.

Ego Theophilus Geno [13]), judex, manu mea subscripsi.

Ego Jacobus Acotanto [14]), judex comunis, manu mea subscripsi.

Ego Propheta de Mulino [15]), consciliator, manu mea subscripsi.

Ego Joannes de lo Boccassa [16]), advocator comunis, manu mea subscripsi.

---

[1]) in ipso cod.; ipso ed.
[2]) *et* ed.; *hac* cod.
[3]) suis add. cod.
[4]) manenda cod.
[5]) renovabuntur cod.
[6]) requixiti cod.
[7]) aliqui et omnia non observaverint cod.
[8]) in... Venetie cod.; in nostro communi ed.
[9]) Verumtamen om. cod.
[10]) ipsi fuerint, et inauper cod.
[11]) revertantur cod.; revertatur ed.
[12]) Xiau. cod.
[13]) Zeno cod.
[14]) Jacobus Contareno, judex cod.
[15]) Propheta da Molina cod.
[16]) De la Bochassa, advocatus cod.

Ego Marcus da Mula[1]), camerarius comunis.

Ego Michael Bonifatius, presbiter et plebanus S. Marie.

Ego Jubanico et not. ducalisque aule cancellarius, complevi, roboravi et manu mea subscripsi[2]).

CCLXIV.

Benedicta, relicta Jacobi Gradonici, post susceptam vidualem vestem a Marco Nicola, Episcopo Castellano, facit procurationem Tribuno Barottio ad exigendos redditus suos in Constantinopoli et Romania.

A. d. 1222, d. 27. m. Augusti.

Flamin. Cornelius, Ecclesiae Venetae T. XIII, p. 226. Ex archivo Patriarchali.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo secundo, die quinto exeunte Augusto, indictione decima. Rivoalti.

Post susceptionem vidualis vestis, quam ego Benedicta, relicta Jacobi Gradonici, de confinio s. Johannis Confessoris, de capite Rivialti, pro eo, quod idem vir meus ab intestato decessit infra annum et diem, quo audivi de obitu ejus, suscepi a d. Marco Nicola, Dei gratia Castellano Episcopo, committentes committimus nos, supradicta Benedicta, et Maria, uxor Jacobi Michaelis de confinio s. Johannis evangeliste, filia q.[3]) ipsius Jacobi Gradonici, pro nobis, et ego Benedicta pro filia mea Lena, filia etiam q. suprascripti Jacobi Gradonici, quam mihi dedit d. Dux ad custodiendum et excutiendum omnia sua bona, secundum quod continetur in litteris d. Ducis, missis d. Marino Storlado, Potestati in Constantinopoli, tibi Tribuno Barotio, fratri et avunculo nostro, ut amodo in antea habeas plenissimam virtutem et potestatem inquirendi, interpellandi, placitandi, respondendi, advocatorem tollendi, et excutiendi nomine nostro et nomine suprascripte Lene, dilecte filie, et

---

[1]) Da Mulla cod.

[2]) complevi et roboravi ed.; roboravi, manu mea subscripsi cod.

[3]) I. e. quondam.

sororis filie nostre q. suprascripti Jacobi Gradonici, omnes cavalarias et possessiones universas et bona omnia et habere, mobilia et immobilia, que fuerunt suprascripti Jacobi Gradonici, q. viri et patris nostri, tam in Galipoli et ejus pertinentiis, quam in Constantinopoli, et alibi per totam Romaniam positis et habitis, et etiam ubicunque, vel apud quemcunque exinde invenire poteris, cum carta et sine carta, per curam et extra curam, et securitatis cartam, vel, quicquid inde opus fuerit, faciendi. Preterea possessiones ipsas masandi et dismasandi, et cavalarias ipsas ordinandi et disponendi per omnia, prout opus fuerit, et cartam concessionis exinde faciendi, et generaliter quicquid de suprascriptis omnibus opus fuerit, exercendi, et quamcunque securitatis cartam seu concessionis cartam exinde expedierit, faciendi.

Preterea quicquid ex predictis excusseris vel habueris, nobis ducendi vel mittendi habeas potestatem in nostro periculo, secundum quod tibi bonum apparebit.

Si igitur contra hanc commissionis cartam ire temptaverimus, tunc emendare debeamus cum nostris successoribus tibi, et quibuscunque securitatis vel concessionis cartam exinde feceris, tuis ac illorum heredibus et successoribus auri libras quinque. Et hec commissionis carta in sua firmitate permaneat.

Signum suprascriptarum Benedicte et Marie, que hec fieri rogaverunt.

† Ego Henricus, Diaconus, tt. ss.

† Ego Pangraci Baroci tt. ss.

L. S. Ego Presb. Fulkus, not., complevi et roboravi.

CCLXV.

Concordia Dominici Delphini, Duchæ Cretensis, facta cum Græcis rebellibus.

A. d. 1222 (?).

Andreas Dandulus ed. cit. p. 341: *Rebelles Dominicus Delphinus . . . assignatis certis casalibus ad fidelitatem reduxit.* Flam. Cornelius „Creta Sacra" T. II, p. 260: *Dum itaque Venetiis*

novum coloniæ agmen Cretam deducendum instruitur, Dominicus Delphinus consilii potius prudentia et sagacitate, quam armorum vi et impetu, rebelles Græcos, ut notat Dandulus, assignatis certis casalibus ad fidelitatem reduxit. Cfr. huius Collectionis numerum sequentem CCLXVI. Ceterum auctorum omnium nimis saepe recisa est de rebus Cretensibus enarratio.

CCLXVI.

Concessio Pauli Quirini, Ducha Cretensis, facta Theodoro et Michaeli Millisino.

A. d. 1223, d. 8. m. Januarii.

Flamin. Cornelius „Creta Sacra“ T. II, p. 260 sq.: *Concessiones a Dominico Delphino extremis sui regiminis mensibus pactus firmavit Paulus Quirinus, qui insulæ administrationem anno 1223 senatus expeditione secundo suscepit, easque in publicum instrumentum redigi mandavit.*

Laur. de Monacis l. l. p. 156: *Anno domini 1223. per Paulum Quirino, Ducham iterum, suumque consilium dantur duae cavallariae Theodoro et Michaeli Milisino fratribus, reversis ad fidelitatem.*

In nomine domini Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini MCCXXIII, mense Januarii, die octavo intrante, indictione XII. Candide insule Crete.

Nos Paulus Quirino, de mandato excellentissimi domini Petri Ziani, Dei gratia inclyti Ducis Venetiarum, Duca Crete, cum nostro minori et majori conseilio, pro eo, quod vos Theodorus et Michali Millisino, ambobus fratribus, reversi estis ad preceptum et fidelitatem domini nostri Ducis Venetiarum ac nostrorum *[successorum]* et nostri conseilii secundum tenorem rescripti in littera Greca facti a vobis et nobis, cujus tenor talis est:

„*Mense Januarii, die octavo, die Lune, indictione XII. Ego Theodorus Millisino juro supra sancta evangelia et per pretiosam et vivificam crucem, quam Christiani tenent maximum et terribile sacramentum, qui* [quod?] *ab hodie, id est die octavo, mense Januarii, de presenti XII indictione, quod ero fidelis servus de domino nostro Duce Venetiarum sine fraude et ingenio, et de tota Venetia, et subjacebo precepto et voluntati*

domini Ducis Crete, qui erit pro tempore in Creta propter preceptum dom. nostri Ducis Venetiarum, ubicunque mihi preceperit; et ero amicus amicis Venetie et inimicus inimicis illius.

Habeo autem de personis, de militibus et sergentibus et omnibus, qui sunt in insula Crete, maximam guardiam in ipsis; et in rebus suis debeo reddere villanos de militibus et sergentibus, qui a dominis suis fugam fecerunt; similiter illos de civitate et parte Candie, qui inveniuntur in mea potestate, et de meis hominibus, ad preceptum et voluntatem domini Ducis Crete; similiter animalia, que ablata sunt post concordiam et pacem factam in tempore domini Dominici Delphini, quondam Crete Ducis, que sunt equos [equi], *boves, pecora et asini, et abhodie et antea inveniuntur.*

Debeo dare obsides cognatum meum Theodorum Fullarico et uxorem ejus, et filios ejus et sororem meam, quondam defuncti Adonis. Istos obsides debeo conducere usque per totam primam ebdomadam quadragesime de presenti indictione. Et istud sacramentum debet jurare frater meus Michali; et sicut ego servabo[servare?] *istud sacramentum mundum sine fraude et malo ingenio. Sic adjurare* (sc. debeat) *me Deus in anima et corpore.*"

Quapropter nos quidem suprascriptus Paulus Quirino, Duca Crete, cum nostro minori et majori conscilio, cum nostris successoribus concedimus vobis suprascriptis Theodoro Millisino et Michali et vestris heredibus ex gratia duas militias; una quarum posita est in sexterio Dorsoduri, que quondam fuit Leonardi Caveletro defuncti, cum omnibus suis habentiis et pertinentiis et villanis et domo in civitate; alia vero posita est in Stimboli in partibus Calamone, que fuit Egidii et sociorum ejus, cum omnibus suis habentiis et pertinentiis de Calamona atque cum omnibus villanis, ubicumque sunt per totam insulam, ad eamdem militiam pertinentibus.

Hec omnia concedimus et transactamus secundum tenorem concessionis facte a domino nostro Duce Venetiarum militibus

et sergentibus insule Crete; et de varnitione militie et castallis *[castellis?]* atque de aliis capitulis, quibus aliis *[alii?]* milites tenentur aut tenebuntur, sic et vos astricti estis et esse debetis. Et hec concessionis carta in sua permaneat firmitate.

Ego Paulus Quirino, ex precepto domini Ducis Duca Crete, mm. ss.

Ego Marinus Contareno, consciliator, mm. ss.

Ego Petrus da Molino, consciliator, mm. ss.

Ego Pancrati Phaletro, judex, mm. ss.

Ego Joannes Gerolo, advocator, ut supra ss.

Ego Petrus Greco, camerarius comunis, ss.

Ego Marinus Gradonico mm. ss.

Ego Martinus Quirino rogatus ss.

Ego Stephanus Justiniano ut supra ss.

Ego Marcus Barastro ut supra ss.

Ego Petrus Nanni, presbyter et notarius, complevi et roboravi.

Ego Bartholomeus Cavallero, presb. et notarius, sicut vidi in matre, testis sum in filia.

Ego Petrus Nani, presbit. et notarius, hoc exemplum exemplavi hoc suprascripto anno et mense ac indictione et in infrascripta Candida, nec minui nec ampliavi; complevi et roboravi.

Ego Rogerius Grimani, judex, sicut vidi in matre, testis sum in filia.

CCLXVII.

Conventio inter Robertum Imperatorem et Marinum Storlatum, Potestatem Venetorum in Constantinopoli, de bonis et iuribus.

A. d. 1223, die 15. m. Aprilis.

Codex Latinus S. Marci 228, fol. 12.

Nos Robertus, Dei gratia fidelissimus in Christo Imperator, a Deo coronatus Romanie moderator et semper augustus, et Marinus Storlatus, de mandato preclarissimi domini Ducis

Venecie Potestas in Constantinopoli et despotis, Imperii Romanie eiusdemque Imperii quarte partis et dimidie uiee sui dominator, uterque pro sua parte:

Notum facimus omnibus presentibus et futuris, quod usque ad festum omnium Sanctorum primum uenturum et ab illic usque ad duos annos completos bene pro concordia et pace servandis inter nosmet convenimus de facto omnium camporum gentium Latinarum Constantinopolis, et eorum iurisdictionum, quos campos ipse Latine gentes habebant in tempore Grecorum, talem ordinem observandum, scilicet quod omnes res, que ab ipsis campis siue hominibus eorum in aliquo nuper decrete fuerint ab utraque parte, uel per aliquam ex duabus, et etiam omnia alia, que usque ad terminum prefixum de eis deuenient aliqua causa uel institucione, ponantur in comendacionem Vitali Ferro pro eadem utraque parte, qui ipsam teneat pro nobis ambobus, usque ad terminum preno*minatum*.

Et iura omnia eorundem camporum hac homines *[ac hominum?]* per comunes iudices utriusque partis infra terminum sepe dictum decidantur et ordinentur, salvis insuper omnibus scriptis inter alias partes constitutis.

Et hoc scriptum predicto termino completo non sit preiudicium alicui parti nostre. Nos enim duos de hiis fecimus scripta de eadem forma, nostris sigillis munita, quorum unum habemus nos Imperator, et aliud nos Potestas.

Actum Constantinopolis anno Domini MCCXXIII, mens. Aprilis quintodecimo intrante, indictione undecima. In domo domini Egidii Tuscani.

CCLXVIII.

Privilegium Roberti, Imperatoris Constantinopolitani, factum Venetis de campis regiae civitatis, tres IIIIs de octo partes concedens.

A. d. 1223 (1224?).

Ipsum pactum desideratur; verum allegatum est in concessione eiusdem Roberti a. 1224, huius Collectionis nr. CCLXIX, quæ sequitur.

CCLXIX.

Concessio et traditio facta per Robertum, Imperatorem Constantinopolitanum, Jacobo Teupulo, Potestati Constantinopolitano, de campo Prouincialium et Yspanorum.

A. d. 1224, die 20. m. Februarii.

Liber Albus fol. 51. Liber Pactorum I, fol. 127.

Nos Robertus, Dei gratia fidelissimus in Christo Imperator, a Deo coronatus Romanie moderator et semper augustus, notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis, quod, cum nos ad peticionem preclarissimi Ducis Venetie, karissimi socij Imperij nostri, partem camporum regie ciuitatis eidem Duci recognoverimus, tres uidelicet partes de octo, sicut in priuilegio super hoc confecto plenius continetur, et campus Prouincialium sub questione remanserit et exceptione ad terminum, sicut habetur in priuilegio memorato; nos postmodum considerantes studium et deuocionem, quibus se in negocijs Imperij gerendis vir nobilis, Jacobus Teupulus, de mandato dicti illustrissimi Ducis Venetie Potestas in Constantinopoli, gratanter et comode exhibuit et portauit ad petitionem eiusdem Potestatis, quam nostre maiestati pro dicto domino Duce obtulit, concedimus et damus eidem domino Duci de campo Prouinzalium et Hyspanorum tres partes habere de octo partibus, sicut eis campus et portiones pro personis suis date fuerunt et concesse in prima assignatione sua; ita, quod Dux eandem honorificentiam et iurisdictionem habeat in tribus partibus, quam nos habemus in quinque, sicut inde in priuilegio de alijs campis confecto plenius continetur.

In huius rei testimonium presentes litteras bulle nostre appensione duximus roborandas.

Data Salumbrie X kalendas Marcij, anno Domini MCCXXIIII, Imperij nostri anno quarto.

CCLXX.

Qualiter Soldanus (Elmelik elazis) Venetos et eorum bona per totum suum dominium facit et reddit securos.

A. d. 1225, m. Novembri.

Liber Albus fol. 211. Liber Pactorum II, fol. 220, cuius integram lectionum discrepantiam subiicimus. De Soldano vide, quae diximus ad nr. CLXXXV (pag. 62. 63).

Anno Domini millesimo CCXX quinto, indictione XIV, mense Nouembris[1]).

Cum çò fosse cosa ke miser[2]) Piero[3]) Çiani, Doxe[4]) de Venexia, auese mandado[5]) lo nobel homo Thomaxino Fosearini[6]) cum soe lettere per so mesaço in l'anno sourascripto[7]) a misier *(lacuna in utroque codice)* lo Soldan d'Alappo per traetàr et ordenàr cum luy ensembre[8]) de quelli daeii[9]), li qual soleuano pagàr li Venieiani in le soe terre et de altri ordenamenti:

Çò è deli homeni ke moriuano desordenai[10]), e de le cose di Veniciani[11]) ò en morte, ò en uita, seà de quelle ke scampaseno[12]) de naufragio de mar in la soa terra, como ne debia[13]) esser, e de le altre eose semeiantementre, si como se troua scripto quì de sotto:

Ordena[14]) in prima con' ello[15]) misier lo Soldàn, ke tuti li homeni de Venexia da mo inanci[16]) si siano[17]) salui e seguri in tute le soe parte, in mar et in terra, andando e uignando[18]) in persone et in auèr[19]).

1) mensis Novembris.
2) meser (sic semper).
3) Paro.
4) Dux.
5) hauessa mandao.
6) Tomasino Foscarin.
7) scritto.
8) ensemble.
9) dacie.
10) disordinai.
11) de li Ven.
12) scapaseno.
13) debbia.
14) Ordina.
15) elo.
16) in auanti.
17) seano.
18) venando.
19) haver.

Et de le mercadantie si deno[1]) pagàr sex per centenero[2]).

E se alguna naue o naue plusor se rompese[3]) — la qual cosa voia dio ke nò sia[4]) — in le soe parte, le persone e l'auer lor sunt segure. Mà de quelo[5]) ke scanperà de lo mar, dè auer lo Soldan quindexe[6]) per centenero.

E se algun Venedego morise[7]) in le soe parte, sia in podesta de ordenar tute[8]) le soe cose a qualunchano (l. *uno*) che ello uorà[9]). E quello ke(l) reccuera, habia podestade de intrometer[10]) tute le cose sença alcuna contrarietate.

E se lo morise desordenado[11]), li Venedixi[12]), ke li serano, possa*[n]*[13]) tute le cose intrometere[14]) de lo morto, e far çò, che ben li parrà. E sel (l. *se lo*) morise chel[15]) no ge fose Venedixi[16]), lo Soldan dè uardar[17]) li ben del morto[18]), domentre che lo meso[19]) de misier lo Doxe da soa parte o da parte de lo so bailo de Acre[20]) cum le soe lettere vegnerà. E tuti li[21]) Veniciani sunt salui e seguri alsi in uita como in morte de lo Soldan.

Et se algun Venitiano[22]) faese robaria[23]) o maleficio soura li homeni del Soldan, li mercadanti[24]) de Venexia non deno sofrire[25]) algun danno.

---

1) mercantie dene.
2) eentonario.
3) rompesen.
4) sea.
5) quello.
6) quindex.
7) moriase.
8) sia presta de ordenar tutte.
9) qualunchano e lo vorá.
10) habet Podestae d'intrometer.
11) morisse disordenao.
12) Veneixi.
13) saranno possan.
14) intrometter.
15) che. Paulum quid hicce turbatum.
16) fosson Veneixi.
17) guardar (semper).
18) liberi dello morto.
19) mosso (semper).
20) Hacre.
21) lettere. Et tutti [*vegnerà* etiam in L. Albo adscriptum est ab alia manu in margine].
22) Veneigo.
23) robbaria.
24) merchedanti.
25) non deun soffrir.

Queste cose ordena lo Soldano[1]) cum Tomaxino Foscarino in lo anno sourascripto[2]) apud Alapo a. XII[3]) di delo mese de Septembre[4]).

Lo qual Thomaxin domanda[5]) a quel Soldan, che daese a luy lo fontego al porto de la Liça[6]) e la glexia ala corte. E le Soldan dise kel nol podea[7]) far. Et al dio ke l'amiraio[8]) dela Liça reçeua[9]) tuta la soa terra per luy, anda ad ello e tracta cum ello che tutti li Veniciani siano[10]) salui et seguri alsi in cose como in auer[11]), et in mar et in terra in tuto lo so destrecto[12]).

E de quello che li pagauano çoè octo per centenero[13]) de quel chi comprauano[14]) e uendeuano, mo e tractado et ordenado[15]), che li debian[16]) pagàr solamentre trè per centenero[17]), o de quel chi uendeno, o de quel chi comprano[18]).

E de la soma, che li soleuan dar[19]) tri darami, mo si deueno[20]) pagar dui e constituir a nuy la corte e lo fontego e la glexia e lo bagno e lo forno.

E se alguna naue se rompese[21]) in le soe parte[22]), li nostri homeni e l'auer serà seguri[23]).

E sel *(se lo)* uegnera[24]) à morir, le soe cose el po ordenar[25]) a cui el uorrà[26]). E sel morise sença lengua, li Veniciani possano intrometer[27]) le soe cose e far ço che bon[28]) li parrà.

---

1) Soldan.
2) l'anno sourascritto.
3) a doex.
4) di Sept.
5) demanda.
6) l. e. Lize. Laodicea.
7) poeva.
8) l'amirallo.
9) rezea (i. e. *regebat*).
10) sean.
11) haver.
12) destreto.
13) centenar.
14) che compravan.
15) tracta o ordenao.
16) debbian.
17) tri per centenàr.
18) qui vendun...qui compran.
19) somma ki soleuan dar.
20) devene.
21) si rompesse.
22) parti.
23) segur.
24) e so vegnera.
25) si pò ordenar le soe cose.
26) ello uorra.
27) possàn intrometter.
28) che ben.

E se Venetiano no li fosse[1]), dè lo Soldan uardar le soe cose, domentre che lo meso de lo Doxe o de lo baillo de Acre[2]) sara uegnudo.

E se algun[3]) Venician fara robaria o malificio[4]) soura li soi homeni, li nostri mercadanti non deno sofrir[5]) danno en quella fiada.

Semeiantementre ordena lo segnor de Saona cum quello Thomaxin, ke anda[6]) a luy cum lettere de misier lo Doxe, de ço che li homeni de Venexia pagauano a la triçaria dex derame per la soma[7]) de pever e da mo inançi[8]) pageran octo[9]). E del bambaxo pagauano quatro e meço, mo si pageno quatro. E tuti li Veniciani sun salui e seguri in mar et in terra in cose et in persone in tuto el so destrecto[10]).

E se alguna[11]) naue de Veniciani soffrise naufragio in le soe parte[12]), le lor persone e lor auer[13]), ke scampera, sera saluo e segur.

E se lo auegnira[14]) che algun de li nostri Veniciani morisse in le soe terre, quello a cuy ello auera ordenado, abia podestade de intrometer[15]) tuto lo so auer e de rescoder[16]) lo da qualuncha lo aura sença alguna contrarietade[17]). E se lo morisse desordenado[18]), quello in lo qual Veniciani[19]), che seran in quelle parte, se concorderan, intrometa e scoda[20]) tuto lo auer del morto. E se lo morise in quelle parte o no fosse algun Veniciano, in quella fiada[21]) lo auer del morto[22]) sera in uardia del

---

1) no che fosse.
2) bailo de Hacre.
3) alcun.
4) robbaria o maleficio.
5) merchaenti non denn soffrir.
6) ce ands.
7) somma.
8) en evanze.
9) otto pscheran.
10) destreto.
11) alcuna.
12) psrti.
13) havar.
14) ot sel avanira.
15) ordenao babbia poestà d'intrometter.
16) rescoer.
17) contrarietà.
18) desordinas.
19) li Veneixi.
20) intrometta e scoza.
21) fida.
22) l'auer dello morto.

segnor de Saona, e douera lò dar, segondo che misier lo Doxe e lo bailo d'Acre[1]) li mandera significando.

E se alcuno Veniciano faese homicidi[2]) soura li soi homeni, li nostri mercadanti non deno[3]) soffrir algun danno.

Ordenado fu[4]) questo a octauo di intrante Octubrio per indiction quatordex.

CCLXXI.

Præceptum Ducis Veneti de navigatione Syriaca et Aegyptiaca, Duchæ Cretæ missum.

A. d. 1226, m. Mart.

Bibliotheca Sancti Marci class. XIV, cod. LXXI, nr. 15. Autographum in fine paulum detritum. In tergo membranæ, diversis manibus: *Candia. Ordenamento fatto per dno. Pietro Ziani Duc. per navig . . . 1226. Mart. LXIV. Lettera di Pietro Ziani Doge a Gio. Michel Duca di Candia.*

Romanin l. l. II, 439.

Petrum Ziani, Henrici Danduli a. 1205 successorem, usque ad annum 1229 ducasse constat, coll. Andreae Danduli chronico l. c. p. 333—345. Præcepti ab eo promulgati, quod duabus partibus constat, causa et ratio ex historia Venetorum coæva parum intelligitur. Prior præcepti pars navigationem Syriacam spectans Venetis in Syria commorantibus reditum in patriam per instantem hiemem interdicit, forsan ob pestem quandam eo anno in plagis meridionalibus grassantem; et revera brevi post, i. e. anno 1227, in Apulia morbus pestifer grassatus esse dicitur, coll. Wilken. in Kreuzzüge T. VI. p. 425. Altera pars mercaturam Venetorum Aegyptiacam respicit, iisque commercium cum illa terra, quatenus merces quasdam bello inservientes spectabat, interdicit. Monitum summi Pontificis in hoc quoque præcepto ut alio tempore suspicari liceat: præsertim quum tempore sequentis inter Papam et Imperatorem discordiæ Veneti a partibus starent Pontificis, contra Pisani et Januenses sequerentur gratiam Friderici II. Præter Andream Dandulum de Ducatu Petri Ziani adi Le Breti „historiam Venetam" T. I, p. 453—487; de rebus Orientis eundem p. 499 sq. Wilken. l. c. VI, 467 sqq.

---

[1]) ò lo bailo de Haere.
[2]) faese malefieio.
[3]) mareaenti non deun.
[4]) ordenao fò.

Petrus Ziani, Dei gratia Venetiarum, Dalmacie atque Chroacie Dux, dominus quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, dilecto fideli suo, viro nobili Joanni Michaeli, de mandato suo Duci in Crete, salutem et dilectionem.

Scire volumus Prudentiam vestram, quia de voluntate nostra ac nostri conscilii minoris et maioris cum collaudatione populi Veneciarum huiusmodi statuimus promissionem, quod in mudua proximi venturi Yberni, quod nullus Venetus vel Veneti de Antiochia, nec ab Antiochia usque Joppen, nec de Joppe, neque de ulla aliqua [l. *alia*] parte Syrie in Venceias audeant redire, neque mandare, nec revertendo culfum Adriaticum a Leukis ex una parte, et a Curfu ex altera intrare. Contra quod si quis venire temptaverit, possessio ejus ruinetur in terra, et omnia bona sua nicholominus perdat, atque in comune nostrum deveniant.

Si autem aliquis de redeundo ex Syria et locis suprascriptis in Venecias in dicta mudua Yberni per cartam vel cartas erit ligatus, volumus et censemus, ut inde sic solutus existat, si propter hoc ibi steterit, ac si per cartam vel cartas terminum longiorem haberet usque per muduam tunc sequentis Pasce.

Hanc itaque formam promissionis volumus, quod legi faciatis in publico, dantes omnibus intelligere, quod cautelam omnem habeant de non contraveniendo in aliquo; quia promissionem ipsam duximus in omnibus plenius adimplendam.

Et statuimus nuper quoque per aliam publicam promissionem, ut, si quis vel si qui a modo vel in Alexandriam, vel in terra Egipti cum lignamine vel ferro, pice vel cum aliis rebus de calumpnia iverint, quod Potestas Constantinopolitana, Dux Cretensis, baiulus Syrie et baiulus Nigriponti, castellani quoque Modone et Corone ac singuli seu omnes Comites, nunc et deinceps constituti sub nostro Ducatu, teneantur juramento astricti operari bona fide, videlicet eorum quilibet, ubi jurisdictionem habebit vel habet, hoc est in civitatibus seu circa civitates et

loca ipsius jurisdictionis, ad eos capiendos; bona quorum, que capta fuerint per eosdem, ad utilitatem nostri comunis debeant reservari.

Nos autem dabimus per ordinem observandum navibus illis, quibus nobis nostroque conscilio videbitur bonum, que de Veneciis sunt exiture, preficientes sibi capitaneum vel capitaneos, si nobis et nostro conscilio bonum videbitur, qui cum hominibus ipsarum navium teneantur astricti per ipsum ordinem, quod operam dabunt et forcium ad capiendos viros dictos, qui de premissis erunt calumpniati, et ad tollendas eorum res et bona, ubicunque eos vel ea invenerint, dum hoc facere possunt sine periculo et sine impedimento de illorum taxegiis *(taxagiis?)*. Quas quidem res et bona capta vel ablata debeant, si voluerint, dividere inter se, aut eadem pro comuni Veneciarum reservare.

Item volumus et stabilimus, quod omnes Veneti simul et divisim potestatem habeant tollendi et capiendi res ipsorum calumpniatorum, ubicunque ipsas invenerint, et eas dividere ordine suprascripto, navibus ad hoc euntibus partem exinde habentibus consuetam.

Item, ut naves, que cum lignamine vel ferro, pice vel cum aliis rebus de calumpnia in Alexandriam vel terram Egipti iverint, tam si fuerint virorum illorum, qui cum illis iverint, quam si ab eisdem in aliis fuerint translate, semper sint bannite, ita quidem, quod, ubicunque nostri baiuli fuerint, aut Potestas Constantinopolitana, vel Dux Cretensis, seu nostri Comites, si poterunt, capere eos teneantur, et tam si ibi, quam apud nos capte fuerint, comburantur.

Item homines, qui cum lignamine de calumpnia vel rebus interdictis in terra Egipti iverint, ita sint perpetualiter banniti, quod, quicunque bona eorum eis abstulerint, non cogantur ea sibi reddere, nec ad hoc aliquo modo teneantur, et non solum in hiis ipsi viri calumpniati (adde *non*) recipiantur in curia et in jure, sed nec etiam in aliqua eorum racione audiantur in

curia, quousque de offensis ad nostrum et nostri conscilii non redierint preceptum.

Preterea nullus Venetus sub pena ducentarum librarum dr̄ *(denar.)* Venec. pro unoquoque viros culpabiles in sua nave in illo anno, quo culpam ipsam comiserint, recipere audeat, nec ipsorum res.

Item nullus Venetus cum eorum navibus debeat navigare in ipso anno, nisi maxima necessitate clare facta, qua aliam navem habere non potuisset. Et quicunque ierit cum eis, si suum habere fuerit raubatum, habeat inde dampnum, et nullam inde restaurationem. Et si raubatus non fuerit, pene ducentarum libr. dr̄ Venec. subjaceat.

Item quicumque comparaverit aliqua mercimonia de partibus Egipti de suprascriptis hominibus, si sciverint, quod sint de calumpnia, perdat mercimonia illa, et deveniant in comunem nostrum.

Item stabilimus . . . . vel a nobis aut ab aliquo nostro baiulo seu Duca vel Potestate sive Comite nostro . . . . . . illis perhibeat testimonium veritatis . . . . ac . . . . decem argenti; quas nisi statim solverit tam . . . in . . . . decem marcas argenti.

Hec omnia per ordinem damus universis hominibus Venetiarum firmiter observanda de . . . ad festum sanctorum Apostolorum Petri et Pauli primo venturum, et inde . . . ad annos quinque.

Volumus similiter, quod promissionis tenorem hunc faciatis in publico legi et exponi vulgarem, dantes intelligere firmiter omnibus, quod, qui contravenire presumpserint, puuientur procul dubio in omnibus et per omnia secundum formam et tenorem ipsius promissionis. Mandamus quoque vobis atque precipimus per nos et maiorem partem conscilii sub debito juramenti, quod observare et facere mandata nostra tenemini, quatenus ea,

quibus vos iste capiunt promissiones, raciones, administrationes vobis credite, observetis et observari faciatis in terris et locis, quibus officio Ducatus Cretensis preestis.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense Martii, indictione quarta decima. Rivoalto in palatio nostro.

CCLXXII.

Exemplum privilegii Gregorii (IX) Pape, domino Duci et comuni Venecie concessi.

Continet, quod civitas Venecie per aliquem delegatum vel exequutorem auctoritate literarum Sedis apostolice non possit supponi ecclesiastico interdicto absque speciali mandato Sedis ipsius.

A. d. 1227, die 5. m. Julii.

Liber Albus fol. 167.

Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, nobili viro Duci et comuni de Veneciis salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre sinceritas promeretur, ut in hiis, que digne depositis *(deposcitis?)*, Vobis favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos Vestris supplicationibus inclinati adinstar felicis recordationis Clementis Pape, predecessoris nostri, auctoritate Vobis presentium indulgemus, ut nullus delegatus seu subdelegatus ab ea executor, seu etiam conservator auctoritate literarum Sedis apostolice possit civitatem Veneciarum ecclesiastico supponere interdicto absque speciali mandato Sedis ipsius . . .[1]) plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulgentia hujusmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis

---

[1]) Locus mutilus esse videtur.

Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Data apud Urbem Veterem. III Non. Julii, pontificatus nostri anno primo.

CCLXXIII.

Gregorius IX Papa Romanus de statu et concordia inita inter Grecos et Latinos Imperii Romanie.

Universis presentes literas inspecturis.

A. d. 1229, die 9. m. Aprilis.

Edidit ex manuscripto viri cl. La Porte du Theil Buchon in „éclaircissemens historiques" (recherches et matériaux etc. T. I) p. 21.

De Joanne, rege Hierosolymitano, cuius in hac Papæ epistola mentio, vide Acta ad annum 1231. Cfr. Raynaldi „Ann. eccles." ad a. 1229, §. 46. 47. Du Cange „hist. de Cp." III. 14.

Cum statum et profectum Imperii Romanie sincero, sicut et debemus, zelemur affectu, iis, que pro eo rite ac provide ordinantur, libenter impertimur assensum et robur adicimus apostolicae firmitatis, ut intemerata consistant, que nostro fuerint munimine roborata.

Sane inter carissimum filium nostrum, regem Jerosolimitanum illustrem, ex parte una, et uenerabilem fratrem nostrum *Johannem*, Episcopum Manditensem, et dilectos filios, nobiles viros, Villanum de Alneto et Pontium de Lugduno, nuntios Baronum Imperii Constantinopolitani[1]), qui plenam et liberam potestatem habebant, ab eisdem Baronibus sibi datam, faciendi et ordinandi, quidquid ipsis videret*[ur]* expediens, prout in literis patentibus nobilis viri Narjoti de Tociaco, Bajuli Imperii Romanie et aliorum Baronum eiusdem Imperii continetur, in nostra et fratrum nostrorum nec non et venerabilis fratris nostri Patriarche Constantinopolitani presentia post tractatus multiplices de utriusque partis assensu fuit olim ordinatio certa provisa, quam postmodum Bajulus, Barones et feodati Imperii

[1]) Desideratur ab altera parte.

juramento proprio firmaverunt, adicientes quiddam super Ducatum de Finepople, quod in ordinacione premissa non fuerat comprehensum; deinde memoratus Villanus et Guillelmus de Doaio pro predictis Bajulo, Baronibus et feodatis, memoratis literis voluntatem et juramentum continentibus eorundem et certam potestatem ab ipsis super ordinacionem Imperii eis datam, nostro conspectui presentarunt.

Predictis itaque Rege et nuntiis in nostra et fratrum nostrorum presentia constitutis, idem Rex conventiones comprehensas in literis authenticis, ex parte predictorum Baronum sibi exhibitis, acceptavit; quadam adjectione, immo potius declaratione, de ipsius Regis et predictorum nuntiorum, scilicet Villani et Guillelmi, assensu adhibito secundum intellectum, quod nos et fratres nostri in tractatu conventionum habuimus, predictarum videlicet, quod, si Balduinum, vel filiam regis, vel utrumque, antequam contrahetur matrimonium inter ipsos, vel post mori contingat, vel alio modo matrimonio impediri, Rege vivente, idem Rex toto tempore vite sue habebit et tenebit Imperium, et alia que tam pro uxore, quam pro heredibus suis sunt in premissis conventionibus comprehensa, firma et integra permanebunt, prout in ipsius Regis literis expressius continetur, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus duximus inserendum, qui talis est:

Nos Johannes, divina permissione Jerosolimitanus Rex, notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod in presentia sanctissimi in Christo patris nostri Gregorii, Dei gratia S. R. E. summi Pontificis, et dominorum Cardinalium et domini Symonis, Patriarche Constantinopolitani, nobis presentibus, et domino Johanne, Episcopo Manditeuse, et nobilibus viris Villano de Alneto et Pontio de Lugduno, nuntiis Baronum Imperii Constantinopolitani, qui plenam et liberam potestatem habebant, ab eisdem Baronibus sibi datam, faciendi et ordinandi de dicto Imperio, quicquid ipsis videretur

expediens, prout in literis patentibus viri nobilis Narjoti de Tociaco, Bajuli Imperii Romanie et aliorum Baronum ejusdem Imperii continetur, de consensu nostro et dictorum nuntiorum, de ipso Imperio ordinatum extitit in hunc modum:

„In nomine Domini. Amen.

„In primis fiet contractus matrimonialis de Balduino cum filia Regis Joannis, et consummabitur matrimonium, cum venerint ad etatem; et quia idem Balduinus minoris etatis est, propter debilem statum Imperii dominus Rex Johannes habebit Imperium et coronabitur in Imperatorem, et erit Imperator ad totam vitam suam, et plenariam habebit potestatem et plenarium dominium, tanquam Imperator, ad totam vitam suam; et quidquid faciet tam in aquisitis, quam in aquirendis, firmum et stabile in perpetuum permanebit, salvis justis tenentis, quas moderni Latini vel successores sui tenuerunt a tempore Latinorum; et post decessum Regis Balduinus vel justi heredes sui habebunt vel tenebunt dominium Imperii plene et integre, salvis donationibus, quas Rex fecerit tam in feudis, quam in aliis, videlicet in aquisitis et aquirendis, salva hereditate assignata vel assignanda heredibus Regis.

„Sane dominus Rex tenebit Balduinum et providebit ei honorifice ad honorem suum et ad honorem Balduini, donec Balduinus ad etatem viginti annorum pervenerit; et cum Balduinus venerit ad etatem viginti annorum, Balduinus investietur de regno Niceno cum omnibus pertinentiis et de omni terra, quam ultra Brachium tenuerunt unquam Latini, adjuncto adhuc Ducatu Novi Castri, salva teneuta hominum Latinorum, quam habuerunt de jure a tempore Imperatoris Henrici et eius heredibus usque ad amissionem terre, excepto Ducatu Nichomedie, qui remanebit in manu Imperatoris.

„Et sciendum est, quod in voluntate Regis erit, capere, quod maluerit pro heredibus suis, vel totam terram, que est ultra Brachium, sicut tenent vel unquam tenuerunt eam Greci et

Latini, vel totam terram, quam tenet Comninianus usque ad pertinentias de Dimot et de Andrenoble, et totum Ducatum de Finepople, quisquis eum tenet, et totam terram de Esclares et illam, que fuit de Straces, excepto illo, quod Assantis inde tenet, et excepto regno Thessalonicensi: tali modo, quod heres regis faciet homagium ligium Balduino, vel eius heredi, quando veniet ad Imperium post decessum Regis, et faciet servitium debitum pro terra sua, sine periculo terre sue, hoc excepto, quod non tenebitur ire in exercitum, in quo persona Imperatoris non erit.

„Et si forte aliquis habebit feodum in terra ultra Brachium, in terris heredum Regis et Imperatoris, faciet ligitatem illi domino, in cuius terra major pars feodi sui erit, donec habebit heredes de carne propria, quibus possit pactiri feodum post decessum; et hoc fit, ne possit perdi feodum ab aliqua parte.

„Item quicumque tenebit feodum vel dominium ab Imperio immediate, faciet Regi Johanni homagium ligium ad vitam suam et fidelitatem contra omnes homines, qui possunt vivere atque mori, excepto predicto Balduino, qui, cum venerit ad etatem viginti annorum, Regi tenebitur juramento ad servandum ipsum et suos et conventiones superius annotatas; et ipse Balduinus tenebitur facere servitium debitum Imperio de hominibus suis pro terra sibi assignata; et homines istius terre, quam habebit Balduinus, facient homagium ligium Regi Johanni, et jurabunt conventiones supradictas. Adhuc in terra, que aquiretur vel que reaquiretur, Barones secundum valorem terre milites feodabunt.

„Item filie Regis, que erit uxor Balduini, assignabuntur pro dotalicio viginti millia hyperperate terre ad consideracionem domini Patriarche et quatuor Baronum Imperii.

„Item Regine, videlicet uxori Regis, assignabitur dotalicium in terram (terra?), *quam Rex elegit pro heredibus suis; et si forte conti*(n)*geret Regem decedere, priusquam terra heredum*

suorum fuerit aquisita, providebitur Regine de dotalicio in terra, que prius aquiretur, de consilio domini Patriarche et quatuor Baronum, hoc condicionis interposito, quod, quam cito terra heredum Regis erit acquisita, ipsa capiet dotalicium suum in eodem (eadem?), *si invenietur tum, quod possit fieri, ad arbitrium predictorum; et tunc terra illa ad Balduinum revertetur absolute.*

„Sane omnes feodati in Imperio jurabunt, se tenere et servare omnes istas conventiones et recipere Regem in dominum et Imperatorem, quando ad terram veniet, Deo dante. Rex vero, quando coronabitur, super sacramenta jurabit se servare, manutenere et defendere Imperium, jura Imperii et honores et approbatus consuetudines Imperii, bona fide ad opus suum, quamdiu vivet, et ad opus Balduini et suorum post ipsius decessum, salvis juribus et honoribus Venetorum et Ecclesiarum, ut ista fiant.

Predicti autem Narjotus Bajulus et alii Barones et fideles ac feodati in hac forma unum tantum punctum adjunxerunt, scilicet de Ducatu Phinepople, ut illud, quod de jure tenuit dilectus et fidelis consors eorum et Baro Imperii, dominus Girardus de Stroim et antecessores sui, libere teneat per debitum servitium ab eo, in cujus partem predictus Ducatus cesserit, scilicet Imperatoris vel heredum suorum. Non enim alicujus intentionis fuisse credimus, quod ipse suo jure plus, quam alii, privaretur. Cum igitur dicta forma eis visa fuerit et utilis et fructuosa, factum suorum nuntiorum collaudaverunt, illi reddentes gratias, qui suos humiles ipsorum non permittit tribulationibus deperire.

„Conventiones ipsas in omnibus, sicut prescripte sunt, ratas, gratas et firmas habentes, ipsas, sacrosanctis tactis Evangeliis, juraverunt firmiter et fideliter observare et complere, et non contra venire.

„In cujus rei testimonium suas literas patentes fecerunt fieri sigillorum suorum munimine roboratas. Quibus per

nobiles viros Villanum de Alneto et Guillelmum de Doaio, supradictorum Baronum nuntios, domino Pape et nobis oblatis, nos conventiones in eis contentas acceptavimus et recepimus, hoc adjecto, imo apertius declarato, de nostro et dictorum nuntiorum, scilicet Villani et Guillelmi assensu, cum a domino Papa et Cardinalibus, et nobis sic ab initio supradicte conventiones fuerint intellecte: quod, si Balduinum, vel filiam nostram, sive utrumque, antequam matrimonium contrahetur inter ipsos, vel post mori contingat, vel alio modo matrimonio impediri, nobis viventibus, nos toto tempore vite nostre habebimus et tenebimus Imperium; et alia, que tam de uxore nostra, quam de nostris heredibus superius sunt expressa, firma et integra in perpetuum remanebunt.

„Nos autem omnes suprascriptas conventiones observare firmiter, bona fide, et non contra venire proprio firmavimus juramento. In cujus rei testimonium presentes literas fecimus sigilli nostri munimine roborari.

„Actum anno Domini MCCXXIX, mense Aprilis, in Perusio.“

Nos igitur, iis, tanquam inspirante Domino, sicut confidimus, ordinatis, gratum impertientes assensum, quia rectis dispositionibus nil debet difficultatem afferre, ea statuimus firmiter observanda, presentium auctoritate, sub pena excommunicationis districtius inhibentes, an quis contra ipsa quicquam attemptare presumat etc.; si quis autem etc.

Datum Perusii, V Id. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio.

CCLXXIV.

Jacobus Theupulo, Dux Venetiarum, committit Potestati Veneto in Constantinopoli, ut monasterium s. Georgii majoris immittat in possessionem redditnum eidem assignatorum.

A. d. 1229, m. Madio.

De Ducatu Jacobi Theupuli (a. d. 1229 — 1249) videatur Andreæ Danduli chronicon l. c. p. 345—358. Adde Le Bret l. c. p. 487—529.

Ecclesiae Venetae antiqua monumenta, ed. Flamin. Cornelius Tom. VIII, decadis XI parte posteriore, pag. 240, 241. Ex archivo s. Georgii majoris Venetiarum.

Jacobus Theupulus, Dei gratia Venetiarum, Dalmacie atque Chrovacie Dux, dominus quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, dilecto fideli suo R. Quirino, viro nobili, de mandato suo Potestati Constantinopoli, et consciliariis ejus, viris nobilibus, fidelibus nostris, salutem et prosperitatis letitiam.

Refferente viro nobile, Theophilo Geno, nostro nunc consciliario existente, didicimus, quia, cum quondam loca quedam et mansiones nostri monasterii de s. Georgio in Constantinopoli posita, fuerint ablata eidem et redacta in nostro comuni pro ejusdem comunis utilitate, dictus Theophilus Geno sui regiminis tempore ad mandatum hanc mansionem dom. P. Ziani nostri predecessoris de voluntate sui conscilii terras sive loca inferius designata pro incambio pro premissis eidem monasterio specialiter assignavit.

Sed loca autem ipsa hec sunt: pecia vero una de terra vacua, posita infra murum civitatis. Ex uno capite versus orientem firmat in porta civitatis, que dicitur s. Marci, per quam discurrit via publica, que pecia de terra habet ibidem de amplitudine pedes LVIII; ex alio capite versus occidentem firmat in porta, que (l. *qua*) exitur ad Drongarium, que dicitur Ebrayki, habens ibi de latitudine pedes XXXVIII; per quam portam via discurrit publica; de longitudine autem habet eadem pretia (l. *pecia*) de terra ibi ab oriente discurrens versus occidentem pedes LXXVII; per quam longitudinem via vadit publica. Ex vero alia sua parte firmat in muro civitatis.

Hec autem pecia de terra assignata est monasterio suprascripto yperperos XVI annuatim.

Super quam Nicolaus Aurio habitator Constantinopolis habet mansiones quasdam. Est autem similiter pecia quedam de terra vacua, posita in ruga Allero . . . Supra qua sunt case

quattuor de Angelo M..... et uxore sua pro tribus yperperis annuatim.

Quia vero de voluntate nostra est ac nostri conscilii, ut has pecias de terra per suprascriptum virum nobilem, Theophilum Geno, dicto monasterio pro incambio assignatas monasterium ipsum habere debeat ac libere possidere, mandamus vobis atque precipimus sub pena juramenti, quatenus missum ipsius monasterii B., videlicet Priorem s. Marci nomine monasterii s. Georgii, mittatis in tenutam de suprascriptis peciis de terra, ut eas de cetero monasterium ipsum habere debeat et tanquam suas proprias in perpetuum possidere.

Data per Nicolaum Girardo, Presb. plebanum ecclesiae s. Moysi, Cancellarium nostrum, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, mense Madii, indictione secunda, RIVOALTI, in palatio nostro.

CCLXXV.

Istud est pactum domini Methafardini Saonæ.

A. d. 1229, m. Novembri.

Liber Pactorum II, fol. 222ᵛ

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, mense Novembri, indictione tertia. SAONAE[1]).

Istud est pactum domini Methafardini Saonæ, quod fecit illustrissimo domino Jacobo Teupulo, Dei gratia Venetiarum, Dalmatiæ atque Chroatiæ Duci, quartæ partis et dimidiæ totius Imperii Romaniæ dominatori, hunc tenorem habentem:

Ego suprascriptus Methafardinus adhibui fidem meam omnibus mercatoribus Venetis, qui per terram vadunt vel veniunt meam, ita quidem, ut sint salvi et securi eundo, stando et redeundo per totam meam terram in Adalapo, vel in

[1]) Saona *(Sahjûn)* arx Syriæ firmissima prope Antiochiam. Nomen Methafardin respondet titulo apud Arabes frequenti Modhaffireddin „fidei victoriam parans". De Saona et Venetorum ibi commercio vide, quae supra p. 259 in pacto Melechalis leguntur.

omnibus terris, ad quascumque ire voluerint, in personis et rebus suis.

Et tenere volo omnia ac observare, quecunque continentur in pacto hactenus a patre quondam meo facto suprascriptis mercatoribus Venetis omnibus.

Et si evenerit, quod Deus avertat, ut aliquod lignum magnum vel parvum in meis rumperetur partibus, salvi et securi esse debent in personis eorum et havere absque contrarietate aliqua.

Quodsi obierit in meis partibus Venetus aliquis testatus vel ordinatus, valere debet et tenere, prout se ordinabit. Quodsi obierit sine ordinatione, Veneti, qui fuerint ibi, valeant intromittere sua omnia bona absque contrarietate aliqua. Si vero Veneti ibi non fuerint, ego dictus dominus Saonæ custodire debeo bona suprascripti defuncti, donec dominus Dux vel Acconis Baiulus suas mihi litteras miserit; et prout in dictis litteris continebitur, ita effectui mancipabitur.

Quodsi infra dictos Venetos aliqua discordia evenerit, quod ad inviecm se verberarent vel occiderent, potestatem infra se conciare debent habere, et non aliquis.

De saoma kamelli de pipere debent appagare dir̄. (i. e. *direm*) VIII. De saoma saomeri piperis debent appagare dir̄. VI et quarta. De saoma kameli de coton appagare debent dir̄. IIII. De saoma saomeri, videlicet muli, de bambaccio dir̄. III, minus tertia.

Et hoc actum fuit tempore nobilissimi domini Johannis Succugullo, missi gloriosi domini Ducis Venetiarum.

Hoc quoque pactum mea propria manu scripsi, ac meo signo munivi, ut firmum et stabile sit perpetuo.

Factum in mense Mearau [1]) ad anuos DCXXVII de Maogmet.

---

[1]) I. e. Moharram, a. 627 incipiens a die 20 m. Novembris.

CCLXXVI.

Pactum Melechalis de Alapo Soldani, factum cum domino Jacobo Teupulo, Duce Venetie.

A. d. 1229, m. Decembri fere medio.

Liber Albus fol. 204—205. Libri Pactorum I, fol. 265. II, fol. 221, coll. fol. 13. Excerpsit Marin. IV, 246 sq. — *Elmelik elazíz Muhammed*, filius Elmelik eḍ Ḍâhir, regnavit a. 1216—1236. Cfr. supra p. 63. Sed corrige mendum scripturæ (*zhâhir* i. e. *ḍâhir*, pro *zhâri*) tam in titulo, quam in textu.

In nomine Dei eterni. Amen.

Anno Domini millesimo CC. XXIX, mense Decembris, indictione tercia. In ADALAPPO.

Istud est pactum domini Mellechallis de Alappo, Soldani, quod fecit glorioso[1]) domino nostro Jacobo Teupulo, inclito Venetie Duci, hunc tenorem habentem.

Ego suprascriptus Soldanus tempore Johannis Succugullo, missi gloriosi domini Jacobi Teupuli, incliti Venetie Ducis, adhibui fidem meam omnibus mercatoribus Venetis, qui de transmarinis uenerint partibus, et confirmaui suprascriptum pactum auctoritate mea glorioso domino Jacobo Teupulo, Dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Duci et quarte partis et dimidie tocius Imperij Romanie dominatori, quod omnes dicti mercatores in meis partibus uenientes sint salui et securi in personis et hauere, eundo, stando et redeundo; et quos cauere ac saluare debeo bona fide et bono occulo ab omnibus, qui inde eos infestare uoluerint, ad meum posse.

In eorum uero uendictionibus et comparationibus ita eos tenere debeo in suis rationibus, quod aliquis eisdem minime fortium faciat; et hoc facio, ut supradicti mercatores in meis libentius ueniant partibus cum mercimoniis suis.

Stabilitum uero illis habeo, quod de mercibus omnibus, quas uenderint seu comperauerint[2]) in Adalappo, debent persol-

[1]) dicto glorioso LP. II, fol. 13.

[2]) I. e. comparaverint. Eadem forma recurrit in sequ. pagina.

uere sex per centenarium, extra de cotton, de quo soluitur per saumam[1]). De omnibus autem mercibus, quas secum de Venecia duxerint, teneantur[2]) dare similiter sex per centenarium, et de draparia kar. . . . duos plus[3]) platatorum[4]) kar. I, et alio platatorum kar. I.

Quodsi comperauerint species, tenentur similiter per centenarium ad messetam[5]) kar. iiij.or *[extra]* de cotton[6]).

De omnibus quoque mercibus ad fondicum, qui extra ciuitatem est, debent medium dir.[7]) ad pontem de dritura.

Dimisi eis de sauma kamelli de pipere denarium I; unde ad dictum pontem pro suprascripta sauma piperis debent denariorum nouem.

Dimisi illis etiam de sauma sommerij[8]) denarium unum, de quibus dare solebant quoque[9]).

De saoma kamelli de cotton dimisi illis medium denar., de quibus appagare sollebant; vnde remanent[10]) quatuor.

Et de omnibus mercimonijs, quas de Venecia duxerint secum, debent dare prout de pipere, et de rame sicut de cotton.

Quodsi Venetus quis mercator in partibus moriretur cum ordinatione, ualebit, prout se ordinabit, absque contrarietate aliqua. Quodsi intestatus obierit, et fuerint ibi Veneti, valeant ipsi bona suprascripti intestati intromittere absque contrarietate aliqua; tamen, qui ipsa bona susceperint, Soldano suas faciet *(facient?)* litteras, quod receperint dicta bona dicti intestati. Si uero obierit, et non fuerint inuenti ibi Veneti uel Venetus, qui sua ualeant intromittere bona, Soldanus debet custodire dicta bona suprascripti defuncti, donec littere domini Ducis Venecie uel Acconis Baiuli Soldano venerint; et secundum quod

1) pro sauma LP. II, fol. 13.
2) tenentur LP. I. II.
3) plus additum margini LA.; karlinos duos LP. II.
4) paltatorum LP. I.; paltatori LP. II.
5) mesaram LP. II, fol. 13.
6) extra LP. II.
7) medietatem LP. II, fol. 13.
8) saumeri LP. I. II.
9) quo LP. I. LP. II? An quinque?
10) unum remanent LP. I. II.

in litteris dictis continebitur, ita effectui mancipabitur sine contrarietate ulla.

Ad pontem namque promisi illis facere fondicum ad hospitandum. Ad Litiam quoque habere debent ecclesiam, fondicum, curiam, Baiulum et furnum; et in Adalappo similiter fondicum, curiam et Baiulum.

Quodsi infra dictos Venetos euenerit discordia aliqua, aut se ad inuicem uerberarent uel occiderent, super hoc Baiulus eorum potestatem habere debet, et non aliquis.

Item in qualibet septimania statutum illis habeo omni die lune Admiralium unum ad eisdem rationem faciendam in duana de omnibus, quos fecerint, clamoribus; Bedardinum Moamedar[1]) ad presens illis concessi. Et si aduenerit, quod Deus auertat, nauem aut lignum aliquod in Licia[2]) uel in Zibello[3]) et in omnibus meis partibus rumperetur, persone eorum et habere absque contrarietate aliqua salui et securi esse debent.

Si autem Venetus uel Veneti in meis fecissent partibus predam seu raubariam, mercatores, qui in meis erunt partibus, nullum inde dampnum siue impedimentum sustiuere debent.

Hoc etiam pactum et statutum illis perpetuo firmaui. Volo[4]) namque et precipio, quod omnes Admiralij mei, Baiulus siue Baiuli, qui istum meum perspexerint pactum, quod de sepedictis Venetis confirmaui, firmiter ipsum credere debeant et tenere.

Et ut firmius credatur et teneatur a meis hominibus, meo honorabili signo ipsum muniri duxi ac honorabilis Tabacci.

Factum fuit hoc pactum die vigessimo septimo intrante, mense Mearam, ad annos DC. XXVII de Maogmet[5]).

[1]) Maomedar LP. II.; Maomeder LP. I. Bedardin refert cognomentum Bedreddin (plenilunium fidei). In Maomedar inesse potest Mohammed aut titulus Mehmàndàr, hospitum etc. curator.

[2]) Laodicea.

[3]) Gobeil, Byblos.

[4]) volo LA.; et volo namque LA.

[5]) I. e. die fere 17. m. Decembris.

CCLXXVII.

Tractatus Concordiæ inter Joannem, electum Imperatorem Constantinopolitanum, et Jacobum Theupulum, Ducem Venetiarum.

A. d. 1231, die 7. m. Aprilis.

Codex Lat. Sancti Marci 228, fol. 13—18.

Anno Domini 1231 Joannem Briennensem, Regem Hierosolymitanum, in Regni Constantinopolitani administrationem vocatum fuisse constat, coll. Andrea Dandulo chron. l. c. p. 346 sq.: *Balduino, heredi Imperii Constantinopolitani, Imperator del Zagora promisit totam occidentalem plagam ei acquirere, si ejus filiam acciperet conjugem. Quod cernentes Barones, qui pueri patrem tam sæve offenderant, deliberato consilio Joanni, Regi Hierusalem, mittunt, ut filiam suam det heredi Imperii, et ipse in vita sua gubernet Imperium pro puero, teneatque ab Imperio, quidquid ultra Brachium Sancti Georgii acquirere poterit; quæ de conscientia Papæ firmata sunt. Hic Joannes tertio Ducis anno Petrum de Altonano* (leg. *Altomano*) *militem Venetias misit, qui pro suo exercitu potenti transfretando navigia habere pactus est**). *Et illi Maretium* (leg. *Aretium*) *jam pervento Dux Simonem Bono et Andream Michaelem delegat; et pacta, quæ in acquisitione Imperii facta fuerant et successive approbata, hic inde firmata sunt; et kalendis Augusti parato Venetorum stolo ille cum exercitu Constantinopolim navigat, et Imperator coronatus est.*

Hactenus Andreas Dandulus breviter suo more ac summarie. Nos vero, cum sequentia diplomata plus semel fata regni Latinorum Byzantini respiciant, ex Wilkeno (Geschichte der Kreuzzüge T. VII, p. 431 sqq.) sequentia repetemus, ad illustrandam istius ævi historiam apprime facientia: *In derselben Zeit* (1261)... *endigte das Lateinische Kaiserthum zu Constantinopel sein kümmerliches Daseyn. Weder der Kaiser Balduin der Erste, noch sein Bruder Heinrich hatten es vermocht, innere Haltbarkeit einem Reiche zu geben,*

---

*) Muratorius ibidem: *in margine codicis Ambrosiani: „Joanni Imperatori datæ sunt triremes XIV et navigia pro vehendis equis 1200 et 500 militibus. Datus et commeatus pro tribus mensibus. Hic cum classe, cum sua, tum Venetorum, maritima Campsaci* (l. *Lampsaci*) *oramque vicinam totam recuperavit, diuque in Imperio pacifice vixit“.*

welches in seiner Einrichtung und Verfassung den Keim des Verderbens trug; und wenn auch der Kaiser Heinrich die zweckmässigsten Mittel anwandte, um die Dauer des Kaiserthums zu fristen, indem er die Griechen zu gewinnen suchte, sie mit Milde und Schonung behandelte und ihnen Stellen im Heere und in der Staatsverwaltung anvertraute: so vereitelte der Päpstliche Legat, Cardinal Pelagius, welcher im Jahre 1213 von Innocenz dem Dritten nach Constantinopel gesandt wurde, um daselbst die kirchlichen Angelegenheiten zu ordnen, die Wirkungen jener weisen Massregeln durch ein eben so herrschsüchtiges und leidenschaftliches Verfahren, als er fünf Jahre später während des Kreuzzuges gegen Aegypten befolgte. Kaum war Pelagius in Constantinopel angekommen, als er befahl, die Kirchen und Klöster der Griechen zu schliessen, gewaltsame Bekehrungen anordnete, und die Griechen, welche ihrer Kirche treu blieben, verjagte. Der Kaiser Heinrich liess zwar die von dem unduldsamen Legaten verschlossenen Griechischen Kirchen und Klöster wieder öffnen und ihren rechtmässigen Besitzern zurückgeben: beruhigte aber dadurch nicht die Besorgnisse der Griechen wegen künftiger Wiederholungen ähnlicher Gewaltthätigkeiten. Die feindselige Gesinnung der Griechen gegen ihre Lateinischen Beherrscher, die natürliche Folge ungerechter Behandlung, war für die Letztern um so gefährlicher, als ihre Macht an sich gering war, und durch Streitigkeiten der Ritter unter sich und mit ihrem Kaiser noch mehr geschwächt wurde; und die Ritter, welche die Vertheidigung von Constantinopel übernommen hatten, vergassen sogar dergestalt ihre Pflicht, dass sie, durch höhern Sold verleitet, in die Dienste des Feindes des neuen Kaiserthums traten. Der frühzeitige Tod des Kaisers Heinrich, welcher im Jahre 1216 nach einer Regierung von zehn Jahren und fast zehn Monaten im vierzigsten Jahre seines Alters starb, war ein höchst unglückliches Ereigniss, welches den Verfall des entstehenden Reiches beschleunigte, da an die Stelle des milden und billigen Heinrich kein Kaiser trat, welcher dessen Grundsätze befolgte und das vollendete, was er angefangen hatte. Der Graf Peter von Auxerre, Gemahl der Jolanthe von Flandern, der Schwester der Kaiser Balduin und Heinrich, welchen die Wahl der Barone von Constantinopel, da Heinrich ohne männliche Nachkommen gestorben war, auf den erledigten Kaiserthron berief, nahm zwar eine ansehnliche

Zahl von Rittern und Fussvolk in seinen Dienst, und verpfändete seine Französischen Herrschaften, um die Kosten der Ausrüstung und Unterhaltung des Heeres zu bestreiten, durch welches er seinem neuen Throne Ansehen und Glanz zu geben hoffte; er gelangte aber nicht einmal nach Constantinopel. Da Peter nicht die Mittel besass, den Venetianern die Kosten der Ueberfahrt nach Griechenland für sich, seine Familie und sein Heer zu bezahlen, so übernahm er die Verpflichtung, für die eigennützige Republik, welche solche Verlegenheiten tapferer Ritter nicht unbenutzt zu lassen pflegte, die Stadt Dyrrachium wieder zu erobern. Denn diese Stadt war nicht lange zuvor den Venetianern von Theodorus, dem Sohne und Nachfolger des Michael Comnenus im Fürstenthume Epirus, entrissen worden. Als die Belagerung von Dyrrachium misslang, so entschloss sich der Kaiser Peter, durch die Länder des Fürsten Theodorus und das Königreich von Thessalonich seine Reise nach Constantinopel fortzusetzen. Er wurde aber sehr bald in den Gebirgen von Epirus durch die Truppen des Theodorus eingeschlossen, ungeachtet des Vertrags, welchen der Päpstliche Legat, Cardinal Johann Colonna, der den Kaiser begleitete, mit den Feinden verabredete, nebst mehreren seiner Waffengefährten von dem treulosen Fürsten Theodorus gefangen gehalten und nur durch einen baldigen Tod von den Leiden einer harten Gefangenschaft befreit. Seine Gemahlin Jolanthe, welche mit ihren Töchtern aus dem Hafen von Brundusium, wo der Kaiser nach Epirus sich eingeschifft hatte, unmittelbar nach Constantinopel vorausgegangen war, genas zwar daselbst bald nach ihrer Ankunft ihres Sohnes Balduin, des letzten der Lateinischen Kaiser von Byzanz; die Barone des Kaiserthums waren aber mit Recht der Meinung, dass eine lange vormundschaftliche Verwaltung dem schwachen Reiche höchst verderblich wäre, und vereinigten sich zu dem Beschlusse, dem ältesten Sohne des Kaisers Peter, dem Grafen Philipp von Namur, den erledigten Thron anzutragen. Der Graf Philipp von Namur war aber nicht geneigt, für die Kaiserkrone, welche seinem Vater einen so schmählichen Tod zugezogen hatte, seine schönen Flandrischen Herrschaften aufzuopfern, sondern er brachte den Baronen von Constantinopel seinen jüngern Bruder Robert in Vorschlag; und dieser trat im Jahre 1220 die Reise nach Romanien durch Deutschland und Ungarn an, und wurde am Feste der Verkündigung Mariä 1221

von dem Patriarchen Matthias in der Sophienkirche zu Constantinopel gekrönt. Bald nach seiner Thronbesteigung folgte in dem Kaiserthume von Nicäa dem milden und nachgiebigen Theodorus Lascaris, welcher in den letzten Jahren seiner Regierung mit dem Hause der Flandrischen Kaiser von Constantinopel durch seine Vermählung mit Maria von Courtenay, der Tochter der Kaiserin Jolanthe, sich verbunden hatte, dessen unternehmender Eidam, Johannes Ducas, mit dem Beinamen Vatatzes; und der Krieg, in welchen Robert, verleitet durch zwei Brüder des verstorbenen Kaisers Theodorus, mit Johannes Vatatzes sich verwickelte, hatte für das Lateinische Kaiserthum von Constantinopel die empfindlichsten Verluste zur Folge. Die unglückliche Schlacht bei Pämaninum im Jahre 1224, in welcher mehrere kräftige Vertheidiger des wankenden Kaiserthrones ihr Leben verloren, brachte den Kaiser Robert um den Besitz der Asiatischen Plätze, welche während der Regierung des Kaisers Heinrich waren erobert worden; und Johannes Vatatzes unterwarf sich bald hernach auch die Stadt Adrianopel mit dem Beistande der Griechischen Einwohner, welche das Joch der Lateinischen Herrschaft mit Widerwillen getragen hatten. Gleichzeitig drang Theodorus Comnenus, welcher schon zuvor Thessalonich sich unterworfen und den Titel eines Kaisers von Thessalonien angenommen hatte, von Westen her vor, indem er die Schwäche der Lateiner, welche die Folge ihrer in Kleinasien erlittenen Niederlage war, mit noch grösserer Thätigkeit und Geschicklichkeit als selbst Johannes Vatatzes benutzte. Ohne grosse Schwierigkeiten eroberte Theodorus Mosynopolis, Didymoteichon und andere Städte, vertrieb die Besatzung des Kaisers von Nicäa aus Adrianopel, setzte sich selbst in den Besitz dieser Stadt und dehnte seine Streifereien bis zum Weichbilde von Constantinopel aus. Vergeblich bemühte sich der Papst Honorius der Dritte, dem Kaiser Robert in dieser bedrängten Lage die Hilfe der abendländischen Fürsten zu erwirken; die Ermahnungen des Papstes fanden um so weniger Gehör, da Robert selbst seine hilfsbedürftige Lage verschlimmerte, theils durch sein unbesonnenes Betragen sowol gegen Johannes Vatatzes, welcher ihm einen billigen Frieden gewährte, als gegen die Barone von Constantinopel, theils durch seine Trägheit und gänzliche Unfähigkeit, in schwierigen Verhältnissen sein Ansehen und seine Würde zu behaupten. Robert

entschloss sich endlich, da er von seinen eigenen Unterthanen sich verachtet sah, Constantinopel zu verlassen, und an dem Hofe des Papstes Gregor des Neunten, welcher indess dem Papste Honorius dem Dritten gefolgt war, Beschwerden über die Beleidigungen, welche er von seinen Baronen erfahren hatte, vorzutragen; und als er auf den Rath des Papstes von Rom nach seiner Hauptstadt zurückkehren wollte, starb er an einer Krankheit in Achaja im Jahre 1228. Da Robert keinen andern Thronerben hinterliess als seinen damals zehnjährigen Bruder Balduin, so übertrugen die Barone von Constantinopel bis zur Volljährigkeit dieses jungen Prinzen dem Könige Johann von Jerusalem, welcher sein Königreich bereits dem Kaiser Friedrich abgetreten hatte und damals als Anführer eines Päpstlichen Heeres den Kaiser bekämpfte, den erledigten Thron nebst dem kaiserlichen Titel. Der Kaiser Johann, welcher bereits ein Greis in hohem Alter war, als er im Jahre 1230 (l. 1231) *in der Sophienkirche gekrönt wurde, brachte zwar eine Anzahl von Kriegern, welche er in Italien und Frankreich geworben hatte, nach Constantinopel; diese Krieger aber, da der hochbetagte Kaiser zu keiner Unternehmung sich entschliessen konnte, zerstreuten sich und kehrten in ihre Heimath zurück, ohne dem Kaiserthume irgend einen nützlichen Dienst geleistet zu haben.*

Cfr. etiam Le Bret I, p. 502 sq.

In eterni Dei nomine, Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo trigesimo primo, die septima exeunte mensis Aprilis, indictione quarta. In presentia testium, quorum nomina declarantur inferius.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen, et beati Marci apostoli et evangeliste, cuius presidio, que Domino sunt bene placita, gubernantur et ipso comite semper feliciter adimplentur, ad nostros actus in illius nomine grediamur, sine quo ipsa elementa nullatenus sustentantur. Amen.

Cum igitur vir nobilis, dominus Petrus de Altomanno, nomine domini Johannis, illustris Regis Jerosolimitani, in Imperatorem Constantinopol. electi, ex parte dicti domini Regis Venetias accessisset, et in presentia incliti domini Jacobi Teupoli,

Ducis Venetorum, dominique Nicolai, Regini Episcopi, domini Pape in hac parte Legati, constitutus potentatum secum habendo super passagio dicti domini Regis et eorum, qui secum in dicto passagio sunt ituri ad partes Rom., obtulit predicti domini Regis literas, suo sigillo munitas, in hunc modum:

Johannes, Dei gratia Jerosolim. Rex, viro excellenti et amico suo speciali, Jacobo, eadem gratia illustri Venecie, Dalmatie atque Chroacie Duci, quarte partis et dimidie tocius Imperii Rom. dominatori, salutem et plenitudinem omnis boni.

Mittimus ad vos dilectum et fidelem militem nostrum, Petrum de Altomanno, dantes ei speciale mandatum et plenariam potestatem tractandi et conveniendi vobiscum, qualiter per portum Venecie transire ad Constantinopolitanum Imperium valeamus; quicquid idem Petrus super hoc et etiam super motionem negociorum Imperii Romanie ad hoc pertinencium dixerit et fecerit, ratum et gratum plenius habituri, et tamquam, si nos ipsi ea unita persona propria faceremus. Datum Perusii, die Mercurii ante resurrectionem Domini, anno Domini millesimo ducentesimo [adde *trigesimo*] *primo, mense Marcii.*

Quibus literis ostensis et diligenter a domino Duce et suis consiliariis intellectis, consilioque ad sonum campane more solito congregato, dictorum comuni uoluntate taliter cum ipso domino Petro ordinauerunt et statuerunt, quod dictus dominus Rex iurabit ad euangelia sancta Dei, et promittet seruare et attendere et seruari facere domino Duci Venecie et Venetis bona fide legalem societatem et pacta et conventiones, que facte fuerunt ante captionem Constantinopolitanam inter dominum Balduinum, Comitem Flandrensem, quondam Imperatorem, et Bonifacium, Marchionem Montisferrati, et alios Comites et Barones ex una parte; et dominum Henricum Dandulum, Ducem Venecie, et Venetos ex altera. Et pacta et conventiones, que facte fuerunt postea inter dominum Henricum, moderatorem Imperii, fratrem eiusdem domini Balduini, Imperatoris Constan-

tinopolitani, ex una parte, et Marinum Genum, tunc Potestatem Venetorum, ex altera, atque per ipsum dominum Henricum, postea Imperatorem, confirmate fuerunt et facte; et omnia [et] alia pacta et conventiones atque ordinationes, que facte sunt hinc retro per dominos Petrum et Robertum, quondam Imperatores Constantinopolitanos; et omnia alia iura et rationes et possessiones terrarum et honorificentias atque consuetudines tam cum scriptis, quam sine scriptis, quas domini Duces et Veneti habuerunt et habent et debent habere in Imperio Constantinopolitano, tam de acquisitis terris, quam de acquirendis, et portionibus illarum factis et faciendis; omnes etiam possessiones et honorificentie, quas homines Venetie habuerint et habuerunt in tempore Grecorum per totum Imperium Romanie tam cum scripto, quam sine scripto, et habent ad presens et habere contingerit, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, firme eis et illibate permaneant.

Debent namque omnes Veneti veniendo, stando, eundo et redeundo per totum Imperium Romanie et eorum res esse absque omni contrarietate et absque ulla datione.

Item, quod idem dominus Rex domino Duci et Venetis predictis statuet et confirmabit atque decernet, ad hoc, ut aliqua discordia, quod Deus avertat, inter partes de cetero oriri non possit, ut habeant inperpetuum tres partes pro sua parte de octo partibus de iusticiis et honorificentiis atque rationibus camporum gentis Latine, ciuitatis Constantinopolitane quinque partibus de octo partibus pro sua parte remanentibus Imperatori.

Item statuet et confirmabit supradictus dominus Rex domino Duci et Venetis, ut rustici de casalibus, qui debent seruire monetam caragii, in ipsis casalibus habitantes, vel qui pro tempore habitaverint, faciant omnia servitia monete caragii, sicut soliti erant facere tempore Grecorum et nunc faciunt; et alii rustici, qui faciebant servitia eiusdem monete caragii, ea facere debeant, sicut faciebant tempore Grecorum et nunc faciunt,

seilicet pro ipso domino Duce et Venetis et ipsorum nomine trium partium de predietis oeto partibus; et quod perpetualiter dieti nostri predicta seruicia faeere teneantur.

Pretcrea coneedet et eonfirmabit dietus dominus Rex dicto domino Duei et Venetis perpetuo habendum et tenendum atque possidendum loca et viam, quae vocatur *de Longario*, extra murum civitatis Constantinopolitane, usque ad aquam, que currit a veteri possessione Venetorum ciusdem eivitatis usque ad novam, sicut habuerunt et tenuerunt hine retro a tempore domini Henriei Imperatoris Constantinopolitani bone memorie usque ad presens.

Arsanam etiam eonfirmabit et eoncedet iam dietus dominus Rex ipsi domino Duei et Venetis habendum, tenendum atque possidendum imperpetuum, sieut nune ipsum arsanam iam dicti dominus Dux et Veneti habent et tenent.

Faeiet insuper dictus dominus Rex, quod omnes illi, qui transibunt eum eo, ita iurabunt, quod, dum erunt in navibus Venetorum, adiuvabunt et defendent et eustodient personas et res eorum bona fide. Et eum de navibus deseenderint et Constantinopolim vel in Romaniam venerint, eodem iuramento teneantur, firmam habere legalem societatem quondam Francigenarum et Imperatorum Constantinopolitanorum ex una parte, et Ducum et Venetorum ex altera, et presentialiter factam et faciendam inter dictum dominum Dueem et Regem predictum, et nullo tempore eontravenire; ita tamen, quod illi, qui ibi habebunt feudum, tanto plus teneantur, quantum alii, qui ibi feudum haetenus habuerunt.

Item promisit dietus Petrus de Altomanno dieto domino Duci et Venetis, quod idem dominus Rex, postquam fuerit in Imperatorem eoronatus, infra octo dies post domini Dueis uel ambaxatorum Venee. requisitionem, que per eum promissa fuerint et iurata, eonfirmabit, suas patentes literas, suo proprio sigillo munitas, ipsis protinus eoneedendo. Predicta autem

predictus dominus Rex iuramento firmabit et attendere et observare promittet.

Dominus autem Jacobus Teupolo, Dei gratia Venetorum Dux iam dictus, de voluntate totius consilii Veneccie promisit predicto Petro de Altomanno, recipienti procuratorio nomine pro iam dicto domino illustri Rege passagium de nauibus per tres menses post egressum de portu Sancti Nicholai de littore de Venetiis in proximis kalendis Augusti paratum in Venecia ad eundum sine aliquo precio ad urbem Constantinopolitanam, vel in terram Vatacii, ubi uoluerit, uel alibi in Romaniam, sicut erunt concordes dictus dominus Rex et capitaneus domini Ducis, qui super eodem nauigio erit, pro mille ducentis equis et pro quingentis militibus ad modum Lombardie, et pro quinque milibus aliorum hominum cum eorum armis et arnesiis; hoc tamen acto inter eos, quod ad minus trecentos milites teneatur dominus Rex adducere secum ad transfretandum ad modum Lombardie, ut dictum est. Et si minus quingentis duxerit, tanto pro rata secundum rationem minorem quantitatem equorum ducere debeat in passagio pretaxato. Numerum autem militum et equorum debet dominus Rex notificare domino Duci usque ad festum proximum beati Petri.

Item hoc actum est inter predictum dominum Ducem et iam dictum Petrum de Altomanno nomine dicti domini Regis, quod, si ultra predictum numerum mille ducentorum equorum Rex uel sui habuerint, portari facient conpetenti precio usque ad numerum equorum, quem arbitrabuntur concorditer dominus Rex et dominus Dux predictus.

Item promiserunt predictus dominus Dux et Veneti, quod portari facient in eodem passagio victualia pro personis et equis predictis pro tribus mensibus sufficientia post egressum de portu Sancti Nicolai de littore, si empta fuerint in Ferraria, vel Padua, vel Tervixio. Si vero alibi empta fuerint, portabunt pro quatuor mensibus sufficientia. Et hec omnia, dum portabuntur

et adducentur, sine aliqua dadia seu telloneo vel aliqua exactione ab aliqua persona facienda per totum Venetie districtum fiant. Dum autem Rex et sui, et qui cum eo ituri sunt, fuerint Venecie, concesserunt, ut debeant et possint emere libere et absolute sicut cives, uictualia, que iis necessaria fuerint.

Adhuc promiserunt, quod dabunt domino Regi predicto similiter pro predicto passagio quatuordecim galeas bene armatas et guarnitas de marinariis et nocleriis et vogatoribus et aliis necessariis omnibus expensis Venetorum per tres menses post egressum de portu predicti Sancti Nicolai; ita tamen, quod super fallentes ponat in eis idem dominus de gente Regis, sicut voluerit.

Preterea dominus Dux et Veneti predicti in pleno consilio ad campanam coadunato statuerunt et promiserunt dicto Petro de Altomanno, recipienti pro dicto domino Rege, quod Potestates Constantinopolitane urbis, qui pro tempore fuerint, debeant iurare et firmare dictam societatem et pacta ex sua parte, sicut dominus Rex pro ipso iurabit et firmabit. Idem facient omnes, qui ex parte Venetorum infeudabuntur de novo.

Promisit insuper dictus dominus Petrus de Altomanno procuratorio nomine dicti domini Regis, quod dominus Rex predictus paratus erit Veneciis in proximis kalendis Augusti ad transeundum eo modo et ordine, ut dictum est.

Item promiserunt dominus Dux et Veneti dicto domino Petro recipienti pro iam dicto domino Rege, quod facient iurare omnes marinarios et omnes alios, qui ibunt cum navibus et galeis in predicto passagio, salvare et guardare et defendere bona fide ab omni persona dictum dominum Regem et eos, qui transfretabunt cum dicto domino Rege, et res et bona eorum, donec erunt in vasellis eorum. Et postquam egressi fuerint de portu predicti Sancti Nicolai, quam citius poterint, bona fide conducent eos ad urbem Constantinopolitanam, vel in terram Vatacii predicti, ubi uoluerit dictus Rex; uel si Constantinopo-

lim, vel in terram Vatacii Rex descendere uoluerit, *(aut)* alibi in Rom., sicut concordes erunt dictus Rex et capitaneus predictus.

Hoc actum est insuper in pleno consilio memorato inter dictum dominum Ducem et iam dictum dominum Petrum de Altomanno nomine dicti domini Regis, ut, cum naues applicuerint ad portum Constantinopolitanum uel in terra Vatacii, ubi Rex uoluerit de his duobus, aut alibi in partibus Rom., ubi dominus et capitaneus domini Ducis concordauerit, si in aliquo de dictis duobus Rex descendere volet et exonerate fuerint, ex tunc sint absolute a Rege predicto, et habeant potestatem redeundi et standi, sicut eis placuerit.

Illud etiam inter se conuenerunt, quod dictus dominus Rex debeat deponere mille marcas argenti per totum mensem Madii proxime venturi penes dominum Episcopum de Bononia, tali condicione, quod, si dictus dominus Rex non transiret, ut superius dictum est, tunc dictus dominus Episcopus teneatur dare dicto domino Duci et comuni Venecie predictas mille marcas argenti, omni occasione cessante. Cum autem dominus Rex predictus uel domina Regina, uxor eiusdem, uenerit Venec., uel tante [l. *et tantum*] de suis rebus, que valeant dictas mille marcas, ibi habuerit, tunc reddantur dicte mille marce certis nuntiis domini Regis aut ipsi Regi a domino Episcopo predicto; et super his patentes litere dicti domini Episcopi Bon. dom. Duci dabuntur.

Insuper dictus dominus Petrus de Altomanno auctoritate literarum domini Regis iam dicti tactis sacrosanctis euangeliis corporaliter in animam ipsius domini Regis atque in suam iurauit, quod dominus Rex predictus supradicta omnia adimplebit et obseruabit, sicut superius continetur, et quod idem dominus Rex mandatum sibi datum postea nullo modo neque per nuntium, neque per literas, neque aliquo alio modo uel ingenio reuocauit (l. *revocabit*); et quod ita uerum est, et de uoluntate domini Regis predicti hec omnia processerunt.

Promisit etiam dictus dominus Petrus de Altomanno, quod dominus Rex predictus bona fide studebit et operam dabit, quod dominus Papa ea confirmet, que per ipsum dominum Petrum nomine Regis sunt promissa et stabilita, et per ipsum dominum Regem sunt promissa et stabilita atque iurata, ut supra legitur et in hoc contractu continetur.

Predicta autem omnia facta sunt presente et consentiente et volente domino Nicolao, Regino Episcopo, in isto negotio domini Pape Legato, ut per ipsius domini Pape literas apparebat.

Ad horum autem firmitatem omnium predictus Jacobus Teupulo, illustris Dux Venetorum, iussit sigilli proprii munimine roborari.

Testes autem ad hec rogati et presentes fuerunt:

Dominus Robertus de Pizo.
Dominus Guido Bonicambii, legis peritus, de Bononia.
Dominus Jacobus Manganus, iudex, de Regio.
Dominus Stephanus, clericus domini Regis predicti.
Dominus Marinus Storlatus,
Dominus Benedictus Faleto,
Dominus Theophylus Geno,
Dominus Symon Bonus,
Dominus Petrus Da Molino,
Dominus Leonardus Quirino, tunc consiliarii domini Ducis.
Dominus Johannes Quirino,
Dominus Nicolaus Cauco, atque
Dominus Marinus Maurecinus

et alii quam plures.

Actum est hoc VENECIIS in palacio Ducatus.

Ego Gabriel, scribanus, sacri palacii notarius, his predictis interfui, et iussu et mandato predicti domini Ducis et eius consilii atque predicti domini Petri de Altomanno hec omnia scripsi et roboraui.

CCLXXVIII.

Appendix ad Tractatum Concordiæ.

A. d. 1231, die 7. mensis Aprilis.

In eterni Dei nomine. Amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo trigesimo primo, die septima exeunte mensis Aprilis, indictione quarta.

In presentia testium, quorum nomina declarantur inferius. Cum hoc esset, quod tractatus concordie inter dominum Jacobum Teupolum, Dei gratia inclitum Ducem Venec. ex una parte, et dominum Petrum de Altomanno, nomine domini illustris Regis Johannis ex altera, diu protractus esset, et inter eos discordia verteretur super illo capitulo, quod ex parte dictorum Ducis et Venetorum petebatur, s. *(scil.)* de concessione facienda et iuranda de eorum possessionibus terrarum, quas habuerunt et ad presens habent in Imperio Romanie, in tali concordia fuerunt et ita inter se firmauerunt, quod illa confirmatio, promissio seu concessio a domino Rege eis facta, uel facienda, uel in futurum, cum erit coronatus, confirmanda, nullum domino Regi uel Imperio faciebat preiudicium ultra id, quod eis venit pro suis tribus partibus, quas habere debent de octo partibus, nisi alias de iure habere debent. Et si de iure habere debent ultra tres partes de octo partibus, non faciat ipsi domino Duci vel Venetis preiudicium; hoc etiam addito, quod per hoc in nullo diminuatur illud, quod antiquo tempore Grecorum Veneti habebant, et de illo adhuc habent, vel habere debent, ex scripto vel non scripto.

Actum VenecIIS in palacio Ducatus. Testes autem ad hec rogati et presentes fuerunt:

Dominus Robertus de Pizo.

Dominus Guido Boni incambii, legis peritus, de Bononia.

Dominus Jacobus Manganus, iudex, de Regio.

Dominus Stephanus, clericus domini Regis predicti.

Dominus Marinus Storlatus et
Dominus Benedictus Faleto,
Dominus Theophilus Geno,
Dominus Simon Bonus,
Dominus Petrus da Molino,
Dominus Leonardus Quirino, tunc consiliarii dom. Ducis.
Dominus Johannes Quirinus.
Dominus Nicolaus Cauco.
Dominus Marinus Maurocenus,
et alii quam plures.

Et hoc actum est in consilio maiori et de ipsius uoluntate.

In huius rei testimonio et ad maiorem intuentium certitudinem iam dictus dominus Dux presens instrumentum suo sigillo iussit muniri.

CCLXXIX.

Juramentum Johannis, Regis Jerosolimitani, in Imperatorem Constantinopolitanum electi, factum Symoni Bono et Andree Michaeli, domini Ducis Venetiarum legatis, pro societate, conventionibus et pactis hactenus tractatis et habitis.

A. d. 1231, die 3. mensis Madii.

Liber Albus fol. 51—56. Libri Pactorum I, fol. 162. Codex Sancti Marci 228, fol. 18—22. Ipsum autographum est in archivo Vindobonensi, bene ac belle scriptum, cum inscriptione externa:

Constantinopolis. JHerusalem.
MCCXXXI in civitate Reatina.

Juramentum Johannis, regis Hierosolymitani, electi Imperatoris Constantinopolitani, super pactis factis ante captionem Constantinopolis per Francigenas et Venetos, et super pactis postea factis per Imperatores nominatos et Venetos.

(XXII) Bulla deest. Restat filum ejus sericum fuscum et gilvum.

Huius autographi lectiones, ubi opus erat, adhibuimus ad emendandum textum Libri Albi, ex quo nostrum apographum factum fuit.

In eterni Dei nomine. Amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo ducentesimo trigesimo primo, die tercia exeunte, mense

Madij, indictione quarta. In presentia testium, quorum nomina declarantur inferius.

Nos Johannes, Rex Jerosolimitanus, in Imperatorem Constantinopolitanum electi, ad euangelia sancta Dei corporaliter iuramus atque promittimus vobis uiris nobillibus, Symoni Bono et Andree Michaeli, illustris domini Ducis Venetorum delegatis, ut in litteris ipsius domini Ducis apparebat, recipientibus nomine et uice dicti domini Ducis et Venetorum, seruare et attendere et seruari facere domino Duci Veneciarum et Venetis bona fide legalem societatem et pacta et conuentiones, que facte fuerunt ante captionem Constantinopolitanam inter dominum Balduinum, Comitem Flandrensem, quondam Imperatorem, et Bonifacium, Marchionem Montisferrati, et alios Comites et Barones ex una parte; et dominum Henricum Dandolum, Ducem Venecie, et Venetos ex altera. Et pacta et conuentiones, que facte fuerunt postea inter dominum Henricum, moderatorem Imperij, fratrem eiusdem domini Balduini, Imperatoris Constantinopolitani, ex una parte, et Marinum Genum, tunc Potestatem Venetorum, ex altera, atque per ipsum dominum Henricum, postea Imperatorem, confirmate fuerunt et facte; et omnia alia pacta et conuentiones atque ordinationes, que facte sunt hinc retro per dominos Petrum et Robertum, quondam Imperatores Constantinopolitanos; et omnia alia iura et rationes et possessiones terrarum et honorificentias atque consuetudines tam cum scriptis, quam sine scriptis, quas domini Duces et Veneti habuerunt et habent et debent habere in Imperio Constantinopolitano, tam de acquisitis terris, quam de acquirendis, et portionibus illarum factis et faciendis; omnes etiam possessiones et honorificentie, quas homines Venetie habuerint et habuerunt in tempore Grecorum per totum Imperium Romanie tam cum scripto, quam sine scripto, et habent ad presens et habere contigerit, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, firme eis et illibate permaneant.

Debent namque omnes Veneti veniendi, standi, eundi et redeundi[1]) per totum Imperium Romanie et eorum res esse absque omni contrarietate et absque ulla datione.

Vt autem inter nos et partem nostram et dominum Ducem Veneciarum et Venetos et partem eorum aliqua discordia uel scandalum, quod Deus auertat, de cetero oriri non possit, de facto camporum gentis Latine eiusdem ciuitatis Constantinopolitane dicimus, statuimus, confirmamus atque decernimus, vt imperpetuum dominus Dux Venecie et Veneti predicti habere debeant pro sua parte tres partes de octo partibus de iusticijs et honorificencijs atque rationibus dictorum camporum gentis Latine, quinque partibus de octo partibus pro nostra parte nobis remanentibus.

Item volumus, statuimus et confirmamus dicto domino Duci et Venetis, vt rustici de casalibus, qui debent seruire monetam caragij, in ipsis casalibus habitantes, vel qui pro tempore habitaverint, faciant omnia seruitia monete caragij, sicut soliti erant facere tempore Grecorum et nunc faciunt; et alij rustici, qui faciebant servitia eiusdem monete caragij, ea facere debeant, sicut faciebant tempore Grecorum et nunc faciunt, scilicet pro ipso domino Duce et Venetis et ipsorum nomine trium partium de octo partibus; pro nobis vero et nomine nostro quinque partium de predictis octo partibus; et quod perpetualiter dicti rustici predicta seruitia facere teneantur, ut dictum est.

Preterea confirmamus et concedimus dicto domino Duci et Venetis perpetuo habendum et tenendum atque possidendum loca et uiam, que uocatur *de Longario*, extra murum ciuitatis Constantinopolitane usque ad aquam, que currit a ueteri possessione Venetorum eiusdem ciuitatis usque ad nouam, sicut habuerunt et tenuerunt hinc retro a tempore domini Henrici, quondam Imperatoris Constantinopolitani bone memorie, usque ad presens.

---

[1]) Leg. veniendo etc.

Arsanam etiam confirmamus et eonecdimus ipsi domino Duei et Venetis habendum, tenendum atque possidendum imperpetuum, sieut nune ipsum arsanam iam dieti dominus Dux et Veneti habent et tenent.

Faeiemus insuper, quod omnes illi, qui transmeabunt nobiseum, iurabunt, quod, dum erunt in nauibus Venetorum, adiuuabunt et defendent et eustodient personas et res corum bona fide. Et cum de nauibus deseenderint, et Constantinopolim vel in Romaniam uenerint, eodem iuramento teneantur, firmam habere legalem soeietatem quondam Franeigenarum et Imperatorum Constantinopolitanorum ex una parte, et Ducum et Venetorum ex altera, et presentialiter factam et faeiendam inter nos et Dueem Veneeie et Venetos, et nullo tempore eontrauenire; ita tamen, quod illi, qui ibi habebunt feudum, tanto plus teneantur, quantum alij, qui ibi feudum haetenus habuerunt.

Promittimus insuper, quod, postquam in Imperatorem fuerimus eoronati, infra octo dies post domini Ducis vel ambaxatorum Veneeie requisitionem hee omnia, que a nobis sunt promissa et iurata, ut in presenti instrumento continetur, eonfirmabimus, nostras patentes litteras, nostro proprio sigillo munitas, ipsis protinus eoneedendo. Seiendum est enim, quod dominus Jaeobus Teupulo, Dei gratia Venetorum Dux jam dictus, de voluntate toeius consilii Veneciarum promisit Petro de Altomanno, dilecto et fideli militi nostro, super hoc a nobis nuntio et procuratori nostro eonstituto, Duci Veneeie et Venetis delegato, recipienti proeuratorio pro nobis nomine, quod ipse et Veneti predieti dabunt gratis nobis passagium de nauibus per tres menses post egressum de portu sancti Nieolay de littore de Venetijs, in proximis kalendis Augusti paratum in Veneeia ad eundum sine aliquo precio ad urbem Constantinopolitanam, vel in terram Vataeij, ubi voluerimus, vel alibi in Romaniam, sieut nos et capitaneus domini Dueis, qui super eodem nauigio erit, fuerimus eoneordes, pro mille dueentis equis et pro quin-

gentis militibus ad modum Lombardie, et pro quinque milibus aliorum hominum cum eorum armis et arnexijs; hoc tamen acto[1]), quod ad minus trecentos milites teneamur adducere nobiscum ad transfretandum ad modum Lombardie, ut dictum est. Et si minus quingentis militibus duxerimus, tanto pro rata secundum rationem minorem quantitatem equorum ducere debeamus in passagio pretaxato. Numerum autem militum et equorum debemus notificare dicto domino Duci usque ad festum proximum beati Petri; et hec uobis, Symoni Bono et Andree Michaeli, delegatis iam dicti domini Ducis et Venetorum pro ipsis recipientibus, attendere et observare promittimus.

Item hoc actum est inter predictum dominum Ducem et iam dictum Petrum de Altomanno nomine ac vice nostra, quod, si ultra predictum numerum mille ducentorum equorum nos vel nostri habuerimus, portari facient competenti precio usque ad numerum equorum, quem nos et dominus Dux predictus concorditer arbitrabimur.

Item promiserunt predictus dominus Dux et Veneti, quod portari facient in eodem passagio uictualia pro personis et equis predictis pro tribus mensibus sufficientia post egressum de portu sancti Nicolay de littore, si empta fuerint in Ferraria uel Padua uel Tervisio. Si uero alibi empta fuerint, portabunt pro quatuor mensibus sufficientia. Et hec omnia, dum portabuntur et adducentur, sine aliqua dadia seu telloneo vel aliqua exactione ab aliqua persona facienda per totum Venetie districtum debent esse.

Dum autem nos et nostri, et qui nobiscum ituri sunt, fuerimus Venecie, concesserunt dominus Dux Venecie et Veneti, ut debeamus et possimus emere libere et absolute sicut cives victualia, que nobis necessaria fuerint, Venecie, pro nostro victu, pro nobis et equis nostris, sine fraude.

[1]) Sc. inter eos; coll. p. 285. Aliis placebit addito, coll. p. 298, 5. infr. Adde pag. 289, 11 infr.

Adhuc promiserunt, quod dabunt nobis similiter pro predicto passagio quatuordecim galeas bene armatas et guarnitas de marinarijs et noclerijs et vogatoribus et alijs necessarijs omnibus expensis Venetorum per tres menses post egressum de portu predicti sancti Nicolay; ita tamen, quod super fallentes ponat in eis idem dominus de gente nostra, sicut voluerit.

Preterea dominus Dux et Veneti predicti in pleno consilio ad campanam coadunato statuerunt et promiserunt dicto Petro de Altomanno, nuncio nostro recipienti pro nobis, quod Potestates Constantinopolitane urbis, qui pro tempore fuerint, debeant iurare et firmare dictam societatem et pacta ex sua parte, sicut nos pro Imperio nunc iuramus et firmamus. Idem facient omnes, qui ex parte Venetorum infeudabuntur de nouo.

Promittimus insuper uobis iam dictis, Symoni Bono et Andree Michaeli, delegatis iam dicti domini Ducis recipientibus nomine et uice dicti domini Ducis et comunis Venecie, quod erimus parati Venecie improximis kalendis Augusti ad transeundum eo modo et ordine, ut dictum est.

Item promiserunt dominus Dux et Veneti dicto Petro de Altomanno, nuntio nostro recipienti uice et nomine nostro, quod facient iurare omnes marinarios et omnes alios, qui ibunt cum nauibus et galeis in predicto passagio, saluare et guardare et defendere bona fide ab omni persona nos et eos, qui transfretabunt nobiscum, et res et bona nostra atque illorum, donec erimus in vasellis eorum. Et postquam egressi fuerimus de portu predicti sancti Nicolay, quam cicius poterint, bona fide conducent nos ad urbem Constantinopolitanam uel in terram Vatacij predicti, ubi voluerimus; vel si Constantinopolim vel in terram Vatacij descendere voluerimus (add. *aut*) alibi in Romaniam, sicut nos et capitaneus predictus erimus concordes.

Preterea volumus et statuimus, quod naues de predicto passagio, postquam applicuerint ad portum Constantinopolita-

uum uel in terram Vatacij, ubi uolucrimus de his duobus, aut alibi in partibus Romanie, ubi nos et capitaneus dicti domini Ducis concordauerimus, si in aliquo de dictis duobus descendere uolucrimus et exonerate fuerint, ex tunc sint absolute a nobis, et habeant potestatem redeundi, eundi et standi, sicut eis placuerit.

Preterea promittimus, quod deponemus mille marcas argenti per totum mensem Madij astantis penes dominum Episcopum de Bononia, tali conditione, quod, si nos non transiremus, ut superius dictum est, tunc dictus dominus Episcopus teneatur dare dicto domino Duci et communi Venecie predictas mille marcas argenti, omni occasione cessante. Cum autem nos uel domina Regina, uxor nostra, uenerit Veneciam, uel *(et?)* tantum de nostris rebus, que ualeant dictas mille marcas, ibi habuerimus, tunc reddantur dicte mille marche certis nuntijs nostris, aut nobis ipsis a domino Episcopo predicto; et super his patentes littere dicti domini Episcopi Bonon. dicto domino Duci dabuntur.

Predicta autem omnia, que superius dicta sunt, tactis sacrosanctis euangeliis corporaliter iuramus attendere et obseruare bona fide, sine fraude, et firma et rata habere imperpetuum, et nullo tempore aliquo modo uel occasione contravenire.

Promittimus etiam, quod operam et studium dabimus bona fide, quod dominus Papa confirmet omnia, que a nobis sunt promissa, iurata et stabilita, ut supra legitur et in hoc instrumento continetur.

Est etiam notandum, quod ea omnia et singula, que dictus Petrus de Altomanno, nuncius noster, promisit et iurauit vice et nomine nostro, nos facturos et obseruaturos, sicut nunc promittimus et iuramus, quemadmodum superius continentur, domino Jacobo Teupulo, Duci Venetorum, et Venetis iam dictis, ut continetur in publico instrumento, confecto per Gabrielem, notarium infrascriptum, anno Domini millessimo ducentesimo

trigesimo primo, die septima exeunte, mense Aprilis, indictione quarta, atque ipsius domini Ducis sigillo sigillato. Et ea omnia et singula, que dictus dominus Dux et Veneti eidem Petro de Altomanno recipienti nomine nostro promiserunt, ut superius memoratum est, que in ipso instrumento similiter continentur, facta fuerunt presente et consentiente atque volente domino Nicolao, Episcopo Regino, in isto negocio domini Pape Legato, ut per ipsius domini Pape litteras apparebat.

Ad horum autem omnium firmitatem nos Johannes, Rex Jerusalem., in Imperatorem Constantinopolitanum electi, iussimus proprij sigilli nostri munimine presentem paginam roborari.

Testes autem ad hec rogati et presentes fuerunt:

Dominus Donus, Reatinus.

Dominus Johannes de Judice.

Dominus Bernardus Adinolfi Malebranze, magister Jordanus notarius, Reatini.

Dominus Guido de Triangulo, canonicus Laudunensis, et Stephanus, socius eius.

Johannes capellanus et Thomas clericus dicti domini Regis.

Dominus Petrus de Altomanno.

Dominus Yuo de Matelina.

Dominus Arnaldus, dominus Conradus, milites.

Ugo de Uernone, atque Odinus,
et alii quam plures.

Actum est hoc in ciuitate Reatina.

Ego Gabriel, scribanus, sacri palacij notarius, hijs predictis interfui, et iussu et mandato predicti domini Johannis, illustris Regis Jerosolimitani, in Imperatorem Constantinopolitanum electi, hec omnia scripsi et roboraui, et prece ipsius et mandato plura instrumenta vno tenore de predictis omnibus scripsi.

CCLXXX.

Appendix ad juramentum Joannis Imperatoris.

A. d. 1231, die 3. m. Madii.

Liber Albus fol. 51—56. Liber Pactorum I, 166v Codex Sancti Marci fol. 230.

In eterni Dei nomine. Amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo ducentesimo trigessimo primo, die tercia, exeunte mense Madij, indictione quarta, in presentia testium, quorum nomina declarantur inferius.

Nos Johannes, Rex Jerosolimitanus, in Imperatorem Constantinopolitanum electi, recognoscimus[1]), quod, cum hoc esset, quod tractatus concordie inter dominum Jacobum Teupulum, Dei gracia inclitum Ducem Venetie ex una parte, et Petrum de Altomanno nomine nostro ex altera, diu protractus esset, et inter eos discordia uerteretur super illo capitulo, quod ex parte dictorum Ducis et Venetorum petebatur, scilicet de concessione a nobis eis facienda et juranda de eorum possessionibus terrarum, quas habuerunt et ad presens habent in Imperio Romanie, in tali concordia fuerunt et ita inter se firmauerunt tam nomine nostro, quam nomine dictorum domini Ducis et Venetorum, et nos in tali et eadem concordia sumus et ita firmamus, quod illa confirmatio, promissio seu concessio a nobis eis facta uel facienda, uel in futurum, cum erimus coronati, confirmanda, nullum nobis uel Imperio faciat preiudicium ultra id, quod eis uenit pro suis tribus partibus, quas habere debent de octo partibus, nisi alias de iure habere deberent. Et si de iure habere debent ultra tres partes de octo partibus, non faciat ipsi domino Duci uel Venetis preiudicium, hoc etiam addito, quod per hoc in nullo diminuatur illud, quod antiquo tempore Grecorum Veneti habebant, et de illo adhuc habent, uel habere debent, ex scripto, uel non scripto.

Actum est hoc in ciuitate REATINA.

[1]) Rasura. Antea recognovimus.

Testes autem ad hoc rogati et presentes fuerunt:

Dominus Donus, Reatinus.

Dominus Johannes de Judice.

Dominus Bernardus Adinolfi Malebranze, magister Jordanus notarius, Reatini.

Dominus Guido de Triangulo, canonicus Laudunensis, et Stephanus, socius eius.

Johannes capellanus, et Thomas, clericus dicti domini Regis.

Dominus Petrus de Altomanno,

Dominus Yuo de Matelina,

Dominus Arnaldus,

Dominus Conradus, milites.

Ugo de Uernone atque Odinus

et alij quam plures.

In huius rei testimonio et ad maiorem intuencium certitudinem presens instrumentum nostro sigillo iussimus muniri.

Ego Gabriel, scribanus, sacri palacij notarius, hijs predictis interfui, et iussu et mandato predicti domini Johannis, illustris Regis Jerosolimitani, in Imperatorem Constantinopolitanum electi, hec omnia scripsi et roboraui, et prece ipsius et mandato plura instrumenta uno tenore de predictis omnibus scripsi.

CCLXXXI.

Pactum Tunisii.

A. d. 1231, die 5. m. Octobris.

Cod. Lat. S. Marci CCXXX, fol. 64. Licet haec charta miserabili revera et habitu et textu tradita sit, tamen summa rerum haud difficile emergit. Pactum vero ipsum maximi momenti est, utpote quod primum videatur Venetos inter et Reges Tunisii initum. Ad ipsum et origine et sermone illustrandum conferet haud exiguum pactum Pisanorum et Tunisii, quod iam Marinus IV, 277 excerpsit. Id igitur e cod. Lat. S. Marci eodem (CCXXX) fol. 70 hoc loco primum proponere eo minus negligendum putavimus, quo rariora eiusmodi documenta adhuc luci studioque oblata sunt. Etiam hoc Pisanorum pactum scatet peccatis atque griphis. Nos sermonis hirsutias intonsas reliquimus.

Soldanus, in cuius Imperium duo haec pacta incidunt, est *Abu Zakarija Jahja*, filius *Abu Mohammed Abdolvahid*, Hafsidarum Tunisii statoris, filii *Abubekr*, filii *esch Scheikh Abu Hafss*. Haec nomina et cognomina insunt in titulo pacti Pisani: „*Busacharim*, filii *vetuli (Scheikh)*, patris *Macumeti* . . . patre *Affactus*". — *Zakarija* a. Moh. 629 (a. Chr. 1228) autocrator inter Mohadinos Africae extitit. Cfr. Ibn Khaldun I, p. 386 et R. de Slane „introduction en histoire des Berbères" p. XXXIII.

Hoc est pactum, quod fecerunt Pisani con rege Affricano Saracenorum.

A. d. 1230, m. Augusto.

In nomine Dei. Amen.

In presentia viri victoriosi, benedicti, famossi, militis mundi et solius ac conpleti et bene fortunati Busacharim, fillii vetuli fortunati et victorioxi et bene fortunati et benedicti, famossi, militis mundi, patris Macumeti, victorioso, benedicto, militis mundo, patre Affactus — Deus ei concedat et compleat bene, quam habet, bonam fortunam. —

Testes huius privilegii, qui testificati fuere super complementum ystius concordie, que pax dicta est firma coran regem de suo mandato — cuius Deus manus (?) teneat dominium — con domino Risio (leg. *Residio*), filio quondam Lamberti. Presens fuit, dun ea, que fierent im presentia Regis dicti curie — cui Deus Maumet augeat victam, — ex parte domini Murelli de Stenta, Potestas Pixanorum, et ex parte amicorum sive terranorum et consulum maris; et predictus nuncius ex parte predictorum fecit firmitatem paccis secundum peticiones eorum, que inferius continentur.

Et predictus Mir precepit, ut fieret pax secundum voluntatem eorum, inprimis ut mercatores Pixanorum venientes in totam Affricam et in totam terram nostram de Bucea *(Bugia?)* et in toto dominio predicti Miri debeant esse jam et salvi securi ipsi et res eorum, quamdiu pax durat; et terminus pacis est triginta annorum.

Et dominus Theditícivis (?), nuntius prenominatus Pisanorum, confines terre sue posuit in hac pace, scilicet de Lonho usque ad civitatem Neglam. Posuit insuper insulas maris, Sardiniam totam, et castelum Castri, et Corsicam insulam, et insulam de Palmisia, et insulam de Ilva, et insulam de Cabrala, et insulam de Gorgona, et insulam de Zilio, et insulam de Monte Christo, quod nulla navis piratarum veniens in terris istis, ut male faciat in terra predicti maris,

donec pax durat. Et predicti Pisani debeant habere in terris istis Africam *et* Buceam, et nulus debet hibi morari, nisi de voluntate nostra.

In quolibet fontico fieri debet ecclesia et cimeterium.

Et in qualibet civitate debetis habere balneum una die hebdomade et furnum proprium; et ipsi de mercibus suis debent dare decimam, et de auro et de argento vicesimam.

Et si aliqua navis frangeretur in terris dicti Regis, vel aliquod haberet impedimentum, homines navis possint irre in villis vel locis, ubi morarentur homines predicti Regis. Et ipsi homines teneantur adjuvare Pissanos sine alliquo pretio, usquedum possint recuperare res suas.

Et si vellent se mutare et facere portari se et res suas in alliam partem, debent solvere portaturam suam, siccut est consuetudo.

Et si aliqua discordia verteretur inter Christianum et Saracenum, mice moniani (leg. *miramumini*) debent ponderare eos, secundum quod est consuetum.

Et si aliquis Pisanorum veniens ad terram de Affrica et Bucea, possit morari, ire vel redire secundum voluntatem suam; et nulus ei prohibeat, quin possit victuallia emere; et mereimonias suas, quas possint, emere, vendere, portare, quecunque voluerint. Et illi de duanni et trucimanni et de carabi et factores duane non debent tollere eis nissi secundum consuetum; et postquam mercatores fuerint expediti, nullo modo detineantur.

Et si alliquis extraneus veniret con eis et esset con eis, debet persolvere non minus de ipsis; et non hibeant (leg. *inhibeant*) eis facere caligam, sicut est consuetum; et debent augmentari fonticum eorum, sicut fonticum Januensium. Et debet fieri murus (adde *inter*) fonticum eorum et Januensium, ne possint ire ad illos, nec illi ad istos.

Et merces, que portantur All'anguillota, si alliqui furarent et raperent, super vardianos essent.

Et debeant aptari fonticum eorum de Bucea; et quando volunt facere raetionem, sit eis facta.

Et debent habere fonticum unum bonum; et debet fieri eis secundum usum de Tonise, de Affrica, Capssi et Farsi et Tripolli.

Et *(si)* alliqua navis eorum venderent ab ipsis, non debet dari drictum.

Et ipsi deberent vendere his, qui habent pacem nobiscum; et quod Pisani possint portare mercimonia sua, de quibus dederint drictum, quocumque voluerint, in terris nostris.

Et de naullo navium suarum non debent dare drictum.

Et si Regi nessessarie essent naves ad portandum res magazeni, tertiam partem navium possit accipere, persoluto naullo.

Et naves debent eligere consules Pisanorum.

Et si aliquis Pissanus vellet drictum de duana dimittere alicui amico suo de gente sua, possit, ut drictum de duana extimat loco sui omnia, que venduntur in caliga, que non essent persoluta, sicut super duana.

Et consules Pisanorum debeant videre Regem semel im mense, et similiter faciant in omnibus locis, ubi essent; et videant dominum terre semel in mense.

Et si aliquis Pisanorum vel de drictu (i. e. *districtu*) Pisanorum veniret in cursu super terram Africam vel Burseam, Potestas et Consules Pisanorum teneantur facere vinditam tan de eo, quam de rebus suis.

Et quod nulus Pisanus debeat emere merces ablatas Saracenis de terra nostra. Et si contingeret Saracenis, con rebus ablatis venire ad terram nostram, auferantur ab eis sine aliqua restitucione.

Et si aliqua discordia essent inter Pisanos, nulus se intromitat nisi consules eorum; et non aufferatur ab eis, nisi quod consuetum est.

Et exemplum istius conpoxitionis debeant scribi et mitti per omnes terras Miri, ubi conveniunt Pisani; nec prohibeatur heis emere, ubicunque voluerint Pisani,, nec etiam ab aliquo Januense. Et Pisani sint salvi, securi et custoditi secundum quanlibet bonam consuetudinem, quan habent aliqui Christiani in terra nostra.

Testificatum fuit hoc instrumentum per dominum Residium, cui placuit hec pax, qui misus fuit ad hanc pacem faciendam, recipiendam, confirmandam.

Et testificatum fuit hoc instrumentum per testes Saracenorum de sua bona voluntate. Et testes intellexerunt, hanc esse voluntatem Miri. Et testimonium perhibent de omnibus contentis in hista cartha.

Istud instrumentum factum fuit in exactum amicum, quod vocatur in lingua eorum *Elecz*[1]). LXXX. Et de hoc computum est Mamuethi eorum.

[1]) Hic fortasse latet elahd „pactum". — Numerus, qui sequitur, neutiquam quadrat.

Nomina testium: Merum et Benali et ben Maiohit Babet Bonesu Elcurse Abderam et Benat Almechel Erabit Cleumai Vaiamet et Ben Massus Fubam.

Ista omnia suprascripta sciunt *(sciuit)* Balchadi E per csemplum, et scripsit sua manu Maume fili de Adelicio cht dit *(chartam dictam?)* ylle.

Et hoc est jam de Agaldisse.

Hec pax est anno Domini curente 1230, Indicione VII [1]), in exitu mensis Agusti.

Hoc est pactum, quod fecit dominus Petrus Delphinus, legatus domini Venet., con Mordinis [i. e. Movadinis] [2]), per totum regnum Barbarie et inter Christianos Veneticos.

In nomine pii et misericordis. Oretur ad Deum per dominum Regem nostrum et prophetam Maeumetum et genus suum et soeeios ejus — salvatione salventur. —

Hoc con instrumento paeeis, et hoe, quod per eontratum est confirmatum con Moradinis per totum regnum Barbarie et inter Christianos Veneticos pro infraseriptis paetis eontinetur, et hoc per manum et tratamentum legat*(i)* legati (?) eorum Petri Delphini missi ab eis; et quod Venetici concesserunt et firmaverunt, quod idem tractaret per eos, et religaverunt ea, que ipse religavit protter (i. e. *propter*) eos, ut genus Veneticorum sit salvum, quando pervenerit in regnum Barbarie, hoc est Barbarem, et securitatem tam interra, quam immare, in rebus et personis, seeundum quod consuetum est consuetudinis pacis.

Et quando (s. *quod si*) noeeret eis aliquis de mercatoribus Saraeenis vel de merehatoribus Christianis, qui pacem haberent eon Mordinis, et aeeiperent et caperent aliquid de eorum haverc in aliquo portu de portubus regni Barbarie, quod doana expediat eos jure, et restituat predietam rem Veneticis.

Et habeant elibanum ad eoquendum panem, et locetur eis balneum, quandocunque eis opus fuerit, secundum cursum eonsuetudinis eorum.

[1]) Potius III.

[2]) Hoc nomen varie hic corruptum significat Mohadinos, Arabum Movahidin, qui Morabethinorum imperio fracto in Hispania et Africa dominabantur. Inter eos Hafaidae principatum obtinuerunt, coll. supra p. 300.

Et quod non accipiantur ab eis, nisi decimum in mercibus venundatis, et medium decimum auri et argenti, ad quod consuetum est; et non pertineat eis aliquod aliud in doana, nisi quod constitutum ad tursumanum, et certum[1]) ab aliis Christianis.

Item, quod habeantur consules existentes in fontico eorum; et quod, quantum (i. e. *quando*) contingerit jus aliquorum Christianorum *(ad)* Venet., transmitantur ad consules Venet.; et similiter (add. *quando*) Veneticus habebit aliquid jus ad aliquem Christianorum, transmitta(n)tur ad consules Christianorum.

Item *(quando)* emergeret aliqua petitio inter mercatores Saracenos et Veneticos, non debet aliquis capi, nisi in quem pertinebat jure in proprio nomine, et nullus eorum capia(n)tur pro altero, nisi quando fuerit fidejusor rei; et quando alliquis fuget *(fugiet?)* mercator con havere Saraceni, ut Dux Jacobus Teuphulo Venetiarum expediat illud ab eis con omni solennitate juris. Quando inveniret et haberet habere, quod a suo habere, faciet rex emendari.

Item, quod de omnibus mercimoniis, que vendiderint Venetici in caliga et extra per manum trucinis (i. e. *trucimani*), quod fiat sub fidejussione doane; et quod ad 15 dies fiat solutio eorum, ex quo vendiccio facta fuerit; et quod non impediatur in vendicione, que fecerint de rebus eius; vel si voluerint illas res reddere, nullatenus eis aliquod dicatur, nisi per voluntatem eorum.

Item, quod nabullum de navibus, quod possint trahere sine dando dricti de abere, quod naulizabuntur.

Similiter de navibus suis, quando vendiderint Christianis habentibus paccem cum Moardinis, non debent inde dare drictum; et quando preparaverint se proficiscendi con suis navibus, non impediantur in aliquo occasione navium Saracenorum.

---

[1]) qui constitutus Turcumanum et certus cod.

Et quando mortuus fuerit aliquis de suis mercatoribus, ipsi Veneti in rebus met ipsis, quas dimiserit, nullatenus impediantur, et faciant in totum, quitquid volunt.

Quantum aliquis de Saracenis aliquid jus in eo haberet, (et) quod inde supplea(n)tur eis jus. Si vero aliquid eorum non esset totum suum habere, fiat in custodia doane, donec specialle mandatum veniat a Rege eorum.

Et quando aliqua navis de suis naufragium fecerit in terram regni Barbarie, fiat salvum totum, quod inventum fuerit, et quod nemo impediat de eis in aliquo. Et si forte maior pars hominum mortui fuerint, totum suum habere salvetur et dimittatur, et non impediatur in aliquo. Et si forte omnes morerentur, quod totum illud habere fiat sub custodia doane, donec venerint literæ Regis eorum, cui tribuantur.

Item, quod, quando contigerint eis necessitas caristie, (quod) per singulum annum vel annos, et certum fuerit, quod fame*(m)* habuerint, quod tradat*ur* eis per annum caricum *(de)* grano vel victuarias octo navium per annum famis, dum inveniretur granum ad tres Biz. de misiensibus usque ad tres et dimidium singullum caffisum[1]) et (l. *de*) caffisis Moardinis; quodsi forte ultra hoc pretium fuisset, non licet eis earicum. Et quando eis (add. *dabitur*) predictum caricum, quod non pertineat aliquid curie nec familiaribus, sed sine aliquo precio et servicio eis largiantur.

Et quando voluerint mercatores Veneti discarimentum rerum suarum, et habere caricia et vastassos, quod valeant habere, et nullo modo contradica(n)tur eis. Et quod valeant(ur) habere scribanum Christianum suum in doana ad eorum voluntatem.

Et quando venerit navis de curso vel gallea ex civitate Venet., et noceret alicui Saracenorum, quod non impediatur Veneticus occassione cursariorum in personis et rebus; et

[1]) Arabum *qafîz* (قفيز), modius.

quando exiverint cursarii de Venetiis, navis vel galea sive aliquod lignum aliud vel de propinquis partibus ejus regni, et nocebit alicui Saracenorum de regno Barbarie in terra sive in mari, quod Rex eorum expediat eos a nocentibus, si inveniret vel respiceret, ut haberet aliquod habere, quod ab eo emendaretur.

Et quando pervenerit genus Veneticorum ad vendicionem faciendam et cumparanda*[m]*[1]) in locis, ubi fuerit doana in regno Barbarie, quod non impediantur ad hoc.

Item, quod de fontico, quod est *ad nomen*[2]) eorum, non introeat in illud aliqui ad habitandum, nisi de heorum voluntate.

Hoc totum religatum est pactum pacis ad hec omnia suprascripta usque ad terminum quadraginta annorum a termino huius et presentis privilegii.

Ad hec testificavit omnia et testatus est senex felicissimus, altus, benedictus, triumphator, gloriosus, benignus et gratiosus, fortunatus, laudabilis et sapiens vir, Ilimina Hamedus, filius senioris benigni(?), bone memorie et benedicti, virtudiosi, quando sanctificati — salvet Deus altitudine*[m]* ejus, et prosperet ac permaneat eorum generosum — con testimonio eius (?) ad hec, et ad Christianum Petrum Delphinum predicta, que in hoc dicta sunt per intra . . .[3]) et per tureimanum Saracenorum ad confermationem et ad raccionem obedientie ejus Petrus, quod hec omnia concessit.

In termino decimo dierum Metromacharum[4]) de anno vigessimo nono sexcentessimo Macumeti prophete.

Testes: Abdissalle et Benassa et Lucursa Abdirame et Delinadessare et Bembuchasse et Soami Abdella et Herisissim et Termini Larchati Machumeti et Beni et Delumona(?) et Ben Seiĉetile.

---

1) I. e. comparandam.

2) anome (sic) in cod.

3) In cod. fere sic scriptum: *P. cs.* cum signo compendii. Plura in his inextricabilia aut perversa. Inprimis male mulcata sunt nomina propria.

4) An mensis Moharram? qui incipit hoc anno a die 29 m. Octobris.

Actum est hoc in civitate Tuxim anno nativitatis Domini MCCXXX primo, indicione quarta, quinta die in proeunte mensse Octobri.

CCLXXXII.

Pactum Ragusij.

A. d. 1232, mense Maio.

Liber Pactorum II, pag. 27—29.

Andreas Dandulus in chron. l. c. p. 347: (Anno quarto Ducatus Jac. Theupuli) *Ragusini, qui Græcorum et Sclavorum suggestione Venetis hucusque rebellaverant, missis nuntiis ad subjectionem redeunt, et annuale consuetum tributum et subjectionem ecclesiæ suæ Patriarchæ Gradensi, si hoc a Papa poterit obtineri, et piratis ac Venetorum æmulis inimicari fideliter promittunt.* Cum hoc pacto conferatur aliud pactum Ragusinum anni 1236.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, mense Madij, quinte indictionis.

Cum Binzola Bodatie et Gervasius Naimerij, viri nobiles, nuntij et procuratores civitatis Ragusii, ad presentiam illustrissimi domini Jacobi Teupuli, Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie Ducis et quarte partis et dimidie totius Imperij Romanie dominatoris, accessissent nomine et vice eiusdem civitatis Ragusij, petentes concordiam, pactum et reconciliationem, domino Duci et communi Venetie ostendentes commissionem, quam habuerunt super hoc in hunc modum:

Anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, indictione quinta, mensis Januarij tertio decimo die intrante. Nos quidem iurati judices Ragusij ciuitatis, Joanne Gundule, Gervasius Marini, Andreas Dobrane, Matheus Bobatie, Bubanna Petri; et nos consiliarij, Damianus Boncinoli, Balatia Gcruasij, Petrus Balliclave, Thomas Pezane, Joannes Lampri et cunctus populus Ragusij: committentes committimus namque vobis, Binzole Bodatie et Gervasio Naimerij, nobilibus viris, concivibus et nuntijs nostris, et plenam virtutem et commissio-

nem et potestatem vobis damus, ut totum ordinem et pactum, que pro nobis et nostra civitate Ragusij feceritis cum domino nostro Jacobo Teupulo, magnifico Duce Venetie, firma habebimus in perpetuum; hec autem carta nullo testimonio rumpi possit.

Ego autem presbiter Paschalis et communis notarius jure et[1]) consensu et laudatione prescriptorum judicum et consiliatorum et cuncti populi Ragusini scripsi, complevi et roboravi hoc.

Quare dictus dominus Dux ad petitionem eorum condescendit; et concordia(m) et pactum usque ad tres annos et tantum plus, quantum voluntas domini Ducis Venetie fuerit, inter utramque partem initum est et firmatum in hunc modum:

Nos Ragusinorum nuntij iam dicti, pro communi civitatis nostre transmissi, a quo fuit provida deliberatione iniunctum pro eo, quod terre nostre videtur plurimum fructuosum, quod Venetie dominio subderemus, petimus, ut nobis ad voluntatem vestram Comitem concedatis. Hec enim, que continentur inferius, vult terra nostra Ragusij observare.

Ragusini semper Archiepiscopum eligunt *(eligent?)* de Venetia et habebunt, videlicet a Gradu usque Caput Aggeris. Et si dominus Dux a domino Papa poterit obtinere, quod Archiepiscopatus Ragusij Gradensi ecclesie subponatur, eius electionem presentabunt domino Patriarche Gradensi, confirmationem electionis postulantes; et confirmatione facta veniet electus ad sedem Patriarchalem, et consecrationem de manu sua accipiet, facietque ei fidelitatem, reverentiam et obedientiam debitam ei exhibere promittens.

P r e t e r e a statuimus, quod idem Archiepiscopus jurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis, nisi pro eis remanserit; et sic facient omnes Archiepiscopi, qui in perpetuum erunt in Ragusina sede, Ducibus, qui per tempora erunt.

Clerus autem in anno ter, scilicet in nativitate Domini, in Pascha resurrectionis et in festo sancti Blasij, laudes cantabunt

[1]) An legendum j u r a t u s e x c., coll. p. 329?

in maiori Ecclesia solempniter domino Duci, domino Patriarche, Archiepiscopo suo et Comiti omni anno; propter quod benedictionem recipient yperperos tres, unum a nobis Duce, alterum ab Archiepiscopo et tertium a Comite.

Habebunt quoque Ragusini semper Comitem et Comites de Venetia, quem vel quales dominus Dux cum maiori parte sui consilij eis dare voluerit, qui iurabunt fidelitatem domino Duci et successoribus suis; et sic facient omnes Comites, qui erunt per tempora, in perpetuum.

Jurabunt autem et omnes homines comitatus a tresdecim annis et supra fidelitatem domino Duci et successoribus suis; et ipsa fidelitatis sacramenta renovabunt singulis annis decem.

Jurabunt quoque fidelitatem Comiti omnes et Comitibus omnibus futuris in perpetuum, salva fidelitate domini Ducis, ad honorem Venetie et salutem Ragusij cum bono et honore ac salvatione Venetie.

Et si forte contigerit dominum Ducem et successores suos Ragusium applicare, recipient eum honorifice, ac illum procurabunt, et nuntios suos similiter.

Et si dominus Dux voluerit hospitari in domo Archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam et voluntatem; sin autem, dabitur ei domus honorabilis, usque dum steterit ibi; et nuntijs suis decentem domum pro hospitio assignabunt.

Et quotiens fecerit Venetia exercitum usque Dyrachium, et a Dyrachio et infra usque Brundusium, et a Brundusio et infra, sicut Venetia faciet, sic facient Ragusini secundum numerum virorum suorum. Si vero exercitum fecerit a triginta lignis armatis et supra, que debeant transire Dyrachium et Brundusium, facient inde Ragusini tricesimam partem, et stabunt in servitio Venetie, usque dum steterit exercitus Venetie.

Tollent namque Ragusini de omnibus navibus extraneorum, que illuc applicuerint ad portum faciendum, illam rationem, quam Venetia tollit *[de]* extraneorum navibus. Divident illam in

tres partes: de quibus unam dabunt Archiepiscopo, aliam Comiti, et tertia sit communis Ragusij.

Omnes, qui erunt amici Venetie, Ragusini illos pro amicis habebunt; et omnes, qui erunt inimici Venetie, Ragusini illos pro inimicis habebunt, et non recipient Caciehios neque Dalmesanos, vel alios crosarios[1]) et predatores sive raubatores in civitate Ragusij vel eius districtu, neque eis dabunt aliqua victualia. Et si Venetie miserint contra Caciebios et Dalmesanos galeas ad offendendum eos, Ragusini similiter tunc mittent ad offendendum eos lignum quinquaginta hominum, decenter armatum; et omnibus alijs grossarijs et predatoribus sive raubatoribus facient guerram et eos offendent, bona fide, sine fraude, a Dyrachio et infra usque Venetiam.

Dabunt quoque Ragusini omni anno in festo omnium Sanctorum domino Duci pro regalia yperperos duodecim, et communi Venetie in Venetijs yperperos auri veteres recti ponderis centum, et Comiti suo in eodem termino yperperos CCCC de suo communi; et omnes alios introitus et honorificentias committatus consuetas, excepto introitu salis.

Obsides autem dabunt Ragusini duodecim de duodecim parentatibus nobiliorum illius terre, moraturos semper sex obsides in Venetia ad expendium Ragusinorum in medio anno, et alios semper in medio anno in concambio; et si aliquis eorum moreretur vel fugerit, dabunt alium in eius locum.

Jurabunt autem Comes Ragusij et antepositi in aliquo officio civitatis et unusquisque insuper pro suo capite, se sic omnia servaturos, nisi remanserit per dominum Ducem et maiorem partem sui consilij; et fideles erunt domino Marino Mauroceno, inclito Venetie Duci, usque dum vixerit in Ducatu.

Et hec sacramenta renovabunt Ragusini quisque pro suo capite in omnibus suprascriptis singulis annis decem.

---

[1]) I. e. corsarios.

Preterea Ragusini de mercibus Romanie, quas Venetiam apportaverint, dabunt in Venetia communi Venetie quinque pro centenario; et de mercibus ultramarinis et terre Aegypti, Tunixij et Barbarie solvent quintum; et de mercibus regni Sicilie et Apulie solvent quadragesimum communi Venetie, salvo, quod homines Ragusij non debeant ire in regnum Sicilie et Apulie, si prohibitum fuerit hominibus Venetie, ne vadant in dictum regnum Sicilie et Apulie; et quod homines Ragusij de mercibus, quas detulerint Venetiam de regno Sicilie et Apulie, illud datium communi Venetie in Venetia dare et solvere debeant et teneantur, quod constitutum est, vel de cetero fuerit constitutum per dominum Ducem et commune Venetie solvendi ab hominibus Venetie in Venetia communi Venetie pro datio dictorum mercimoniorum, quas Veneti Venetiam apportarent de regno Sicilie et Apulie. Et hoc sane intelligatur, si datium constitutum plus fuerit, quam quadragesimum, quum superius contineatur, quod homines Ragusij de mercibus regni Sicilie et Apulie debeant solvere quadragesimum communi Venetie.

De mercibus vero Sclavonie in Venetia nihil solvere debeant.

Et tantummodo cum quatuor navigiolis a LXX milliari*[is]* et infra debeant Ragusini Venetiam venire per annum.

Et si aliter Ragusini Venetiam venerint, solvent quintum de omnibus mercibus Romanie, quas Venetiam apportabunt.

Et tam per guerram, quam per pacem licitum est Ragusinis ire ad mercandum a culfo Coranti infra. In alijs vero portibus vetitis per dominum Ducem Venetie ire non debeant Ragusini, nisi secundum quod fecerint Veneti.

Item ab Ancona istac per totam riveriam ipsi Ragusini non facient portum, nisi occasione accipiendi victualia causa ducendi Venetiam.

In Venetijs vero non debeant facere Ragusini mercatum cum foristerijs.

Et hec concordia et pactum amodo usque ad tres annos completos firmatum est, et ab utraque parte debet firmiter observari, et tantum plus, quantum placuerit domino Duci Venetie.

Insuper nos iam dicti Dobranc de Lampredio, Cerne de Vitana, Theodorus Bodatie et Goislanus Theodorij Grossi, nuntij et procuratores ciuitatis Ragusij, per nos et dictum commune Ragusij iurauimus ad sancta Dei evangelia super animas nostras et auimas omnium hominum Ragusij, hanc concordiam et pactum, ut dictum est superius, firmum et ratum habere, et nullo modo contravenire; et quod dabunt operam, quod hec omnia observentur.

In huius autem rei testimonium, et ut hec magis robur obtineant firmitatis, presens pactum et concordiam iussit dominus Dux predictus sui sigilli munimine roborari.

Data in VENETIIS in palatio Ducatus in Rivoalto urbe felici per manum Gabrielis Paulini, notarij nostreque curie cancellarij feliciter. Amen.

CCLXXXIII.

Promissio Graecorum in Creta insula.

A. d. 1233, m. Februario.

Edidit utcunque Flam. Cornel. in „Creta Sacra" T. II, p. 265: „*Bartholomaei Gradonici singulari dexteritate factum est, ut seditiosa rebellium turba ad officium et obedientiam redigeretur. Ne autem Græci, ad Veneti nominis fidem recens reversi, a iuratæ concordiæ et obedientiæ sacramento ob redditunm inopiam facilius desciscerent, antiqua eorum pheuda, ob defectionis crimen fisco pridem addicta, omnibus in reipublicæ gratiam restitutis de Veneti dominii autoritate et assensu restituit, ut patet ex sequenti, quod exhibemus, documento*". Cfr. Laur. de Monacis p. 156. 157.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Ego Nicolaus Sevastos de Moniauis, ego Sevastos Omollesinos[1]) Michali et toti alii, qui sunt habitatores a flumine Petree usque ad locum, qui dicitur Actis, sumus confessi, quod reci-

[1]) I. e. ὁ Μελισσηνός.

pimus a vobis altissimo et gentili domino nostro Bartholomeo Gradonico, de mandato altissimi nostri Ducis Venetiarum Duca Crete, et a minori et majori nostro consilio locum a flumine Petree usque ad locum, qui dicitur Actis, per aram *(gratiam?)* domini nostri Ducis Venetiarum in pheudum ad nos. Juravimus, et jurare debent omnes illi, qui modo non fuerunt inventi ad jurandum preceptum domini nostri Ducis, esse fideles et bonos ad honorem domini nostri Ducis Venetiarum et suorum successorum, et simili modo ad dominum Ducem Crete — et habebimus omnes homines Venetiarum exeundi *(et)* existendi salvos et securos sine aliqua datione — et amicos Venetiarum pro amicis habere et inimicos pro inimicis habere; et quod erimus studiosi veram facere obedientiam, et anatolicos pro nostro posse fugare et ponere illos foris de terra, nisi remanserit pro vestro precepto; et babebunt terras a Petrea usque ad capud Selmone, si ipsi volunt tornare ad voluntatem et ad verum preceptum. Nos illis faciemus guerram ad nostrum posse, donec tornabunt ad preceptum vestre altitudinis; et levabimus laudes domino Duci Venetiarum; et libras denariorum et hec, quantum de cera complere debemus, complendo pacem per mense*(m)* Septembris, villani de militiis, quanti reperti fuerunt ad veram*) Rethimi, reddere debemus, videlicet illi, qui tenent militias; et similiter illi (et illi) de communi debemus reddere et sine hoc sacramento scripto illud, quod faciemus inveniendo nos insimul per voluntatem et pretium illud, quod faciemus. Sic esse debet *et* esse firmum inperpetuum de herede in heredem.

Ego Nikolaus Sevasto de Monianis. Ego Michaelis Sevastos Millisino. Scriptum est istud sacramentum et rescriptum pro firmitate de mense Februarii, indictione sexta, anno Domini MCCXXII[1]).

---

*) Plus una conjectura locum habet: verram, terram, turrim? Nobis secunda probabilis.

[1]) Potius XXXIII.

CCLXXXIV.

Quomodo milites iverunt Cretam, et juraverunt supradictam observare concessionem, et eorum nomina.

A. d. 1233, mense Junio.

Liber Albus fol. 78.

Anno Domini millesimo ducentesimo trecessimo tertio, mense Junii, indictione VI.

Sciendum est, quod milites, qui modo vadunt Cretam, debent habere militias suas in insula Creta secundum rationem quadringentarum militiarum, prout eis ad habendum contigerit; et debent eas varnire et tenere secundum formam huius concessionis, excepto, quod militie non debent serviri vel dividi per sergentes.

Isti sunt milites, qui iverunt modo Cretam, et intraverunt [l. *iuraverunt*], concessionem hanc observare cum adjuncta ista et ordine capitularis, quod scriptum est in quaterno communis.

Blacius Bonçi.
Palmerius Carauello.
Baxilius Barastro.
Bartholomeus Abramo.

Recepit quilibet eorum libras ccc, et debet habere unam militiam pro quolibet et eam varnire.

Johannes Longo de sancto Thoma libras ccc et militiam, que olim fuit sua et fratris sui Thomei.

Pangracius Faletrus libras DL et militias.

Phylippus Pantali unam militiam et libras cc.

Agapitus Francho libras D et duas militias.

Mennetus Marrano de sancto Symeone libras ccc et unam militiam.

CCLXXXV—CCLXXXVIII.

Capitularia Veneto - Tergestina.

A. d. 1233, die 8. m. Augusti.

Liber Albus fol. 258. Liber Pactorum II, 34, non sine memorabili quadam lectionum discrepantia. Lemma hocce in indice: *„Sacramentum fidelitatis hominum de Tergesto, id est quod omnia ordinamenta et praecepta, quae dominus Dux Venetiarum cum suo consilio eis fecerit in civitate Tergesti tam de facto lignaminum, quam de facto salis et peregrinorum et aliarum nauium, quae venerint per mare, et omnia alia observabunt in perpetuum sub anno Redemptoris nostri 1233. 8 Augusti.*

Andreas Dandulus l. l. p. 347 (nota Muratorii): „in margine Codicis Ambrosiani. Ex alio codice: *Tergestini mediante domino Petro Zeno Venetis fidelitatem juraverunt*". Huius instrumenti mentionem fecit et Laurentius de Monacis p. 261.

CCLXXXV.

Sacramentum fidelitatis.

In nomine Dei. Amen.

Anno Domini millesimo ducentessimo trigesimo[1] tercio, die octavo Augusti exeunte, regnante domino F*[riderico]*, Romanorum Imperatore, indictione sexta.

Ortelepus[2] filius Urideronde et Bertaldus condam Tergesti divitis[3], Tergesti rectores, et Michael de Sofia actore comuni[4], in animabus singulorum, verbo et consensu eorumdem in publica contione, prout in quodam capitulare continebatur, in perpetuum juraverunt attendere ac observare, tenor cuius talis est:

Juro ad evangelia Dei, quod omnia juramenta[5] et precepta, que dominus Dux Veneciarum cum suo consilio michi

[1]) trigesimo add. LP.
[2]) Ordelapus LP.
[3]) Tergastidiutus LP.; utrumque corruptum.
[4]) M. de Sophia pro se toto corde in an. LP. Locus mutilus. Corrige: actor comunis pro se toto corde et in an.
[5]) ordinamenta LP.

fecerit vel fieri fecerit in civitate Tergesti, tam de facto lignaminum, quam de facto salis et peregrinorum et aliarum navium, que venerint per mare cum aliquibus rebus; et omnia ordinamenta et precepta, que inde faciet, in omnibus et per omnia observabo in perpetuum, quandocunque ea michi per se vel per nuntios suos denuntiabit, vel per literas suas miserit. Et illud scriptum et ordinamentum, quod olim factum fuit per dominum Ducem Venecie et Johannem de Salvia, nuntium comunis civitatis Tergesti, de facto mercatorum, qualiter debent esse et haberi in civitate Tergestina[1]), in quo fuerunt mediatores videlicet Prior sancte Marie Cruciferorum, et vir nobillis Petrus Geno de Venecia, observabo.

Item juro, quod dabo dilligens studium et operam efficacem, ut Rectores seu Potestates, qui erunt in tempore in civitate Tergestina[1]), annuatim in introytu sui regiminis jurent, hec omnia observare et facere observari.

Actum Tergesti apud ecclesiam sancti Salvatoris in presentia Petri Percazanti et Nasini Verre Rivali[2]) de Venecia et aliorum.

Ego Petrus sacri palacii Tergestini *(notarius)* rogatus hanc cartulam subscripsi et roboravi[3]).

Ego Bartholomeus, sacri palacii notarius, hoc exemplum ex autentico Petri sacri palacii et Tergesti notarii sumptum, nil addens vel minuens, quod sententiam mutet, fideliter, ut comperii, exemplavi signoque meo coroboravi, curente anno Domini millesimo, ducentesimo, tricesimo tercio, indictione VI[4]), mense Octubris.

---

[1]) Tergesti LP.
[2]) Nasini Werrae Rivat LP.
[3]) E. P. s. pal. et Tergesti notarius et a communi Tergesti rog. h. chartam scripsi et r. LP.
[4]) Immo VII.

CCLXXXVI.

Capitularia [1]).

Debent Veneti in civitate Tergestina et districtu suo morari libere et sine ulla datione, et extrahere, quicquid sibi placuerit, excepto frumento. Set si frumentum ibi [2]) delatum fuerit per Venetos aliunde, potestatem habere debent Veneti extrahendi illud exinde et deferendi illud, quocunque voluerint.

Debent Veneti habere potestatem liberam comparandi omnem carnem sine ullo banno, que ibi venerit a Gualdo superius, et caricandi ipsam et discaricandi ibi et extrahendi exinde eam absque alicuius contrarietate.

Et hanc quoque potestatem habere debent Veneti, videlicet quod salem et blauam et omnes res suas alias in civitate Tergestina et suo districtu libere discaricare poterunt et caricare et ponere eas [3]) ibi, quocunque voluerint, ac vendere eas ad minutum et grossum ad libitum suum.

Debent habere universitas Tergesti duos Venetos parvos pro staratico cujusque modii.

Potestatem similiter plenam et liberam habere debent Veneti comparandi pelles, qualescunque sint vel cujuscunque generis, vel undecunque venerint, exceptis pellibus siccis, caprinis videlicet ac bovinis sive vacinis atque beccunis, que venerint de infra terram; de quibus sic fieri debet, ut *h*actenus consuetudo fuit. Sciendum autem est, quod, si Veneti venire fecerint pelles tam a Gualdo superius, quam inferius, qualiscunque generis sint, eas habere poterunt et comparare.

---

[1]) In margine, manu recentiori: *Hec est copia: pactum, scriptum et ordinamentum factum et stabilitum inter dominum Ducem Venecie ex una parte, et Johannem de Salvia, nuncium comunis civitatis Tergesti, in quo fuerunt mediatores Prior sancte Marie Cruciferorum et nobilis vir Petrus Geno de Veneciis, que debent a Tergestinis perpetuo observari. — Haec sunt capitularia, pacta, scriptum* etc. LP.

[2]) ibi add. LP.

[3]) res LP.

Debet habere comunitas Tergesti duos Frisacenses pro urnis ad rationem pro centenario. De extrahendis inde carne et foliis illam potestatem habere debent, quam hactenus habuerunt.

Nullum autem aliud bannum debet facere Potestas Tergestina de ulla alia re, nec venire contra, que supra designata sunt.

Debent autem omnes homines Tergesti jurare fidelitatem domino Duci Veneciarum.

CCLXXXVII.

Capitulare iudicum [1]).

Juro ad sancta Dei evangelia, quod bona fide studiosus ero ad audienda et diffinienda omnia placita, que ante me venerint inter Venetos [2]) et Tergestinos; et de omni placito, unde legem dixero, dicam secundum ordinem et pactum inventum per dominum Ducem Veneciarum et Tergestinos. Et ubi ordo ille vel pactum michi defecerit, dicam secundum usum, si usum sciero. Et ubi defecerit michi usus, dicam secundum meam conscientiam [3]), sine fraude. Et nullam personam inde juvabo nec nocebo per fraudem. Et nullum placitum per fraudem dilatabo. Nullum quoque servitium [4]) inde tollam nec faciam tolli, excepto aporto, si michi missum fuerit vel datum usque ad soldos quinque Veneticos vel infra. Et si sciero, quod aliquis per me [5]) aliter servitium tullerit, faciam illud reddi, si potero, sine fraude. Quodsi dominus Dux [6]) Veneciarum cum Tergestinis aliquid de ordine vel pacto minuere vel addere voluerit, ego, secundum quod ab eis statutum fuerit, judicabo. Et omnibus,

---

[1]) In margine a manu recenti: *Hoc est capitulare judicum seu consulum Tergestine civitatis, continens in hunc modum.* Sic et LP.

[2]) int. Ven. add. LP.

[3]) sententiam LP.

[4]) nec ullum serv. LP.

[5]) pro me LP.

[6]) Dux add. LP.

qui de aliquo duxerint conquerendum, si preceptum voluerint, dabo preceptum viatori, ut ei precipiat, de quo fuerit querela prolata; et post sententiam latam precipiam viatoribus, ut intromittant de bonis eorum, qui judicati erunt ad solutionem faciendam illi, cui erunt judicati. Et si michi dixerit viator, quod rebellem invenerit, dicam hoc Potestati vel Consulibus Tergesti.

In hiis omnibus ero studiosus, excepto in judicando homine de membro perdendo vel frustando aut bullando.

Hec omnia attendam bona fide, sine fraude, hinc ad festum sancti Michaelis, et deinde ad unum annum.

CCLXXXVIII.

Capitulare advocatorum [1]).

Juro ad evangelia sancta Dei, quod bona fide, sine fraude, remoto odio, amore, precio et precibus universaliter juvabo omnes homines Ducatus Veneciarum, consulam et eis patrocinium prestabo contra quamlibet personam habentem causam et querelam et questionem [2]) ante Potestatem Tergestinam vel ejus officiales, usque ad proximum festum omnium Sanctorum et deinde usque ad unum annum; ita tamen, quod ab eis non debeam plus accipere, extorquere seu ex [3]) pacto extorquendo percipere, quam advocati seu advocatores de Veneciis ab hominibus Tergestini districtus accipiunt vel extorquent.

CCLXXXIX.

Pactum Marsilii Georgii cum Leone Gavalla, domino Rhodi.

A. d. 1234, mense Augusto.

Codex St. Marci CCXXX, fol. 62.v

Andreas Dandulus chron. l. c. p. 349: *Dux per legatum suum, Marsilium Georgio, Leonem Gavala, dominum Rhodi, sibi fidelem et tributarium fecit.* Non omittenda nota Muratorii, quae ibidem legitur p. 350.

[1]) Sic in margine a manu recentiore LA. et LP.

[2]) caus. quæst. et quer. LP.

[3]) ex om. LP.

Hoc est pactum, quod fecit Marcilius Georgius, legatus domini Ducis Venet., con Leone Gavalla, domino Rhode.

In nomine domini Salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno Domini 1234., mense Augusti, indictione septima. Rivoalti.

Nos Jacobus Theupullo, Dei gratia Dux Venctiarum, Dalmatic atque Croatie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, presentis scripti serie notum facimus, quia, con *(cum)* virum nobillem et discretum Marsilium Georgium, fidelem nostrum dilectum, in legatum nostrum ad te Ksserum[1]) Leonem Gavalla*[m]*[2]), dominum Rhode et aliorum circonstantium, ad stabiliendam concordie compositionem sive pacti teccum firmandam, in hoc nostram habent*em* comissionem destinavissemus, et tecum in his fuisset loquutus, ad nos revertens quoddam scriptum tui sigilli argenteo sigillatum, in quo manu propria subscripseras, Nos (h)ostendere curavit; cuius tenor de Greco ad Latinum translatus est, et est tallis:

Ego dominus Rhode et Cicladum insullarum Ksserus Leo Gavalla, juro super sancta Dei evangelia, quod vobis, domine mi Dux Venetorum, ero fidelis ab hodie usque imperpetuum et omnibus vestris successoribus per me et per omnes meos contra (h)omnes homines et personas tali modo et ordine, quod habebo homines Venetos in terris meis et in (h)omnibus loccis salvos et sicuros imperpetuum et in personis et in rebus, eundo, stando et redeundo, sine aliqua datione et exactione; et ero amiccus vestris amicis et inimicus vestris inimicis, et non reccipiam inimicos vestros, donec reformentur ad voluntatem vestram.

Et habebunt homines in Rhode in bono et congruo locco ecclexiam, fonticum et curiam pro habitando, robum et statera et mensuram ad voluntatem Venetorum pro mercari libere et absolute, et absque omni exactione et dactione et sine aliqua

[1]) I. e. Cæsarem.

[2]) Georgius Acropolita cap. 27. 48. plene hunc virum dicit Cæsarem Leonem Gabalam.

occasione; et habebo purum amorem et legallem conpagniam con nostro Ducha Crete et con omnibus illis, qui erunt pro tempore in insulam Crete propter preceptum vestrum; dando ego eidem Duci Crete et omnibus yllis, qui fuerint *[in]* dicta insula, subsidium, auxilium et juvamentum contra Vatattium et contra suam gentem. Et si intelexero, Vaccatium ire vel mittere supra Ducham Crete con exercitu, dabo subsidium et auxilium eidem Duche Crete, et illis, qui pro vobis erunt in insulam Crete, juvamen con galeis meis et con mea gente secundum meum posse contra illos de Vacatio, qui sunt modo in insula Crete, et contra yllos Grecos, qui sunt vel erunt rebeles contra prefactum Ducam, nissi fuero impeditus ab inimicis meis: talli modo, videlicet quod Ducha Crete et illi, qui pro vobis fuerint et volunt etiam esse in dicta insulla Crete, debeant michi dare subsidium et juvamen contra Vatatium et contra gentes Vatatii et contra yllos, qui in mea insulla se rebelaverint contra me, con suis galeis et sua gente, secundum suum posse, nisi fuerint impediti ab inimicis suis.

Et (h)omnes homines de Creta, tam Latini, quam Greci, sint liberi et absoluti in terris meis, et possint mercari libere et absolute absque omni *ex*actione et dactione; et simili modo, quod omnes mei possint mercari in insula Crete liberi et franchi in vestro dominio et potestate liberi et absoluti, absque omni exactione et dactione.

Et ero con tota familia *(et)* gente mea salvus et securus in omnibus partibus Romanorum, que tenentur dominio vestro con illa dactione, quam illi de redo *[de Rhodo]* consueverant per illa loca tempore Grecorum. Et dabo pannum unum beato Marco sirricum auro textum omni anno. Et hoc imperpetuum tenebo ego et omnes mei, et omnia ysta, que scripta sunt.

Et si contingerit, aliquam navin Venetorum vel de ipsis Venetis et aliis vestris fidelibus undecunque et qualitercunque

con rebus suis in partibus nostris quocumque casu vel infortunio subire naufragium, quod Veneti et vestri fideles con omnibus rebus suis, quas extrahere et salvare poterunt, salvi sint et securi; et omnes a gente mea habebunt subsidium et favorem.

Actum mense Aprilis undecimo, indictione setima, anno millesimo vigienties quadragiuta duas (l. *anno mundi sex milles. septingentesimo quadragesimo secundo*=MCCXXXIV a. Christi).

Istud *est* sacramentum, quod nos convenimus et fecimus con vestro nunxio Marcilio Giorgio. Et ipse mecum promitto vobis domino Jacobo Teupullo, Dei gratia Venetiarum Duci, Dalmatie, Cruvatie, et dominatori quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie: observabo secundum capitulare suprascriptum et omnes mei, et cetera, ut in eo legitur. Quo scripto nobis ostenso et plenarie intellecto firmum et stabilem ipsum (*h*)abemus, velut ipse noster nuncius tecum compositum habet, secundum quod dictum est superius.

Et ut hoc scriptum maioris firmitatis robur obtineat, ipsum meo sigillo aureo duximus muniendum.

Datum manu Petri de Bono Vicino, presbiteri et notarii et nostre curie cancellarii, apud nostrum Ducale palatium[1]).

CCXC.

Pactum Angeli Gradonici, Duchæ Cretensis, cum quibusdam incolis de Creta.

A. d. 1234, m. Octobri.

Edidit Flam. Cornelius in „Creta Sacra“ T. II, p. 267: „*Post hæc in Cretam applicuit Angelus Gradonicus . . . vir ad ardua negotia et ingenii industria et animi constantia aptissimus;*

---

[1]) Diploma, e Græcis in Latinum minus bene versum, mendis manifestis liberavimus, reliqua Italici idiomatis non tangentes. Noster Marsilius Georgius iterum occurrit anno 1244., ubi bajulatum Tyri administrabat. Deinde Leo Gavala brevi ante fuerat Græcorum classis admiraleus, coll. Andrea Dandulo l. c.

qui patris solertiam æmulatus incolas de Cato et Psiuriti (leg. *Epano Siuriti*) *resipiscentes comiter excepit et privilegiis auxit, nonnullas autem familias in rebellione contumaces bonorum proscriptione et perpetuo exilio mulctavit; et hinc nova insulæ tranquillitas.*

Ad pleniorem rei notitiam documentum afferimus, quo Angelus Ducha de reipublicæ mandato viros de Cato et Psiuriti (l. *Epano Siuriti*) *venia donatos beneficiis cumulavit, data tamen per iuramentum fide, qua se obstrinxerunt, conatu omni se præstituros, ut Emmanuel et Constantinus Draeuntupolo vel vivi in Ducis potestatem traderentur, vel, quocumque pacto fieri id posset, e medio tollerentur*". Cfr. de Monaeis l. IX, p. 157.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Istud est pactum et concordia et amor pacis factus, sicut inferius continetur, inter dominum Angelum Gradonicum, Ducam Crete, et ejus consilium ex una parte, et inter illos de Cato- et Epano-Siurito ex altera.

Nos quidem Angelus Gradonico, de mandato domini Ducis Venetiarum, juravimus, quia perdonavimus illis de Cato- et Epano-Siurito omnes offensas et mala et damna preterita usque ad hanc diem, et per nullum tempus reddemus malum incambium. Et istud per nos et successores nostros debet esse firmum; et simili modo istud sacramentum juraverunt XL milites feudati de Creta, qui inferius subscripti sunt.

Item omnes illi de presonibus, qui sunt de illis duabus terris, qui venerunt ad preceptum vel venient de cetero, debemus extrahere de presonibus; et illis extractis cum uxoribus et heredibus debent stare in civitate et super totum spatium platee.

Item istis de duobus Siuritis non debet dividi per milites Latinos.

Item si villani de militibus Cretensibus usque ad hanc diem sunt de ipsis duabus terris, et nollent venire ad suos dominos propter timorem, non interponendo fraudem debeant recipere cambium conveniens specialiter de illis duabus terris; et istud

cambium debet esse ad placitum et voluntatem domini Ducis Crete dicti, sicut dominus.

Item in dationibus, quas Siuriti dicti debent dare de terris, vineis, animalibus et aliqua(m) rerum, *sit* sic, sicut fuit ordinatum in tempore viri nobilis, domini Bartholomei Gradonici, quondam Ducis Crete[1]); et feudum, quod datum fuit Grecis dictarum terrarum liberarum, qui fuerunt franchati in dicto tempore domini Bartholomei Gradonici, Ducis Crete, vel nos Duca cum nostro consilio de cetero dabimus in pheudum vel fecerimus liberos, sit firmum in perpetuum et suis heredibus.

Item quando d. Duca cum suo consilio vult a nobis rationem, quam dare debemus, ubicunque fuerint illi de Pano *(Epano)* et Cato-Siuritis, debeat solvere quilibet pro sua turma ad voluntatem Signorie.

Item *si* quilibet *(de)* turma vel aliquis, communiter vel divisim, tam de istis turmis, quam de aliis, venire voluerint ad preceptum domini Ducis Venetiarum et nostrum, quantum in perdonata de offensis eis perdonabimus, veniendo ipsi usque ad Epiphaniam Domini venturam, concordando se in aliis cum seniora (i. e. *Signoria*), sicut bonum visum fuerit. Isti duo Siuriti totum, quod dictum est, simili modo petunt de illis de an.[2]) et per medium et illis da Callomono[3]), veniendo ad precepta usque ad terminum Epiphanie, tali ordine, quod veniendo ipsi per Signoriam, quod eos recipere voluerunt, quod sunt in dicto pacto; et si noluerint, quod remaneant, sicut prius.

Item volunt et petunt illi(s) de Siuritis pro illis de Milopotamo solummodo in offensis perdonantiam; et aliud totum remaneat in Signoriam.

---

[1]) Cfr. supra hujus Collectionis nr. CCLXXXIII.
[2]) de Ario?
[3]) I. e. de Calamona.

Item volunt et petunt duo Siuriti, quod nos Duca cum nostro consilio scribamus hec domino Duci, et rogare dominum Ducem cum precibus, quod hoc concordium mandet grissovolum (i. e. *chrysobulum*) et privilegium. Et e converso nos de duobus Siuritis sumus in concordio cum dicto Duce et suo consilio, si placuerit domino Duci; et per nos et omnes alios jurabimus fidelitatem domino Duci Venetiarum et suis successoribus, et vobis domino Duce Crete dicto et vestro consilio et vestris successoribus; et ex alia parte pacem et amorem vobis et militibus Cretensibus et amicis aliis hominibus Venet. Insuper promittimus amicos Venetos habere pro amicis et inimicos habere pro inimicis.

Item debemus dare operam omni nostro posse ad capiendum *(vel)* occidendum Manuelem Drantodoplum (i. e. *Dracontopulum*) et Constantinum, fratrem ejus, et suos spetiales consecutores;

Item dare operam pro posse, quod Calothetae et Anatholiki exeant foras insule.

Item si aliquis sit rebellis, vel fecerit traditionem, aut facere voluerit contra honorem Venetiarum, tenemur turbare et capere dando vobis aut manifestare, si non possemus capere.

Item non debemus seminare a Megapotamo in hac, donec Bonum Reparium non erit recuperatum ad preceptum domini Ducis Venetiarum et vestrum, excepto usque ad mensuras D.; et alias seminationem totam facere in Messaream et conducere animalia in Messarea[1]).

Item ostendas *(ostadas)* cum uxoribus et heredibus de melioribus de Pano et Cato Siuriti usque ad XXX familiares dare debemus, qui debent stare in castella Bonifatii et Belvedere; tamen per omnes tres menses facere cambium communalibus de istis

[1]) Campagna della Messarea in Creta meridionali delineata est in cartula autographa Nussori nostri, addita manuscripto a. 1587 „Celeberrimae insulae Cretae vera descriptio".

ostadibus. Preterea Michael(em) Arcoleon Sevasto cum uxore et heredibus debet intrare, venire et exire, quandocunque vult, in civitate et in castella sine aliqua contrarietate, sicut miles Sevastus et Venet., salvis suis ostadibus de omnibus eorum, sicut dictum est.

Item quandocunque insula Crete in bono fuerit statu ad honorem domini Ducis Venetiarum, et Anatholiki foras de insula factum fuerit, cum fide sine fraude tam ostade, quam alii omnes Cretenses vadant, ubi eis placet hoc, de illis, qui venerunt ex Venetia ad precepta, sicut dictum est supra.

Item tenemur per istud sacramentum bona fide, quod omnes alii de istis duabus terris jurare debeant simile sacramentum.

Et totum istud per nos et nostros heredes observare debemus et firmum tenere in perpetuum.

Et nos Angelus Gradonico, Duca Crete, cum nostro consilio per nos et nostros successores et cum nobilibus viris militibus, qui juraverunt istud sacramentum, promittimus, firmum habere et tenere, que dicta sunt, et complere, salvis omnibus sacramentis et aliter districtis, que nos et vos facta habemus domino nostro Duci Venetiarum, et super hoc observando et tenendo firmum nobis et e converso firmum vobis.

Actum est anno Domini MCCXXXIIII, mense Octobri, indictione octava.

CCXCI.

Concessio castri S. Nicolai de Creta.

A. d. 1234 (1235?).

Edidit Flam. Cornelius in „Creta sacra" T. II. p. 270. Cfr. hujus Coll. nr. CCLXXXIII. Haec pacta Cretensia, quippe a principio Graece composita, et per se sunt pridem deformia, et vero etiam postea edita in deterius.

In nomine Dei eterni. Amen.

Nos quidem Nicola Sevastos de Mon(o)ianis et Michali Sevastos quondam Millisinos, quod superius in presenti prescripsimus pagina manibus propriis, notum facimus universis et ponimus

in scriptis ordinatim, quia nos sponte et communi voluntate prospiciente ad (*h*)onorem Dei et illustrissimi domini Ducis Venetiarum et domini Ducis Crete et nostra *(nostri?)* pervenimus in palatio Ducatus Crete in Candida civitate, ante presentiam viri domini Angeli Gradonici, Ducis Crete et sui consilii, et precibus multis porrectis cum instantia rogavimus quam plurimum dictum dominum Ducam Cretensem et suum consilium, ut ea, que in presenti pagina et scripto contine*n*tur, illi domino Duce Cretensi et suo consilio complacere*n*t:

In primis volumus et placet nobis, quod castellum S. Nicolai in omnibus et esse debeat in potestate domini Ducis Venetiarum et suorum successorum atque in manibus et potestate domini A. Gradonici, Duce Crete et sui consilii et suorum successorum, tenendo et habendo liberum ipsum castellum vice et nomine domini Ducis Venetiarum ad ejus voluntatem et sui successoris, et pro munitione et guarnitione, que est ad inveniendum ipsum de castellano Veneto et sergentibus Latinis; et Grecos, que placuerint bene vobis Duce Crete et vestro consilio et dominio vestro, Sevastos dare et solvere yperper. DC annuatim; et hoc pro medietate in principio anni, aliam vero medietatem in medietatem anni. Que yperpera debemus tollere et extrahere a Petrea et inde usque ad locum, qui dicitur Actis, communiter per omnes homines secundum rationem de illis contractibus supradictis, perveniendo dicta yperpera, ubi erit voluntas domini Duce Crete, qui nunc est vel erit pro tempore per dominum Ducem Venetiarum, specialiter *ad* guarnitionem dicti castelli.

Preterea castellanus de foris castellis tam in rationibus et justitiis faciendis, tam *(quam?)* presonando aliquem de foris, nisi de nostra voluntate; et in servitiis opportunis et agendis pro laborerio castelli et utilitate, tam in aquariis, quam in aliis, castellanus debeat facere cum nostro ordinamento.

Item nos duo communiter vel divisim possimus intrare in castellum et exire, quando nobis foret necessarium.

Item quando voluerimus partes facere domino nostro Duci Venetiarum, ut nobis castellum dictum debeat reddere, quod facere possimus hoc, si domino Duci Venetiarum placuerit et de sua fuerit voluntate; alioquin in domini Ducis potestate remaneat de omnibus istis supradictis.

Per nos et per nostros heredes cum pleno amore et bona voluntate pervenimus in concordio vobiscum domino Angelo Gradonico, Duca Crete, et vestro consilio vestrisque successoribus: quod, sicut superius dictum est, esse debeat et firmum permanere vice et nomine Ducis Venetiarum et sui successoris recipiendo.

Ego Procardinus, ducatus Cretensis cancellarius, de precepto domini Ducis Venetiarum et sui consilii subscripsi et roboravi.

CCXCII.

Pactum Ragusij.

A. d. 1236, mense Junio.

Liber Pactorum IV. fol. 252ᵇ sqq. Cum hoc pacto conferendum pactum Ragusinum anni 1232, huius Coll. nr. CCLXXXII (p. 307 sqq. hujus voluminis).

In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto, mense Junij, none indictionis.

Cum Matthaeus Bodatie, et Cerna Vitane, viri nobiles, nuntij et procuratores civitatis Ragusij, ad presentiam illustrissimi domini Jacobi Teupuli, Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Ducis, quarte partis et dimidie totius Imperij Romanie dominatoris, accessissent, nomine et vice ejusdem civitatis Ragusij petentes concordiam et pactum et reconciliationem, domino Duci et communi Venetiarum ostendentes commissionem, quam habuerant super hoc in hunc modum:

Anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto, mensis Januarij secundo die intrante, indictione nona. Nos quidem jurati judices Ragusij civitatis, Bogdanus Goyslani,

Nicolaus Maurus, Gervasius Marini, Petrus Ballinave, et nos consiliarij Grubessa Gundul, Martinusius Gervasij quondam Comitis, Clemens Sersij, Paulus Damiani Bocinoli, Micha Petri Malussi, Andreas Domane Ranane et cunctus populus Ragusij, ordinata curia cum sonitu campane, committentes committimus vobis, namque Mattheo Bodatic et Cerne Vitane, nobilibus viris, dilectis concivibus et nuntijs nostris, et plenam virtutem et commissionem et potestatem vobis damus, ut totum ordinem et pactum, quc pro nobis et pro nostra civitate Ragusij feceritis cum domino nostro Jacobo Teupulo, magnifico Duce Venetiarum, firmum habebimus in perpetuum. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit.

Ego autem presbiter Pascalis et communis notarius iuratus ex consensu et laudatione prescriptorum iudicum et consiliatorum et cuncti populi Ragusij scripsi, complevi et roboravi hoc, solitoque signo signavi.

Idem dominus Dux cum eisdem nuntijs super predictis tractare fecit secundum modum inferius denotatum; propter quod cum dictus Mattheus Bodatic redisset Ragusium ostendendum Comiti, iudicibus, consiliarijs et populo Ragusij formam et ordinem pacti predicti inferius denotati, et ad sciendam voluntatem ipsorum, placuit eis formam et ordinem pacti jam dicti et firmum habere et tenere ordinem et pactum inferius specificatum volebant, sicut per litteras dictorum Comitis, iudicum, consiliariorum et populi eiusdem civitatis domino Duci ac prefato Cerne Vitane, eorum nuntio et procuratori, transmissas clarius videbatur.

Quare prefatus dominus Dux ad petitionem eorum condescendit; et concordia(m) et pactum usque ad tres annos et tantum plus, quantum voluntas domini Ducis fuerit, inter utramque partem initum est et firmatum in hunc modum:

Nos Ragusinorum nuntij jam dicti, per commune civitatis nostre transmissi, a quo fuit provida deliberatione inventum[1])

[1]) concordia(m). — Melius iniunctum, supra p. 308.

pro eo, quod terre nostre videtur plurimum fructuosum, quod Venetiarum Domino[1]) subderemus, petimus, ut nobis ad voluntatem vestram Comitem concedatis. Hec enim, que continentur inferius, vult terra nostra Ragusij observare.

Ragusini semper Archiepiscopum eligent de Venetijs et habebunt, a Gradu videlicet usque Caput Aggeris. Et si dominus Dux a domino Papa poterit obtinere, quod Archiepiscopatus Ragusij Gradensi ecclesie subponatur, eius electionem presentabunt domino Patriarche Gradensi, confirmationem electionis postulantes; et confirmatione facta veniet electus ad sedem Patriarchalem, et consecrationem de manu sua accipiet, facietque ei fidelitatem, reverentiam et obedientiam debitam ei exhibere promittens.

Preterea statuimus, quod idem Archiepiscopus jurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis, nisi pro eis remanserit; et sic facient omnes Archiepiscopi, qui in perpetuum erunt in Ragusina sede, Ducibus, qui per tempora erunt.

Clerus autem ter in anno, in nativitate Domini et in Pascha Resurrectionis et in festo sancti Blasij, laudes cantabunt in maiori Ecclesia solempniter domino Duci, domino Patriarche, Archiepiscopo suo et Comiti omni anno; propter quod benedictionem recipient yperperos tres, unum a nobis, alterum ab Archiepiscopo, tertium a Comite.

Habebunt quoque Ragusini semper Comitem et Comites de Venetijs, quem vel quales dominus Dux cum maiori parte sui consilij eis dare voluerit, qui iurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis; et sic facient omnes Comites, qui erunt per tempora, Ducibus, qui erunt per tempora, in perpetuum.

Jurabunt autem et omnes homines Comitatus a tresdecim annis et supra fidelitatem domino Duci et successoribus suis; et ipsa fidelitatis sacramenta renovabunt singulis annis decem.

Jurabunt quoque fidelitatem Comiti omnes et Comitibus omnibus futuris in perpetuum, salua fidelitate domini Ducis,

[1]) Concinnius dominio, supra p. 308.

ad honorem Venetiarum et salutem Ragusij, cum bono et honore ac salvatione Venetiarum.

Et si forte contigerit, dominum Ducem vel successores suos Ragusium applicare, recipient eum honorifice, ac illum procurabunt et nuntios suos similiter. Et si dominus Dux voluerit hospitari in domo Archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam et voluntatem. Sin autem, ei dabitur domus bonorabilis, usquedum steterit ibi; et nuntijs suis decentem domum pro bospitio assignabunt.

Et quotiens fecerit Venetia exercitum usque Durachium, et a Duracbio et infra usque Brundusium, et a Brundusio et infra, sicut Venetia faciet, sic facient Ragusini secundum numerum virorum suorum. Si vero exercitum fecerit a triginta lignis armatis et supra, que debeant transire Durachium et Brundusium, facient inde Ragusini tricesimam partem, et stabunt in servitio Venetiarum, usquedum steterit exercitus Venetiarum.

Tollent Ragusini de omnibus navibus extraneorum, que illuc applicuerint ad portum faciendum, illam rationem, quam Venetia tollit *(de?)* extraneorum navibus, dividentque illam in tres partes; de quibus unam dabunt Archiepiscopo, aliam Comiti, et tertia sit communis Ragusij.

Omnes, qui erunt amici Venetiarum, Ragusini illos pro amicis habebunt; et omnes, qui erunt inimici Venetiarum, Ragusini illos pro inimicis habebunt. Et non recipient Cacichios neque Dalmesanios vel alios grossarios et predatores sive raubatores in civitate Ragusij vel eius districtu, neque eis dabunt aliqua victualia. Et si Venetia miserit contra Cacicbios et Dalmesanios galeas ad offendendum eos, (add. *Ragusini similiter tunc mittent ad offendendum eos*) lignum quinquaginta bominum, decenter armatos (l. *armatum*).

Et omnibus alijs grossarijs et predatoribus sive raubatoribus maris facient werram et eos offendent, bona fide et sine fraude, a Durachio et infra usque Venetias.

Dabunt quoque Ragusini omni anno in festo omnium Sanctorum domino Duci pro regalia yperperos duodecim, et communi Venetiarum in Venetijs yperperos aureos veteres recti ponderis centum, et Comiti suo in eodem termino yperperos quadringentos de suo communi, et omnes alios introitus et honorificentias Comitatus consuetas, excepto introitu salis.

Obsides autem dabunt Ragusini duodecim de duodecim parentatibus nobiliorum illius terre, moraturos semper sex obsides in Venetijs ad expendium Ragusinorum in medio anno, et alios sex in medio anno in cambio. Et si eorum aliquis moreretur vel fugerit, dabunt alium in loco eius.

Jurabunt autem Comes Ragusij et antepositi in aliquo officio civitatis et unusquisque insuper pro suo capite, se sic omnia servaturos, nisi remanserit per dominum Ducem et majorem partem sui consilij. Et fideles erunt domino Jacobo Teupulo, inclyto Venetiarum Duci, usquedum vixerit in Ducatu.

Et hec sacramenta renovabunt Ragusini quisque pro suo capite in omnibus suprascriptis singulis annis decem.

Preterea Ragusini de mercibus Romanie, quas Venetias apportaverint, dabunt in Venetijs communi Venetiarum quinque pro centenario; et de mercibus ultramarinis et terre Aegypti, Tunissi et Barbarie, solvent quintum. Et de mercibus regni Sicilie solvent quadragesimum communi Venetiarum. De mercibus vero Sclavonie in Venetiis nihil solvere debent.

Et tantummodo cum quatuor navigiolis a septuaginta milliariis *et* infra debeant Ragusini Venetias venire per annum. Et si aliter Ragusini Venetias venerint, solvent quintum de omnibus mercibus Romanie, quas Venetias apportaverint.

Et tam per werram, quam per pacem licitum est Ragusinis ire ad mercandum a culfo Coranti infra. In alijs vero partibus vetitis per dominum Ducem Venetiarum ire non debeant Ragusini, nisi secundum quod fecerint Veneti.

Item ab Ancona istac per totam riveriam et Palmentaria istac per totam riveriam ipsi Ragusini non facient portum, nisi per occasionem tollendi victualia *(causa)* ducendi Venetias. In Venetijs vero non debent facere Ragusini mercatum cum foristerijs.

Et hec concordia et pactum amodo usque ad tres annos expletos firmatum est, et ab utraque parte debet firmiter observari et tantum plus, quantum placuerit domino Duci Venetiarum.

Insuper ego iam dictus Cerna Vitanc, nuntius et procurator civitatis Ragusij, per me et dictum commune Ragusij iuro ad sancta Dei evangelia supra animam meam et animas omnium hominum Ragusij, hanc concordiam et pactum, ut dictum est superius, firmum et ratum habere, et nullo modo contravenire.

In huius autem rei testimonium, ut hec magis robur obtineant firmitatis, presens pactum et concordiam iussit iam dictus dominus Dûx sui sigilli munimine roborari.

Data Venetiis in palatio Ducatus per manum Gabrielis, ducalis aule Venetiarum scribe.

CCXCIII.

Pacta Græcorum in Creta.

A. d. 1236, d. 23. m. Julii.

Edidit Flam. Cornelius in „Creta sacra" T. II, p. 272: „*Statutis . . . conditionibus Græci exercitus reliquiae ex insula recesserunt, quae diu Cretensibus, ut in contumaci defectionis reatu persisterent, autores et adiutrices se praebuerant*".

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Nos servitores potentissimi et sancti nostri Imperatoris, videlicet Gregorius Luparda et Primikirios Omaurangulos, que (l. *qui*) una propria perscripsi manu — alius namque vivifica cruce et pretiosa infrascriptum per propriam manum signum fecit — in locum (l. *loco*) autem ipsi proprio et in loco Sculari domini Johannis et ceterorum militum et sociorum nostrorum de castello Sancti Nicolai juramus ad sancta Dei evangelia et in vivifice crucis [l. *per vivificam crucem*][1]) in loco

[1]) Post crucis alii addent signum.

suprascriptorum superius nominatorum, quod ab hodie in antea est *(sint)* castella, que tenemus, in potestate domini nostri, scilicet altissimi domini Ducis et venerabilis Ducis Cretensis, Stephani Justiniani et consilii vestri et suis successoribus, et castellum in potestate vestri a die prima mensis Augusti de indictione nona presente; et exibimus omnes de illo cum armis et rebus nostris, et descendemus ad ligna, in quibus debemus ire foras, et ibimus ad dominum nostrum Imperatorem; alioquin, si non poterimus dicto tempore exire, et oportebit nos permanere in terra, debemus esse salvati corporaliter cum rebus nostris ab omnibus hominibus istius terre, donec exierimus de terra, et a lignis cursariorum; sin autem vinxerint ligna per totum mensem Julii, quacunque die vinxerint, teneutur introire in ea usque ad diem tertium cum sociis nostris. Et recommendabimus castellum illi, quem vos illuc miseritis; et nos tenebimus custodire et guardare tam ligna illa, quam homines et res eorum, que debent portare nos foras istius insule, ad rediendum ad Cretam tam per nos, quam omnes, qui sunt in potestate domini nostri Imperatoris sancti; et deprecabimus dominum nostrum Imperatorem et magnos nobiles homines Latini (l. *Latinos*), qui sunt in Annatoli, qua (l. *qui*) de insula Crete sunt specialiter. Namque de illis, quos nobis in scriptis dederit vir nobilis Duca Crete et adhuc exiendo nos de castello, non recipiemus aliquid de rebus illorum de Creta, tam obsidum, quam ceterorum, qui sunt retenti in eo; et de rebus illis, que uobis data fuerunt in comodaria, se habeat unusquisque suam propriam causam. Et omnia hec suprascripta juramus hodie per nos et socios nostros omnes in palatio Duce Crete, mensis Julii XXIII, indictione nona, anno Domini VI millesimo DCCLIIII[1]), secundum usum Grecorum.

Testes: Constantinus, sacerdos humilis et notarius insule Crete, Salichi, presentes testium sacramentorum scripsi per[2])

[1]) Potius XLIIII.

[2]) Hasce legendi turbas dilue ad libitum.

suprascriptorum virorum duorum Archonto pro recommandatione dicti castelli, ut superius continet, testifico et subscripsi.

Manuel, humilis sacerdos et tabellio, Acalumpto, similiter supra presente scriptura et sacramenta suprascriptorum duorum supradeclarata(rum) pro predicto castello reddere, et *(ut)* instrumentum cartule contine(n)t, testifico et subscripsi.

Nichitas, humilis sacerdos et tabellio, Sallinas, predicta(s) exempli(s) sacramentorum scripta(s) de prima ordinatione et in omnibus ad hoc specialiter scripsi et subscripsi.

Actum est hoc MCCXXXVI, mense Julii 23, indictione nona.

In nomine Dei eterni. Amen.

Nos Stephanus Justinianus, de mandato illustrissimi domini Ducis Venet. Duca Crete et dominus totius insule Crete cum nostro consilio et cum viris nobilibus magni consilii juramus ad sancta Dei evangelia et per pretiosam et vivificam crucem atque in Deo et super animas nostras, quoniam non *(vos?)* recipiemus, videlicet Georgium Luparda et Scolari et Primikirio Maurangulo et omnes vestros socios, qui sunt in castello Sancti Nicolai, ad salvandum et custodiendum vos omnes cum omnibus vestris rebus, et dare vobis passagium conveniens, conducendo alla Suda in loco, qui vocatur Apicorna, ad eundum vos in parte Levantis de Natolis.

Item dabimus vobis omnes Annatolicos, qui sunt in nostris carceribus; et si de Cretensibus, qui sunt in castello S. Nicolai, usque ad tres vel quatuor volunt venire vobiscum, facere possint, tamen quod scandalum de illis non sit.

Item de illis, qui venerant ad recipiendum castellum dictum, tenemur, quod vobiscum stare debeant ad salvandum cum omnibus hominibus, donec exieritis de predicto portu.

Item tenemur ad dominium posse, quod vos salvi eritis et guardati, quousque *vin*xeritis in partibus Natolie, a fidelibus domini Ducis Venet.

Actum est hoc MCCXXXVI, mense Julii, indictione nona.

CCXCIV.

Hæc est fidantia hominibus Venetiarum, qui venerint per totam terram Aegypti, de personis, habere et navibus, per legationem de Miro Gemelodino.

A. d. 1238, die 14. m. Novembris.

Libri Pactorum I, fol. 196. II. 215. Cfr. Marin. VI, 337 sqq. IV. 263 sqq. Soldanus, cum quo hoc pactum ictum fuit, est *Ejjubida Elmelikeládil Abubekr II*, filius *Elkâmil*, filii *Elâdil*, fratris *Saladini*, qui regnavit ab anno 1238 m. April. ad 1239 m. Jun.

Cfr. Hammer l. l. p. 665.

In nomine Domini. Amen. Exivit altum preceptum. Hoc est signum Soldani, quod interpretatur gratia Dei de mea fortuna.

Dominus Soldanus Melecheladen, spata legis, — Deus det ei vitam — fecit præceptum, ut scriberetur ista cartula fidantiæ omnibus hominibus Venetiarum per manus duorum militum honorabilium et providorum, Romeus Quirino et Jacobus Barocio, milites militum — Deus det eis fortiam in guerra — et habeant fidantiam in personis et habere et in mercimoniis, que veniunt cum eis, venientes, permanentes atque revertentes sine aliquo dubio de navibus atque[1]) in omnibus suis factis; et sint assicurati et affidati et qui se clamant pro eis, intrando et exiendo per mare et per terram absconse et palam; et quod nullus possit facere eis contrarium neque damnum.

Et fecimus preceptum omnibus Bailis et Miraliis atque Scribanis per totam terram Aegypti, ut recipiant istud preceptum, quod est in manibus illorum secundum hoc scriptum; et capituli, quos ipsi habent, sint firmi inter nos et illos; et facietis honorem omnibus hominibus Venetiarum, qui venerint in nostram terram, secundum amorem domini nostri Soldani Melech el adem; et tenuti erunt cum justitia — Deus habeat misericordiam de anima sua — et securi erunt a nostris navibus et a nostris galeis.

---

[1]) nec de mercimoniis LP. II.

Scripta fuit per legationem de Miro Gemelodin faciam *(factam?)* [1]) Soldanis; et necesse est, ut cognoscatis istas causas et sciatis; et erit lo ben cum gratia Dei. Et ista fidantia scripta fuit a die decima tertia intrante, mense Novembris, anno Machometi sexcentesimo trigesimo sexto. Gratia Deo soli, et adoratus Domini supra Machometo. Deus predicat nos et justus est.

In nomine Domini misericordie. Amen.

Adjuncta sunt capitula, que veniunt ex parte domini Ducis, magnus et altissimus, le lion et lo pro [2]), Jacobus Theupolo, capitaneus militum, et capitaneus de lege Christianorum, adjuvator filiorum baptismi — Deus ei adjungat vitam suam, — per manus duorum suorum missorum, duos milites honorati et avinturati et capitanei, Romeus Quirino et Jacobus Barocio — Deus honoret eos. —

Nos vidimus et intelleximus vestras litteras.

Capitulum. Fidantiam, quam petistis, quod sint salvi et securi in personis et in rebus, et sue naves et suum habere, tam in eundo, quam in permanendo et revertendo in terram Aegypti — Deus eam manuteneat; — et est scripta et data in vestra bailia. Et sic vobis respondimus.

Capitulum. De hoc, quod ipsi petierunt, quod omnibus Venetis non abstolletur quartum, secundum quod fuit usum et morem; unde precepimus, ut dimittentur et non abstollentur.

De hoc, quod ipsi dixerunt, quod debent comparare merces, ubi eis placuerit. Et de hoc sic respondimus.

Capitulum. De hoc, quod ipsi petierunt super facto mercimonie, que inventa fuerit falsa, postquam mercatum factum fuerit, et testes super his inventi fuerint, reddatur, cujus fuerit. Et de hoc respondimus vobis.

---

[1]) Nisi latet: fidantia Soldani.

[2]) I. e. fortis, strenuus.

Capitulum. Et de hoc, quod ipsi petierunt de hominibus Venetiarum, qui dabant aras (i. e. *arras*) supra merces, non se debeant extrahere a mercato. Et super hoc respondimus vobis. Et si fuissent in discordia, in hoc vadant ad justitiam terre.

Capitulum. De hoc, quod petierunt super facto mercimoniarum, que incantantur in doana, quando finitur incantatio, si dominus vult dimittere in doana, vel accipere supra se ad vendendum in civitate, habeat potestatem vendendi. Et de hoc sic respondimus.

Capitulum. In hoc, quod dixerunt de facto corsariorum, si ipsi acceperint aliquem mercatorum Sarracenorum vel apprehendissent, non capietur ullus Venetus, neque retinetur propter hoc, neque dampnum inde habebit. Et in hoc sic respondimus.

Capitulum. De hoc, quod petierunt, si aliquis Venetus debuisset aliquid alicui per debitum, non capietur aliquis pro eo, nisi solus debitor. Et super hoc sic vobis respondimus.

Capitulum. Et in hoc, quod petierunt, si aliquis Venetus moritur, et fecerit ordinamentum, volumus, ut firmum sit. Et si moritur sine ordinamento, consul Venetorum, qui ibi inventus fuerit, intromittat bona sua; et si ibi non fuisset consul, Veneti, qui ibi inventi fuerint, intromittant bona defuncti et mittant, ubi habitabat defunctus, ad propinquos suos; et sepellietur sine aliqua contrarietate vel datio. Et de hoc sic respondimus.

Capitulum. Item, si aliquis Venetus habuerit placitum cum aliquo Christiano, diffiniatur ante Consulem. Et si habuerit placitum cum Saraceno, diffiniatur ante justitiam terre. Et sic de hoc respondimus.

Capitulum. De hoc, quod petierunt de duobus fonticis suis, alii non debent judicare, nisi duo fonticarii; et curia debet aptare et preparare secundum usus et mores. Et ipsi fonticarii habeant potestatem claudendi et aperiendi ad eorum voluntates; et non debent dare redditum per testem [l. *testam*]. Et factum sit eis secundum usum et morem omni tempore.

Capitulum. De hoc, quod petierunt super facto ecclesie, que sit propria hominum Venetiarum, et balneum similiter, aptentur et preparentur, ita, quod alii Christiani non intrent, nisi Veneti. Et de hoc sic respondimus.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto naufragii navium in terra nostra, salvi et securi sint in personis et in habere et navibus illorum. Et de hoc sic respondimus.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto, quando aliquis mercator comparat aliqua mercimonia, et habet solutum rectum, non debet querere aliam cartulam, [nisi secundum usum et morem][1]). Et de hoc sic respondimus vobis.

Capitulum. In hoc, quod petierunt de Curfo et Arsso[2]), debet fieri secundum usum et morem. Et de hoc sic respondimus vobis.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto vini, quod [mercatores][1]) habeant potestatem trahendi in fontico, secundum quod fuit usum et morem. Et sic de hoc respondimus vobis.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto, quod, si alicui Veneto fuisset factum aliquod tortum, habeat potestatem ire ad dominum Soldanum sine aliqua contrarietate. Et sic respondimus vobis.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto de perlis et omni lapide pretioso, et de biveris et de variis et grisis et omni pelle, non debent rectum, nisi quod dicunt testimonia duane secundum usum et morem.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto, quando veniunt naves Venetorum cum mercimoniis, et volunt vendere, solvant dricturam; et si nolunt vendere, cum reliquo vadant liberi, quocumque voluerint, secundum usum et consuetudinem.

---

[1]) Hoc addit Lib. Pact. II.

[2]) Cfr. notam p. 186.

Capitulum. In hoc, quod petierunt, quando naves applicuerint, habeant potestatem caricandi et discaricandi cum eorum barchis. Et sic respondimus vobis.

Capitulum. In hoc, quod petierunt, quando fecerint calligam, non debent inde accipere, nisi quod fuit secundum usum et morem. Et sic respondimus vobis.

Capitulum. In hoc, quod petierunt mercatores, quod, postquam solutam habent dricturam, illi de doana accipiebant ab illis duas granas per Bysantium, vos rogavistis, ut dimitterentur vobis. Et nos sic respondimus, quod sit secundum usum et morem.

Capitulum. In hoc, quod petierunt et rogaverunt, quod volebant scribanum in doana ad salvandum habere Venetorum, nos precipimus, ut ita fiat. Et sic respondimus.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto Venetorum, qui juraturi sunt et cercati, non debent eis aliquam injuriam facere nec molestiam, sed honorem et servitium. Et sic de hoc respondimus.

Capitulum. In hoc, quod petierunt de servitoribus doane, quando acceperint dricturam, cum illis pisone[1]), debent accipere, cum quibus solvant, secundum bonum usum et costumen doane.

Capitulum. In hoc, quod petierunt, quod, quando incantatur ratio de auro, jungat supra, et accipiat supra se, si voluerit; et si voluerit percutere ad ceccam, solvat dricturam secundum usum et costumen, et faciat percutere.

Capitulum. In hoc, quod petierunt, si venditur aurum ad cecam, oportet, quod statim solvatur.

Capitulum. In hoc, quod petierunt, quod, quando comparant, et paccato sive pesato, habeant potestatem portandi ad fonticum vel ad navem, aut ubicumque voluerint.

Capitulum. In hoc, quod missite extraxerunt novum costumen de habere, quod intrat in doana, et accipiebant plus,

---

[1]) Marin: *„vuol dire depennazione"*. Non liquet.

quam inde veniebat, volumus, quod sit secundum quod fuit usum et morem.

Capitulum. In hoc, quod petierunt super facto argenti, quando fuerit incantatum, non debent inde habere, nisi secundum quod fuit usum et morem.

Capitulum. In hoc, quod petierunt, quod nullus debeat eis dare aliqua mercimonia per fortium, sed habeant potestatem comparandi, ubicumque eis placuerit. Et sic in hoc respondimus vobis.

Capitulum. In hoc, quod petierunt de drictura de habere, debent solvere secundum usum et costumen, quod erat in tempore Melech al chem — Deus faciat ei mercedem. —

Capitulum. Milites gentiles et magni dixerunt, Romeus Quirino et Jacobus Barocio, missi domini Ducis Venetiarum — Deus det ei gratiam, — ad horam, que nominatur cursariorum, quod Dux Venetiarum altus et magnus princeps debet facere stridari in terra Venetiarum; quod non debent exire in cursu ad capiendum nullum Saracenum de Soldano Babilonie; et quod omnes Veneti sciunt omnia ista capitula.

Et hoc fuit scriptum a diebus decima quarta de mense Novembris, anno Machometi 636 sexcentesimi triginta sex.

CCXCV.

Pactum Venetorum et Januensium.

A. d. 1238, die ultimo m. Novembris.

Codex Latinus S. Marci CCXXX, fol. 67 (apographum valde mendosum).

Andreas Dandulus chron. l. c. p. 350: *Tunc Petrus Teupolo, Ducis natus, Potestas Mediolanensium, cum ipsis et eorum amicis contra Federicum* (Imp.) *progreditur, qui per districtum Brixiæ omnia destruebat; sed fluvio interposito minime proelium commiserunt. Tandem Mediolanenses revertuntur; et dum nihil mali suspicarentur, Federicus cum militia sua eos prævenit, et*

facto in eos impetu apud Turrim Novam multos ex eis cepit, plures occidit. Sed et Potestas praedictus captus est cum carrocio, quem Federicus damnavit ad mortem. Dux autem Venetiarum, ex hoc turbatus, Venetos, ut illius æmuli fierent, induxit. Dux propterea requisitus a Papa Stephanum Justiniano et Marinum Mauroceno mittit, qui cum nuntiis Januensium, remissis offensionibus, pacem et unionem per novennium taliter inierunt, videlicet: quod navigia Venetorum et Januensium insignia utrorumque deferrent, et quod Vatacio, Græcorum Imperatori, nullatenus adhærebunt; et contra inobedientes spiritualiter Papa procedere decrevit. Cfr. Laurentium de Monacis l. XI, p. 193.

Hoc est pactum, quod fecerunt domini Stephanus Yustinianus et Marinus Morecinus, legati, ambasiadores et sindici domini Jacobi Teupuli, Ducis Venetiarum, com ambasiatoribus Janue.

In nomine Domini. Amen.

Nos Stephanus Justinianus et Marinus Morecinus, legati, anbasiatores et sindici domini Jacobi Teupoli Ducis, nomine ejus et consiliariorum et comunis Venetiarum ex parte una; et Guielmus Niger Hebricus[1]) et Petrus Venetus legati, ambasiatores et sindici domini de Doresina, Potestatis et consiliariorum et comunis Janue, sicut apparet ex termino scripti publici inferius annotati, nomine ipsorum, Potestatis, consiliariorum et comunis ex altera, concorditer firmamus et volumus et nobis vicissim et sollemniter stipulantibus promittimus, quod Veneti et Januenses debeant et teneantur se vicissim adjuvare in mari in omnibus partibus, ubicunque erunt Veneti et Januenses, contra omnes, qui ipsos vellent offendere.

Item in Sicilia, Callabria, Apulia et Principatu et im partibus ultramarinis, ubicunque fuerint, debeant se adjuvare vicissim ab omnibus, qui vellent Venetos vel Januenses offendere, excepto a Saracenis.

Item, si aliqua gens Christiana vel aliquis cursarius exierit im mari, preterquam in mari Romanie, videlicet a Cicco *(Cipro?)*

[1]) Infra Hebrianus.

intus, preterquam a Sardinia versus ponentem com quinque galeis et a quinque supra, vel con una navi, et ab una supra, ad offendendum Venetos vel Januenses, utraque comunitas teneantur infra spacium unius mensis, postquam fuerit ei renuntiatum et requisitum ab altera, mittere im mare tot et talia ligna, quot et qualia comunitas denuncians voluerit per se mittere ad offendendum illos malefactores et hostes, et ad deffendendum Venetos et Januenses ab eis; omnia, que in hoc capitullo continentur, inteligendo, habere locum similiter, si qua gens Christiana vel aliquis cursarius exiret modo predicto in mare magnum extra Cretam.

Item, quod Januenses et Veneti per mare navigantes in colibet ligno per pelagus insignia utriusque comunitatis portent, videlicet sui comunis in dextera, et alterius in alteram partem.

Item, quod predicta concordia et societas serventur ab utraque comunitate Venetiarum et Januensium usque ad novem annos; et de quarto in quartum annum renoventur sacramento, ab utraque comunitate dicta concordia observanda.

Et si aliquid emerserit inter dictas comunitates, quod non posset ab eisdem comunitatibus facille dirimi, arbitrio summi Pontificis dirimatur.

Item teneantur ambe comunitates ad invicem, non facere usque ad predictum terminum novem annorum con domino Imperatore Romanorum aliquam concordiam, paccionem seu confederare seu promicionem, nisi hoc fieret de consensu et voluntate domini Pape.

Predicta omnia et singulla volumus nos predicti Sindici utriusque comunitatis et nomine ipsarum comunitatum, nobis vicissim stipulantibus. Ea homnia et singula promittimus ad invicem servaturos; et si altera comunitatum contrafecerit, pars contrafaciens det et dare teneantur *(teneatur?)* parti servanti, et nobis vicissim dictis stipulantibus, nomine pene seu pro pena decem

milia marcharum argenti. Et consentimus dictis nominibus, quod dominus Papa excomunicet comunitatem contrafacientem, nec ei absolutionem impendat, nisi satisfecerit de tota pena servanti. Pro qua(n) pena et omnibus supradictis observandis hobligamus dictis nominibus pro pignore omnia bona dictarum comunitatum habita et habenda, volentes et rogantes, quod dictis fiant unius tenoris plura bublica instrumenta, et jurantes nomine nostro et dictis nominibus, tactis corporaliter evangeliis, attendere et observare omnia et singulla supradicta; et quod predicti Dux Venctiarum et Potestas Janue et allii de Janua et de Venetiis, qui soliti sunt jurare conventiones et pacem hactenus factas inter Venetos et Januenses, jurabunt attendere omnia et singula supradicta.

Rome apud Lateranum in quadam camera domini Pape.

Testes domini: Jacobus Prevestinus et Rainaldus Hostiensis Episcopus, frater Matheus de ordine Fratrum predicatorum, domini Pape penitentiarius, Joannes Hebrianus et Henricus de Venetiis.

Anno Dominice nativitatis MCCXXXVIII, indicione XII, die ultima Novembris, in sero.

Tenor literarum sindicatus anbasiatorum Venetorum talis est.

Nos quidem Jacobus Teupulus, Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croacie Dux, dominus quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, con meo consilio, constituimus et ordinamus viros nobiles, Stephanum Justinianum et Marinum Maurocenum, dilectos nostros fideles, nostros nuncios, sindicos et procuratores, nomine nostro et comunis Venetiarum, ad tractandum, componendum ac faciendum concordiam, coligationem et pactionem inter Nos et Januenses civitatem, promittentes firmum et ractum habere illam concordiam et colligationem, quam con predictis ambasiatoribus Janue duxerint faciendam et componendam.

In cujus rei testimonium presentes literas jussimus nostri sigilli munimine roborari. Data apud nostrum Ducale pallacium anno Domini MCC vigeximo (l. *trigesimo*) octavo, mensis Setenbris, die decimo, indicione XII.

Tenor sindicatus predictorum anbasiatorum Janue talis est.

Dominus Paullus de Doresina, Januensis civitatis Potestas, congregatis consiliatoribus ad sonum campane more solito, et insuper congregatis homnibus sex pro quallibet compagnia electis ad Brevia secundum formam capitulli, nec non et ipsum consilium constituerunt, creaverunt et ordinaverunt dominum Guielmum Hebrianum et Petrum Venetum, viros nobilles et legatos comunis Janue, sindicos procuratores ad faciendum et complendum societatem, unitatem et pacem et concordiam, pacta, conventiones pro comuni Januensi inter Ducem et comune Venetiarum ex una parte, et Potestatem et comune Janue ex altera, et ad obligationem faciendam et suscipiendam pro comuni Janue de eo, quod fecerint, ad predicta observanda et ad omnia et singulla facienda, que circha predicta forent necessaria vel expedire viderentur: promittentes, quicquid predicti fecerint, quod comune Janue ractum et gratum habebit et firmum sub obligatione bonorum comunis Janue.

Testes: dominus Grimerius Rondani et dominus Petrus de Summa et Bonus Vassalus Calligepalli auttem Januens[1]). in domo furnariorum 1238, indictione XI (l. *XII*), indicion. XIIII Octobris inter vesperas et complectorium.

Magrinus Bartholomeus notarius scripsit.

Ego Petrucius de Muso, notarius aule Imperialis et palatii, rogatus scripsi et plura instrumenta unius tenoris inde feci. Predictas quoque literas autenticas et autenticum vidi et legi bulatas bulla plumbea, et Magrin. Bartholomei, notarii

[1]) Plura hic turbata. Lege: Data apud Jan. In seqq. vox indicion. superflua.

Veneti, ipsas literas, et in suprascriptum transsumpsi fideliter, nihil dempto aut mutato vel addicto, per quod substantia predictarum sit mutata vel in aliquo alterata.

CCXCVI.

Spina coronæ Jesu Christi Venetis oppignerata.

A. d. 1238.

Andreas Dandulus chron. l. c. p. 349: *Imperator del Zagora Joanni Vatacio, qui se in Acolino* (Acroino?) *colligeret, scribit, ut secum parentelam faciat, et Latinos a parte orientali invadat, et ipse idem faciat a parte occidua. Et ob hoc Joannes, Imperator Constantinopolitanus, et Theophilus Zeno, pro Venetis Potestas, nuntios Duci mittunt, qui potentiam Græcorum exponunt, et celere subsidium ad communes expensas implorant, et pro parte Imperatori tangente Coronam Domini de Spinis, partem ligni Crucis, Lanceam et Spongiam loco pignoris assignant; et sic de mittendo stolo per Venetos deliberatum est. Septimo itaque anno Dux paratis XXV galeis Leonardum Quirino et Marcum Gausono capitaneos præfecit, qui de Venetiis secedentes Tenedum perveniunt, et sumta notitia, quod Græcorum stolus, cuius erat armiraleus Leo Gavala, urbem obsidebat, illuc properant. Sed Græci de hoc præscii in parte orientali sub tuitione terrestris eorum exercitus se retrahunt; quos Veneti aggredientes, peracto bello, XXIV galeis eorum captis, victores Constantinopolim accesserunt, et Latinis incolis data fiducia ad propria rediere.*

Edidit Du Cangius in „Recueil de div. chartes pour l'hist. de Constant.“ (Append. ad Villehard.) II. p. 2. „Extrait de l'original gardé au Trésor des Chartes du Roy, Laiette, Sainte Chappelle de Paris, nr. 1“. Cfr. Eundem in „hist. de Const. p. 114. 115.“

Nos Anselmus de Kaev, Baiulus Imperij Romaniae, Nariot de Tucy, Joffredus de Meri, Conestabulus, Willanus de Auneto, Marescallus ejusdem Imperij, Gerardus de Sirvensi et Milo Tirellus, unanimiter ac pari voluntate atque consilio omnium nostrum, notum facimus universis praesentibus et futuris, praesentium seriem inspecturis: quod, cum sacrosancta spinea Corona domini nostri Jesu Christi esset apud illustrem virum, dominum Albertinum Maurocenum, dilectum nostrum, de mandato incliti

Ducis Venetiae Potestatem Constant. et Despotam dicti Imperij Romaniae, ejusdemque Imperij quartae partis et dimidiae vice sui dominatorem, ratione debitorum obligata pro Yperperis tredecim milibus centum triginta quatuor in summa, — videlicet eidem domino Potestati nomine communis Venetiae pro Yperperis quatuor milibus centum septuaginta quinque; dominae . . . Abbatissae monastery de Perceul[1]). Constant. pro Yperperis quatuor milibus et trecentis; et nobilibus viris dilectis nostris Nicolao Cornario et Petro Zanne pro Yperperis duobus millibus et ducentis; atque nobilibus viris Januensibus pro Yperperis duobus milibus quadringentis quinquaginta novem, — quae Yperpera omnia jamdudum in utilitate et sustentatione ejusdem Imperij sunt expensa, — et terminus liberationis alienandi eamdem sacrosanctam Coronam pro his debitis persolvendis jam transierit, quia pro ipsa Corona redimenda recepimus a te, viro nobili, domino Nicolao Quirino, dilecto nostro, de confinio S. Mariae Formosae, Yperpera recti ponderis tredecim milia centum triginta quatuor, quae nobis amicabiliter et benigne mutuasti. Quae tredecim milia centum triginta quatuor Yperpera tenemur per nos vel per nuutium nostrum reddere et persolvere hic in Constantinopoli tibi vel tuo nuntio, si nobis succursus advenerit citra viginti dies mensis Octobris, qui primus occurrerit, infra viginti dies, postquam succursus ille Constantinopolim applicuerit. Et si transactis eisdem viginti diebus usque per totum dictum mensem Octobrem idem succursus advenerit, infra decem dies sequentis mensis Novembris primo occurrentis. Si vero per totum eundem mensem Octobrem succursus non advenerit, eamdem solutionem tibi facere tenemur per totum eumdem mensem Octobrem cum integritate. Unde ad majorem tui securitatem pro hac tua solutione percipienda et habenda per te et ad tuum nomen, vir nobilis, dilectus noster Panchracius Gauer-

[1]) „Forl. τῆς Περιβλέπτου.“ Du Cange. Cfr. nos T. I, p. 193.

sonus, camerarius communis Venetiae in Constantinopoli, camdem sacrosanctam Coronam habere debet in deposito hic in Pantocratora, hac conditione, quod facta tibi hac solutione, ut statutum est, ipsa sacrosancta Corona in nos vel nostrum mandatum deveniat. Si vero, ut dictum est, solutus non fueris, tunc ipsa sacrosancta Corona in te vel ad tuum mandatum deveniat, Venetiam deferenda, Nuntio nostro tecum veniendo, ubi, scilicet in Venetia, habebis potestatem, ipso Nuntio nostro praesente et praesentibus venerabilibus Fratribus minoribus et Praedicatoribus, Venetiae commorantibus, eamdem sacrosanctam Coronam disbullandi et ostendendi domino Duci et aliis bonis hominibus Venetiae, et iterum ipsam bullandi, praesentibus eodem nostro Nuntio, et dictis Fratribus, sigillis ejusdem nostri Nuntij, et eorumdem Fratrum, ac aliorum, sive alius in adoptione ipsius nostri Nuntij. Hoc pacto, quod infra quatuor menses, ex quo tu post ostensionem ejusdem Coronae dictum nostrum Nuntium de Venetia exire permiseris, ibidem in Venetia, vel Nuntius tuus, solui debeas de tua statuta pecunia per dominum Balduinum, aut per alium dominum hujus Imperij, seu Baiulum, vel suum Nuntium de tot libris denariorum Venetialium, quot in summa advenerit tantum plumbum, quae valent tua dicta Yperpera hic in Constantinopoli ad rationem de Yperperis octo et quarta de Yperpero; unum quoque Miliarium ad pondus Constant. ponderatum, quod plumbum capit in summa miliaria mille quingenta et nonaginta duo, secundum quod ipsum plumbum valuerit ipso die, quo ingressus fueris Venetiam, si tali hora ingressus fueris, quae commode sciri possit de pretio ipsius plumbi, vel in die sequenti tui ingressus absque conditione, secundum quam in tota summa advenerit ad hanc rationem. Qua solutione tibi, vel tuo Nuntio, ibidem in Venetia facta, dicta sacrosancta Corona in dictum dominum Balduinum, aut alium dominum hujus Imperij, sive Baiulum, vel Nuntium, vel suum mandatum debeat devenire. Alioquin prolapsis ipsis quatuor mensibus, habeas potestatem plenissimam

eamdem sacrosanctam Coronam habendi, tenendi, vendendi, alienandi, et quiquid tibi placuerit faciendi absque alicuius conditione.

Et ita haec omnia juravimus tactis sacrosanctis Dei evangeliis attendere et observare bona fide, et non contravenire aliquo modo. In cuius rei testimonium has literas nostrorum sigillorum munimine roboramus, ad tui tuorumque haeredum plenissimam securitatem tibi benigne concessimus.

Anno Domini 1238, mense Septembris, die quarto intrante, indictione duodecima. Constantinopoli.

Adnotat Du Cange: „*Ces lettres sont seellées de six seaux, dont le premier et le quatriéme sont ostez.*

Le second represente un cavalier l'espée à la main, et à l'entour ces mots, S. Domini . . . De Tociaco.

Le troisiéme a un Escusson à une Croix ancrée, les branches du premier carton briseés, et à l'entour, Sig. Jo. De. Meri. Conest.

Le cinquiéme represente un cavalier avec l'espée et l'Escu chargé de 3. besans ou tourteaux 2. 1. l'inscription y est rompuë.

Le sixiéme a un Escusson de 7. bezans ou tourteaux 3. 3. 1. et un chef, à l'entour, S. Milo. Tir . . ."

CCXCVII.

Litera Gregorii (IX) Pape, militibus Cretensibus destinata, pro Ecclesia beati Marci evangeliste, in civitate Candide sita.

A. d. 1239, die 5. m. Julii.

Liber Albus fol. 86. Flam. Cornelius „Creta sacra" II, p. 8.

Gregorius Episcopus, seruus seruorum Dei, dillectis filiis, militibus Cretensibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut ex parte nobilis uiri, domini Ducis Venecie, et uestra nobis extitit intimatum, vos quandam Ecclesiam in fundo proprio ad honorem Dei et beati Marci euangeliste in ciuitate, que dicitur Candida, sita in insula Cretensi, construere intendatis, et fundum ipsum Romane Ecclesie duxeritis offerendum:

Nos, ipsius nobilis[1]) et uestris precibus inclinati, locum ipsum in ius et proprietatem apostolice Sedis recipimus, et dictam Eccle-

[1]) Excidit uiri, d. Ducis.

siam ad Romanam Ecclesiam perpetuis temporibus decernimus pertinere. Ad indicium autem huiusmodi percepte a Sede apostolica libertatis eadem Ecclesia censum unius yperperi camere nostre in festo dicti Euangeliste singulis annis exoluet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre asumptionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Data Laterano III, Non. Julii, pontificatus nostri anno tercio decimo.

Ego Jacobus, sanctorum Apostolorum presbiter et uotarius, hoc exemplarium, sumptum ex autentico domini Gregorij Pape, eius bulla cum filo serico roborata, scripsi et exemplaui; et de mandato pariter et auctoritate dominorum Angeli, diuina miseratione Archiepiscopi, et egregij domini Angeli Maureceni, Ducis Creteusis, et Comitis Arbensis et sui conscilij, ab eis rogatus, in puplicam formam redegi, nichil addens uel minuens, quod senteneiam mutet. Anno Domini MCC quinquagessimo quinto, mense Aprilis, indictione tercia decima.

CCXCVIII.

Alia litera ejusdem Pape, Episcopo Gerapetrensi pro eadem Ecclesia destinata.

A. d. 1239, die 5. m. Julii.

Liber Albus fol. 86. 87. Flam. Cornelius „Creta sacra" II, p. 9.

Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . ., Episcopo Gerapetrensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut nobis ex parte nobilis viri, Ducis Venetorum, et dilectorum filiorum, militum Cretensium, nobis extitit intimatum, hiidem milites quandam Ecclesiam in fundo proprio ad honorem Dei et beati Marci evangeliste in civitate, que dicitur Candida, sita in insula Cretensi, inteudant construere, et fundum ipsum Romane Ecclesie duxerint offerendum:

Nos, ipsius Ducis et eorundem militum precibus inclinati, locum ipsum in jus et proprietatem apostolice Sedis recipimus, et dictam Ecclesiam ad Romanam Ecclesiam perpetuis temporibus decernimus pertinere. Quo circha fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus auctoritate Nostra primarium lapidem eisdem concedere postponas.

Data Laterano III, Non. Julii, pontificatus nostri anno tercio decimo.

Ego Jacobus, sanctorum Apostolorum presbiter et notarius, hoc exemplar, sumptum ex autentico domini Gregorii Pape, ejus bulla plumbea roborato, scripsi et exemplavi, et de mandato pariter et auctoritate dominorum . . .[1]), divina miseratione Archiepiscopi, et egregii viri, Angeli Maureceni, Ducis Cretensis, et Comitis Arbensis, ab eis rogatus in publicam formam redegi, nichil addens vel minuens, quod sententiam mutet.

Anno Domini MCC quinquagesimo quinto, mense Aprilis, indictione tercia decima.

CCXCIX.

Marsilii Georgii, Venetorum in Syria Bajuli, ad Ducem relatio.

A. d. 1243, m. Octobri.

Liber Albus fol. 172—192.

Relationes legatorum Veneticorum ad Ducem suum ejusque consilium non ante initia seculi XVI inveniri, doctorum huius ævi sententiam vulgatam (immo opinionem) esse videmus; quæ tamen nostro, quod nunc exhibetur, diplomate satis amplo funditus evertitur[2]). Fuit Marsilius Georgius Venetorum in Syria Baiulus ab anno 1240, id est magistratus popularium et vicarius Ducis; quæ dignitas Consulum, quos vocant, novitiorum muneri atque ministerio fere respondet. Tales magistratus reipublicæ suæ patriæ identidem referenda retulisse, i. e. Relationes transmisisse, per se vix dubium esse poterat, atque ex hoc quoque nostri diplomatis exemplo manifesto elucet.

[1]) Supple Angeli. De eo v. Ughellium in „Ital. sacr." V, 1137.

[2]) Primam Veneti legati, quæ quidem nota est, sc. anni 1219, relationem supra dedimus pag. 215 sqq.

In archivo Vindobonensi, et quidem libro ejus Albo, beatus Wilkenus (Geschichte der Kreuzzüge T. VII, p. 371 sqq.) libellum nostrum viderat, unde quædam l. c. excerpsit. Nos vero in commodum lectorum quædam ex ipsa Wilkeniana expositione repetenda curavimus.

Die Grundsätze, ait Wilkenus l. c., *nach welchen die Venetianer in Syrien verfuhren, und die Weise, in welcher sie ihre dortigen Besitzungen verwalten liessen und sich nützlich machten, stellen sich auf eine sehr anschauliche Weise in zwei Berichten dar, welche in den Jahren 1243 und 1244 der damalige Venetianische Bailo oder Statthalter in Syrien, Marsilius Georgius, erstattete. Dieser Statthalter kam nach Syrien im Jahre 1240, zu der Zeit, als der Sicilische Marschall Richard mit unzulänglichen Mitteln für Kaiser Friedrich den Zweyten die Rechte der Krone Jerusalem in so weitem Umfange wie möglich wieder herzustellen und selbst zu vergrössern bemüht war, und in dieser Beziehung auch die Venetianer nicht schonte. Der Statthalter machte zuerst einen Versuch, den kaiserlichen Marschall durch gütliche Vorstellungen zur Wiedereinsetzung der Venetianer in ihre Rechte zu vermögen; als Richard aber die Venetianischen Botschafter nicht einmal vor sich liess und den Venetianern sogar den Frieden aufkündigte, so schloss sich Marsilius den Feinden des Kaisers Friedrich an und bewog Philipp von Montfort, Herrn von Turon, und andere einflussreiche Männer des Königreichs Jerusalem zu dem Versprechen, dass sie der Republik Venedig behülflich seyn wollten sowohl zur Behauptung ihrer Rechte in Ptolemais, als zur Wiedererlangung der Gerechtsame, welche zu Tyrus der Marschall Richard der Republik entzogen hätte. Bald darauf wurden die Königin Alix von Cypern und ihr Gemahl, Radulph von Soissons, durch die Syrischen Barone aufgefordert, bei dem Erzbischofe von Tyrus, als damaligem Stellvertreter des Patriarchen von Jerusalem, und bei den übrigen Prälaten des Königreichs Ansprüche an den Thron von Jerusalem zu erheben, welche berücksichtigt wurden; und als Alix und ihr Gemahl den gewöhnlichen Eid in die Hände des Erzbischofs von Tyrus leisteten, so versprachen sie zugleich, die Gerechtsame des Dogen und des Gemeinwesens von Venedig in dem ihrer Obhut anvertrauten Königreiche aufrecht zu erhalten. Marsilius nahm hierauf mit dreissig Mann Antheil an der Eroberung der Stadt und Burg von Tyrus, nachdem ihn die Königin Alix*

dazu aufgefordert und ihm verheissen hatte, den Venetianern alle Rechte und Befreiungen, welche ihnen in jener Stadt gebührten, zurückzugeben. Als aber Balian von Ibelin und Philipp von Montfort nicht ohne den Beistand der zu Tyrus ansässigen Venetianer diese Stadt in ihre Gewalt gebracht hatten, so fand die Erfüllung des Versprechens, welches die Königin Alix dem Statthalter Marsilius gegeben hatte, grosse Schwierigkeit. Die Königin sowol, als die Barone antworteten dem Venetianischen Statthalter, welcher seine Ansprüche geltend machte, mit Ausflüchten und vertrösteten ihn auf die Bestimmung einer Versammlung der Prälaten und Barone, welche zu Ptolemais gehalten werden sollte; und auch diese Versammlung verschob unter leeren Vorwänden ihre Erklärung. Mittlerweile wurde von dem Vizegrafen von Tyrus ein Venetianer, welcher eines Diebstahls beschuldigt wurde, ergriffen und aller Vorstellungen ungeachtet unter dem Vorwande, dass den Venetianern der Blutbann nicht zustände, nicht an den Venetianischen Statthalter, sondern an den Meister der Templer ausgeliefert, welcher den Gefangenen endlich dem Bailo Marsilius überantwortete. Nach vielen vergeblichen Mahnungen erklärten zuletzt die Barone des Königreichs Jerusalem dem Venetianischen Statthalter, dass sie ihm nur zurückgeben könnten, was der Republik Venedig durch einen Statthalter des Königreichs, nicht aber was derselben durch einen König selbst entzogen worden sey, weil nicht die Königin Alix, sondern Conrad, der Sohn des Kaisers Friedrich, als der rechtmässige König von Jerusalem zu betrachten wäre. Marsilius berichtet hierauf, dass er zwar den Baronen geantwortet habe, die Gerechtsame, welche er zurückforderte, wären wirklich den Venetianern durch einen Statthalter entzogen worden; dass die Republik Venedig aber zu Tyrus keineswegs in ihre vollen Rechte wieder eingesetzt wurde; und erwähnt in seinem ersten Bericht vom Jahre 1243, welcher die Verhältnisse der Venetianer zu Tyrus betrifft, nur folgender einzelner Zugeständnisse cett.

Nomina villarum vicorumque, quae in hac Relatione offeruntur, occurrunt et in alio documento de rebus Tyriis insigni, quod publici iuris fecit *Quatremère* in *Histoire des Sultans Mamlouks de l'Egypte* Tom. II, appendice p. 213, ita quidem, ut collatis his nostris cum istis appellativis Arabicis et identitas locorum et ipsorum veritas comprobari queat.

Marsilius Georgius, Baiulus Venetorum in Syria, multa ibidem gesta per ordinem narrat, ad hoc, ut quilibet sibi possit precauere, qui pro comune Venecie in regimine fuerit constitutus, et ea possit operari, que pertineant ad honorem et bonum statum domini Ducis et comunis Venetie. Ideo ego, Marsilius Georgius, Baiulus Venetorum in Syria, in scriptum redigi feci, que inferius patebunt.

Nam cum a primordio intravi Syriam, inveni, quod pessimi Longobardi, qui dominationem Tyri per dominum Imperatorem Fredericum habebant, omnes redditus, quos comune Venecie percipere debebat tam in ciuitate Tyri, quam extra, tamquam sibi pertinentes auferebant, nos de hiis penitus spoliando.

Ego autem volens inquirere, quare Baiulus, qui illic erat, pro dicto Imperatore hoc faceret, et ut nobis restitueret, misi nuncios; quos noluit audire, nec etiam videre, quod maius est. Immo per submissas personas fecit michi referri, quod me specialiter et omnes alios Venetos in persona et rebus diffidebat, hoc dicendo, ut, si postea offenderet me vel alios Venetos, pro prodictore non haberetur. Unde ego videns, quod dictus Baiulus operam dederat pro habenda ciuitate Accon causa exheredandi nos cum omnibus, qui cum ecclesia Romana[1]) sequerentur, cepi sagaciter inducere dominum Phylippum de Monforte, qui dominus erat Toronis, et alios, quos credebam tante rei expedire, ut Accon retinere possemus, et Tirum recuperare. Ipsi vero super hiis, que eis dixeram, cogitantes et in eorum animo revolventes, quis (l. *quid*) eis accidere posset, hiis, que eis dixeram, consenserunt. Dicti Barones videntes periculum, quod eis accidere possit Accon a[2]) Baiulo Imperatoris, et confidentes de eo, quod inducebant[3]) cum Januensibus, ordinauerunt et operati

---

[1]) Romanie a prima manu LA.
[2]) *a* om. LA.
[3]) I. e. inducias faciebant.

sunt, quod Regina Cipri, nomine Helis[1]), peteret Regnum Jerosolimitanum ab Archiepiscopo Tyrensi, qui erat vicarius Patriarche, et ab omnibus alijs Prelatis dicti Regni. Et domus, que sub regula habentur, et comune ciuitatis Accon et comune Venetorum et Januensium, et ab omnibus aliis, qui tacendo consenserunt, ut legitimâ magis omnibus personis alijs in Regno apparente secundum modum Regni, quam aliâ, que tunc tempore esset in regno, Prelati, Baroues et omnes predicti, conscilio habito diligenti, uidentes, quod Regina postulabat, iustum esse, huius peticioni consenserunt, ut iustam[2]). Et[3]) dicta Regina more consueto iurauit in manibus dicti Archiepiscopi Tyrensis et Baronum regimen Regni in hunc modum, videlicet se conseruaturam consuetudines regni Baronibus, Militibus et omnibus de populo, et de omni ratione ecclesiastica manutenenda et religionum, et de obseruandis et in manu tenendis priuilegia singulorum, et specialiter priuilegium et priuilegia Ducis et comunis Venecie integrum conseruare et manutenere. Et facto sacramento Regine idem iurauit vir eius, nomine Raul de Sansum; post sacramentum Regine et eius viri omnes, Barones, Milites et populares Regni sibi et eius viro homagium fecerunt secundum consuetudinem Regni. Et hoc fuit die quinto, intrante mense Junii predicti anni.

Omnia predicta acta et dicta Regina, apprensa dominatione(m) Regni, me rogauit, quod armarem galeam vnam suis expensis, quia volebat eam causa eundi, ut Tyrum caperet, sicut suam terram propriam pro ea parte, qua(*m*) debebat habere, et nos pro nostra parte recuperanda inducebat.

---

[1]) I. e. Alix (Aloysia).

[2]) Locus totus satis impeditus, quippe ἀνακόλουθος. Statue sic legi: *e domus ... et omnes alii, qui ... ut* (tanquam) ... *tempore esset in regno, prelati ... ut juste.*

[3]) ut LA.

Vnde ego habito conscilio taliter eidem responsum dedi, quod ei galeam libenti animo concederemus, sed non, ut postulabant, suis expensis, sed nostris tantum; et hoc ideo, quia dominus Dux et comune Venecie non est consuetum facere aliquod seruitium alicui suo amico eorum expensis, sed tantum suis proprijs. Hoc tamen ab ea et a Baronibus postulandum, ut, si Dominus concederet, quod terram haberemus ipsam una cum Baronibus, iusta[1]) sacramentum nobis restitueret, quod acceptum et diminutum erat de eo, quod habuimus in Tyro intus et extra et ubique in toto Regno, et quod nostrum priuilegium integrum conseruaret. Domina Regina et dominus Raul, eius vir, et dominus de Berito, et dominus Phylippus de Monforte responderunt, quod hoc erat maximum seruicium; et promisserunt quilibet in animam eorum et per sacramentum, quod ex societate tenebantur inter nos et eos facta occasione Imperatoris, et in fide, qua Milites se habent, quod restituerent et darent operam, si Dominus eis concederet terram, ut postulaui. Unde ego credens promissionibus et fidei eorum, que a me petierunt, concessi. Et ego per terram accessi cum eis cum xxx viris bene armatis equester; et hoc fuerit die nono predicti mensis.

Et postquam accessimus apud Tyrum, habuimus ciuitatem in capite trium dierum; et hoc occasione nostrorum Venetorum, qui ibi sunt burgenses. Et in capite xxviii dierum recuperauimus castrum ciuitatis cum magno labore; nam ibi construximus bridam. Et cicius habuimus, quam habuissemus, nisi esset, quod Baiulus Imperatoris, qui pergebat in Apuliam, passus fuit naufragium ad montem de Barche. Qui redijt cum barcha nauis, in qua reuertebatur, et ibat Tyrum. Et sic eum apprendimus, et furchis factis in turri eminenti ante castrum, dicentes, nos velle eum suspendere. Qui in castro erant, timore ducti, ne

[1]) I. e. juxta.

suspenderemus eum, castrum reddiderunt eo pacto, ut libere possent habire. Postquam ciuitatem et castrum quiete habuimus, dicta Regina perrexit Tyrum; et sic ego in continenti accessi, postulans ab ea et a dictis Baronibus, quod ea, que michi promiserant et tenebantur, restituerent et in possessionem mitterent de his, que nobis detenta erant. Que domina Regina et Barones responderunt, quod bene volebant facere libenter, et quia tenebantur; sed me rogaverunt, quod substinerem, quamdiu irent in Accon, ut exponerent hominibus Regni, ut eis non posset aliud imputari, et ut nobis maior esset securitas, dicens (l. *dicentes*), quod certi erant, quod de hoc contrarietas ab aliquo non fieret, nec esse posset. Et sciens, quod nemo eis contradiceret, dummodo vellent, assensi.

Postquam omnes fuimus in Accon, cepi postulare predicta. Qui ceperunt friuolas et uanas inducias postulare. Et sic medio tempore Vicecomes terre occasione furti cepit quendam virum Venetum, et ego tunc ab eo eum repecij. Qui eum michi restituere contempsit, ponens occasionem, quod ius sanguinis non haberemus: et sic eum tradidit magistro Templi, et magister Templi postmodum tradidit michi, cum ipse postea pro omni occasione, que acciderit, michi restituerit omnes Venetos, non propter hoc dimittens, quin ea, que michi promiserant et tenebantur restituere, postularem. Et ipsi, per multum temporis negocium dilatando, tandem in finem talem michi fecerunt responsionem, quod, si per Balivum aliquem Regni aliud (l. *aliquid*) nobis fuisset diminutum, quod libenter nobis restituerent et facerent restitui; sed si per dominum Regem aliquid diminutum esset, non restituerent, cum ipsa Regina non sit legittima in Regno, sed Rex Coradus. Et ego super hoc respondi, quod, quicquid nobis erat diminutum [1]), per Balivos Regni, qui abhinc fuerunt in Regno. Et ego super hoc nullam aliam potui habere responsionem.

[1]) Repetendum videtur: *erat diminutum.*

Ea, que habemus in ciuitate Tyri intus et extra.

In primis sciendum est, quod habemus in ciuitate Tyri terciam partem, que bene diuisa est a partibus Regni; et bene noscitur diuisio cum sua iurisdictione. Nam habemus nostram curiam integram, secundum quod Rex habet. Nam olim de Surianis, qui erant in nostro tercierio, non potestamus in tempore regi Johannis iustitiam aliquam facere, qui iniuste detinebantur. Sed nunc habemus libere in curia nostra ad iustificandum dictos Surianos et omnes alios, qui stant et habitant in nostro tercierio, sicut debemus de nostro iure habere.

Rex, qui pro tempore erat — iam est longum tempus — contra iusticiam non paciebantur, quod iusticiam fecerimus de homicidio uel de furto. Sed nunc habemus libere, et fecimus iusticiam, et retinuimus per totum nostrum tempus curiam de[1] homicidio et furto in presentia et consensu Castellanorum, videlicet Ugoris[2] Amiranti, et Girardi Pisani, et Vicecomitis militis, nomine Salvazu. Et dominus Beriti, qui babet dominationem terre Tyri pro duabus partibus, misit nobis quendam nostrum Venetum, qui fuit de Cipro, nomine Jacobinum Barberium, qui conmiserat furtum cuidam suo militi ultra quam xx denar. Et Girardus Castellanus misit nobis alium, qui dicebatur, quod furatus erat canemellas. Et his fecimus, ut curie nostre fuit visum faciendi; et alios plures misit nobis.

Judei, qui manent in nostro tercierio per longum tempus — iam bene per L annos — per dominum Regni qui contra Deum et iusticiam nobis detinebantur, ita quod non iustificabantur in nostra curia, nec aliquem reditum faciebant; nunc autem per Dei gratiam in nostra curia iustificantur et in omnibus dominantur, sicut Rex dominantur illos, qui manent in suis partibus.

---

[1]) *et* LA. | [2]) Ugonis?

Et de quolibet Judeo masculo, postquam peruenit ad etatem xv annorum, tribuit nostre curie unum Bisancium pro capite annuatim in festo omnium Sanctorum.

Isti sunt Judei et nomina eorum:

Unus vocatur Simol, et habet duos filios de etate;
unus vocatur Hebe, et alius Mahamar.
Alter vocatur Mabafa.
Alter Daniel.
Alter Moyse.
Alter Symon.
Alter Harham,
et alter Brabi.

Suriani texarini, qui manent in nostro tercierio per longum tempus, cuius quasi non exstat memoria, per dominum Regem contra Deum et iusticiam detinebantur. Et recipiebat a quocumque pro unaquaque fovea, ubi texunt, duo cartata per mensem; quod nunc modo nos recepimus dicta duo cartata.

Rex, qui tempore erat, uel Baiulus, qui habebat dominium Regni, omnibus nostri tercierij iniuste recipiebat et banna imponebat, qui vinum, oleum, candellas et carnes vendebant, et qui ypotecarij [1]) sunt, vendentes specias et alia mercimonia. Que omnia nostro dominio et iurisdictioni sunt redacta; et imponitur in ciuitate Tyri aliquod bannum, quod pertineat ad comune dicte ciuitatis, nisi noster absit consensus vel nostri Vicecomitis. Et banna in nostro tercierio imponimus et exigimus libere, ut Rex in suis duabus partibus imponit et exigit. Et sciendum est, quod in tempore Regni Johannis super dictis ordinaverat quendam, qui vocabatur *Matasep* [2]), qui nostra lingua vocatur iusticiarius, qui bona imponebat et exigebat tam in nostro tercierio, quam in duabus suis partibus; et durauit hoc usque ad

[1]) I. e. *apothecarii.*

[2]) Arabum Mohtasib. Cfr. Wilkenum l. c. VII, pag. 359. De hac amplissima dignitate egerunt Sacy in chrestom. arabe I, 468 et Quatremère l. l. I, 1, 114. II, 271.

tempus nostrum. Sed nunc per Dei gratiam nostrum imposuimus in nostro tercierio, nomine Johanne Palami, nostrum Venetum; qui facit omnia predicta, ut precipimus et imponimus.

Olim fuit consuetudo, cuius non exstat memoria, quod, si aliquis, qui esset in nostro tercierio, qui haberet porcum et vellet eum interficere vel vendere, oportebat et cogebatur solvere curie Regis quatuor denarios; et hoc vocabant *Tuazo.* Nunc autem nostro tempore in libertatem reduximus, ita, quod quilibet de nostris in nostra parte potest vendere et interficere, nulla solutione facta dictorum quatuor denariorum Regis curie. Et hoc habemus, et fecimus voluntatem illorum, qui regunt terram, quia nostrum erit ius.

Forma juramenti judicum seu iuratorum curie Venetice in ciuitate Tyri, sicut in consuetudine antiqua inuenta.

(Cfr. Wilkenum l. l. p. 3 in Appendice.)

Juro ego ad sancta Dei euangelia, quod bona fide et sine fraude faciam ius et reddam omnibus hominibus, qui sub iurisdictione Venetorum erunt in Tyro, et alijs, in dicta curia petentibus, secundum consuetudinem terre; et si ignorarem consuetudinem, iusta meam bonam conscientiam secundum clamorem et responsum. Et quod rectum dabo consilium Baiulo et Vicecomiti, cum ad me petitum fuerit, iusta meum posse. Et si secretum aliquod a dictis michi fuerit impositum, nemini revelabo. Nec amicum iuuabo, nec inimicum offendam in fraudem.

Juramentum fidelitatis et obedientie, quod fit per illos de tercierio ciuitatis Tyri domino Duci et Baiulo Venetorum et comuni.

(Cfr. Wilkenum l. l. p. 3. 4.)

Juro ad euangelia sancta Dei, quod ero fidelis domino Duci Venecie et eius successoribus, et quod ero eis obediens et domino Marsilio Georgio, qui nunc est de suo mandato Baiulus

in tota terra Syrie super Venetos, et omnibus alijs, qui de cetero ab eo missi fuerint in baiulatu terre Syrie. Honorem domini Ducis et tocius comunis Venecie hic in Tyro et ubique ego defendam, tractabo et manutenebo bona fide et sine fraude contra omnem hominem vel homines de mundo. Terras et possessiones, honores et iurisdictiones, quas comune Venecie habet in ciuitate Tyri et eius districtu, saluabo et defendam bona fide, sine fraude ab omnibus volentibus eas usurpare. Omnibus quoque Baiulis siue Vicecomitibus, qui constituti sunt in Tyro, aut de cetero constituentur per Baiulum supradictum aut per alios, qui de Venecia venient de mandato domini Ducis, obediam; et omnia precepta, que michi fecerint vel fieri fecerint pro defensione tercierij ciuitatis Tyri et partis illius, que infra ciuitatem Accon comune Venecie habet ex acquisitione propria, et omnium terrarum et possessionum et iurisdictionum, quas habet extra dictas ciuitates, obseruabo et atendam bona fide, sine fraude. Forcium dabo isti Baiulo, qui nunc est, et omnibus alijs, qui pro temporibus erunt missi a domino Duce, et Vicecomiti, qui nunc est in Tyro, et omnibus alijs, qui ab isto Baiulo et ab alijs, qui erunt constituti in Tyro ad rationes et iustitias faciendas et complendas.

Omnes, qui emunt domos in nostro terciecio, eandem formam debent iurare.

Hanc formam iuramenti nostro tempore fecimus fieri.

Quid seruatur in emptionibus domorum in tercierio comunis Venecie in Tyro.

Sciendum est, quod, si aliquis vult emere domum in nostro tercierio, oportet et est consuetudo, ut emat in nostra curia; et pro emptione domus datur ab eo, qui emunt, curie nostre tres Bisancios. Notarius, qui conficit instrumentum, habet quartam partem Bisancii, et plazarius similiter quartam ab emptore.

Meminerint cuncti, quod habemus in nostro tercierio ecclesiam sancti Marci, que in captione terre primitus fuit fundata a Venecia et constructa, que est libera et nulli iurisdictioni supposita, habendo ius parochiale, ius baptizandi, sepeliendi et omnia sacramenta ecclesiastica faciendi, ut aliqua chatedralis ecclesia facere potest.

Hec sunt possessiones ecclesie sancti Marci de Tyro.

Inprimis habent unum fonticum in introitu porte ciuitatis, cum venitur a cathena. Habent versus platheam duas stationes. Una stationum locatur per VIII Bisancios, et alia XII Bisancios: et extenditur dictum fonticum versus orientem, quantum extenditur ecclesia sancti Marci, et parum plus. Habet sub porticu sancti Marci unam stationem, que affictatur in anno I Bisancium.

In capite prefacti fontici est furnus, de cuius reditu comune Venecie habet tres partes; et ecclesia sancti Marci habet duas partes ex conuentione, quam fecit condam Baiulus, dominus Dominicus Acotanto, cum plebano de dicto furno et altero furno, qui fuit comunis Venecie, et exstat destructum[1]) propter terremotum; de quo furno erat diuisio redditus sicut de supradicto.

Habet unam domum in capite ruge sancti Marci, que est destructa; sed de ea integre remansit una volta, de qua habet pro pensione in anno II Bisancios; quam domum Michael Lunizo reliquit sancto Marco pro redemptione anime sue.

Habet unum zardinum continuum cum dicta domo, quem emit dominus Thomas Dulce pro dicta ecclesia, cuius erat procurator, pro Bisanciis XXV; et habet de eo annuatim pro pensione Bis. I et quarta.

Habet etiam unam domum volta cum cisterna, que firmat a duobus lateribus in domibus filij Damiaui, quam domum Maria

[1]) de fructum LA.

Cauco reliquit dicte ecclesie pro redemptione anime sue; et reddat annuatim pro pensione Bis. ii.

Item unum zardinum extra ciuitatem Tyri, quod firmat versus orientem iuxta terram comunis Venecie, que condam fuit zardinum versus ponentem; firmat iuxta riuulum aque, que venit de conducto versus austrum. Firmat in loco, qui dicitur *Serram,* versus boreas. Firmat in via publica; habet de eo pensionis nomine Bis. i.

Habet prenominata ecclesia iiii voltas cum curia una iuxta ecclesiam dictam, versus austrum, ubi habitant et solent habitare clerici cum plebano.

Item in nostro tercierio habemus unam ecclesiam, que vocatur *sanctus Jacobus*, que est iurisdictionis Episcopi Torcellani cum omnibus sibi pertinentibus. Subtus ecclesiam versus boreas habet iiii stationes. Versus austrum iuxta ecclesiam habet duas stationes. Item versus austrum habet unam voltam desuper, qua erat camara, ubi iacebat Presbiter dicte ecclesie. Item habet unam domum, que habetur pro destructa, post cassariam, quam retinet magister Haboti; et tradit annuatim per dicta medium Bisanzium.

Dicitur et manifeste et fama publica referre, quod domus Thosani Maureceni de Venecia debet reddere annuatim ecclesie sancti Marci unam rotulam olei in festo sancti Marci. Similiter domus, que fuit Rolandi Contareni, et nunc est Pantalei, annuatim reddere debet unam rotulam olei. Et est inquirenda veritas rei.

Habemus aliam ecclesiam, que vocatur *sanctus Nicolaus*, que est Episcopi Esule cum omnibus sibi pertinentibus. Versus boreas habet stationes sex continuas cum ecclesia iuxta stratam, que exibent pro pensione pro una quaque Bizant. ii et dimidium; et hoc, cum locantur.

Habet ex alia parte vie versus ecclesiam unam domum; alteram, que habet unam stationem de subtus cum una

curia parua. Et habet unam cisternam Dulce. Locatur pro viii Biz.

Habet versus austrum unam stationem iuxta ecclesiam.

Habet duas stationes paruas cum parua camera desuper una illarum, que sunt vacue. Cum locantur, recipitur pro una quaque in mense xxiii Biz. Sed pro maiori parte anni sunt vacue. Firmat versus orientem in via una, que discurit de una via in aliam versus occidentem in domo Helyc. Firmat..[1]) Tiõr burgensis.

Illud, quod habet Episcopus de Caurole.

Est unum fonticum destructum in nostro terciorio a teremoto Episcopi de Caurole, qui firmat versus orientem et versus septemtrionem iuxta domum Petri Scandalionis; et firmat versus occidentem iuxta domum filij Petri Ruffi et domus nostrorum Judeorum et versus austrum in via publica, que currit seu protenditur ante sanctum Jacobum et sanctum Nicolaum.

Possessiones, balnea, furni et domus, quas comune Venecie habet in Tyro et in eius tercierio.

Est una domus proprie deputata pro comuni cum duabus curijs, ubi habitat Baiulus. Firmat versus levante in una pecia terre vacue, que est filij Symeonis Boni de confinio sancti Barnabe de Venecia. Firmat versus occidentem in via publica, que discurrit iuxta triviam sancti Marci. Firmat versus austrum in pecia terre vacue Thome Dulce et partim in domo Johannis Pisani, Militis. Versus boreas firmat in via publica, que discurrit ante ecclesiam sancti Marci.

Habemus unam *[peciam]* terre, ubi fuerunt domus, que destructe fuerunt a teremoto. Firmant versus boreas in muro ciuitatis versus austrum. Firmant in via publica, que discurit ante ecclesiam sancti Marci versus occidentem. Firmant in furno et fontico sancti Marci versus orientem. Firmant in domo Thomasij Pititoni et Leonis Michael et alij nostri burgenses.

---

[1]) Suspicamur lacunam.

Habemus balneum unum prope ecclesiam sancti Marci. Firmat versus occidentem in domo sepulchri versus austrum. Firmat in via publica versus orientem. Firmat in domibus Thomasij Dulce et in via publica versus boreas. Firmat in una pecia terre sancti Marci.

Et est sciendum, quod de supradicto balneo habet Thomas Dulce IIII cameras inferius. Est comunis Venecie. Habet de eo pro pensione Bizant. c.

Sunt et alia duo balnea, pertinentia dicto comuni Venecie, et in simul post triuiam sancte Crucis Archiepiscopatus Tyri. Firmant versus orientem in via publica. Versus austrum firmat in via publica. Versus occidentem firmat in via publica, que discurrit ante triuiam sancte Crucis. Et pars firmat in domo Dominici Bucti. Versus boreas firmat in via publica. Habet de eis pro pensione Bis. CLXV.

Habemus unum furnum in ruga sancti Nicholai. Firmat in orientem in via publica. Firmat in occidentem[1]). Firmat in austrum in una pecia terre vacue, que est comunis Venecie. Firmat in boreas in via publica, que discurrit ante sancti Nicholai. Recipitur pro pensione de eo Bisanz. xxx.

Est alter furnus comunis Venecie, qui appellatur *furnus oscurus*. Est in contrata, que dicitur *Cobeib*. Firmat in orientem[1]). Firmat in occidentem in via publica. Firmat in boreas in alia via publica. Firmat in austrum[1]). Recipitur pro pensione de eo Bisanz. xxv.

Habet comune Venecie unam peciam terre vacuam, que est iusta furnum, qui est in ruga sancti Nicholai. Firmat in levante in via publica, que discurrit ante domum presbyteri Petri et domum domini Monriale, Militis. In occidente firmat in domo, que est Rainaldi de Emperas. Firmat in austrum[1]). Firmat in boreas a dicto furno. In dicta pecia terre habetur puteus, quam

[1]) Lacuna.

peciam terre medietatem tenet dictus Monriale. Et aliam medietatem tenet dictus presbiter; equilibet (l. *et quilibet*) pro medietatem, quam tenet, debet annuatim in festo sancti Marci comuni pro censum carti XII; et potest Baiulus accipere dictam peciam terre, quandocumque vult.

Habet comune furnum unum destructum a teremoto, qui est de partione seu diuisione cum furno sancti Marci, ut superius in uno capitulo dictum est. Firmat partim in pecia terre filij Symonis Boni, et partim in mansione Johannis Tyri. Firmat in boreas in domo una comunis Venecie. Firmat in austrum[1]).

In capite ruge sancti Marci habet comune unam voltam, super qua est domus discoperta, quam emit Johannes Tonesto, tunc Baiulus. Firmat in orientem in via publica, que pergit versus sanctum Petrum. In occidentem partim firmat in domo Rolandi Contareni, et partim in domo Johannis Tyri. Versus boreas firmat in via publica, que discurit ante sanctum Marcum. Versus austrum firmat[1]).

Habetur alia pecia terre comunis. Firmat versus orientem in diuisione, que est inter comune Venetie et Regem, versus occidentem. Firmat in domo cum curia domini Manasse Dulce, Vicecomiti nostro. Versus boreas firmat in muro ciuitatis, qui est iusta mare. Versus austrum firmat in domo Nicole, quam emit dominus Jacobus Barocius.

Item habemus unum furnum alium destructum a terremoto. Firmat in orientem in via publica; in occidentem in domo, que fuit Turcopoli, nomine Balmeue; iu boreas in via publica; in austrum firmat in domo[1]).

Habet comune unam domum paruam cum duabus voltis et cum duabus curijs, que devenit comuni a quodam Turcopulo, nomine Balmene, quod cessit *(qui decessit?)* sine herede. Firmat in orientem in furno comuuis, qui est destructus. In occidentem firmat

---

[1]) Quædam deesse videntur.

in via (add. *publica?*); in boreas firmat in alia via publica; in austrum[1]). Habetur de ea, cum potest locari, Biz. unus in anno.

Sciant omnes, quod comune Venecie habet in civitate Tyri vnam peciam terre in loco, qui dicitur *Baragesse*. A tribus lateribus firmat in vijs publicis. In austrum firmat in terra vacua, que est Templi. Est continua cum ista pecia terre alia peciola terre, quam emit Marsilius Georgius Baiulus pro quinque Bisanzijs.

Manifestum sit omnibus, quod dominus Thomas Dulce habet unam stationem in ruga sancti Nicolai, de qua erat communi pro censu annuatim in festo omnium Sanctorum Bis. ii; quam stationem debet eidem .... condam Baiulus. Firmat, et cetera.

Habemus aliam domum, que fuit filij Helel, qui decessit, nullo relicto propinquo. Et hec fuit in tempore Marsilij Georgii Baiuli; et est dicta domus in solario. Firmat in orientem, et cetera.

Habemus unam peciam magnam terre in contrata nostra, que vocatur *Baragese*, ubi trauntur naues quandoque. Firmat in orientem in portu ciuitatis. In occidente firmat in una via, que est inter dictam peciam terre et domus Thomasij Dulce et Andree Galafarij. In boreas in via, que est inter dictam peciam terre et arsena Regis. In austrum in via, que est inter dictam peciam terre et domus Thome Dulce.

Habemus et recipimus in fontico Tyri Bisanz. liiii annuatim ab illis, qui habent regere terre pro Rege. Et ut fertur et dicitur, habemus pro cambio sauonarie et tentorie. Et dicti Bisanzij soluuntur in quatuor terminis; et incipit annus in festo omnium Sanctorum. Et ut etiam fertur et dicitur, dominus Dominicus Acotanto, qui fuit Baiulus, quandocumque ei non soluebatur, ut dictum est, faciebat claudi tentoria, donec sibi integre satisfactum erat.

Est sciendum, quod fuit una domus quasi turris, que erat super viam, qua ithur ad cathenam, que destructa fuit a tere-

[1]) Desideratur aliquid.

moto; que fuit olim Johannis Garabelli, qui decessit, ut credimus, sine herede. Et est in nostro tercierio; et esset bonum et utile, eam rehedificare pro bono comunis suo tempore congruo.

Explecto et dicto, quod habemus infra ciuitatem Tyri, transeamus et dicamus de eo, quod extra ciuitatem Tyri habemus et possidemus.

De possessionibus, cassalibus et molendinis, quas comune Venecie habet et possidet extra ciuitatem Tyri prope ciuitatem.

Inprimis habemus unam maseram, ubi efficitur zucharum in nostro tempore; in qua non fuit factum zucharum, nec laboratum fuit in ea iam transactis xxii annis.

Item habemus magnam peciam terre in uno fondo optimam, ubi plantantur canamelle, de quibus efficitur zucharum, iusta dictam masariam; et dicta pecia terre irrigatur ad canamellas creandas ex aqua fontis...[1]) denique pergit et discurrit iusta dictam masseram; qui fons est noster pro tercia parte, et custoditur et refficitur, cum est necesse, a nobis pro tercia parte nostra per nostras manus. Itaque quando Rex inmittit duos homines, et nos inmittimus unum. Et etiam hoc facimus pro aptando conducto aque; de aqua fontis et conducto nullus habet potestatem auriendi aquam vel irrigandi fondos, nisi Rex et nos: et ipse pro duabus partibus, et nos pro tercia. Latera dicte terre et confines sunt isti: versus orientem firmat ex toto in conducto dicto. Versus occidentem firmat in mare et in lictore maris pro parte, et pro parte in terram, quam habet Rolandus Contareni et Guilielmus Jordanis; quam habent in feudum a comuni Venecie. Versus boreas firmat in terram Regis; et est riuolus seu fossatum inter eum et nos, ita, quod bene noscitur sua a nostra. Versus austrum firmat in terra, que possidetur nunc a Januensibus; et est riuolus inter eos et nos. Dicta est *Caruge*, quem nos appellamus *Masos*, infra viii, et cetera[2]).

[1]) Desideratur aliquid. | [2]) Locus mutilus.

Est consuetudo, quod, quicumque laborat de dicta terra, tam de canamellis, quam de semine, quod exibent nostro Vicecomiti terciam partem integram sine aliquo dispendio comunis de omni fructu. Et palea, que peruenit comuni, est Baiuli ex precepto Ducis.

Ex alia parte conductus habemus peciam unam terre, que laboratur in die una paribus bouum tribus. Firmat versus orientem et boreas et austrum in terra, que est montis Syon. Versus occidentem firmat in dicto conducto. Et dicta terra irrigatur de aqua, que pergit ex conducto.

Habemus etiam peciam terre unam, que vocatur *Bellemet.* Est adeo magna, que pro semine vult modia ragalia *(regalia?)* xxvi. Que firmat versus orientem in terra casalis, nomine *Thalabie,* quod possidetur a domino Sydonie; in quo casale dicitur nos jus habere. Versus occidentem et austrum firmat in riuolo, quod est inter dictam terram et terram Rolandi Contareni, quam habet in feudum a Venetijs. Versus boreas firmat in riuulo, qui est inter dictam terram, et nominatum casale *Thalabie.*

Habemus unum molendinum propinquius ciuitati, qui molit una mola et de uno austo aque, que appellant *Portum de conducto* fontis dicti. Et etiam unum molendinum est super hoc, quod mollit ex dicta aqua, in quo etiam rationem habemus; nam olim fuit comunis Veneeie. Sed propter quoddam delictum, quod fecit, qui habuit in appalto, acceptum fuit a Rege; quod molendinum reddit annuatim pro appalto c Bisanzios. Nostrum, quod possidemus, reddit pro appalto cxl Bisanzios. Ab omnibus lateribus firmat in dicto molendino et in terra Regis, quam nunc possident Januenses.

Est alium molendinum, quod tempore nostro fecimus molere et aptari, quod steterat pro destructo et vacuo fere l annis, quod non mollit. Quod mollendinum appellatur *molendinum de Caneto.* Quod molendinum mollit de aqua dicti fontis et con-

ductus et de austu Porti dicti conductus, quod est prope zardinum Archiepiscopi; et desuper conducto ista (l. *iusta*) Portum est ficus Faraonis, et justa ficus dicto currit rivulus aque de aqua *Jemis;* et cum currit, pergit ad dictum molendinum, et pergit de subtus unum pontem, sicut et aqua dicti Porti, que in unum colligitur, unde mollit. Et habemus pro appalto in isto anno primo proximo, currente anno Domini MCCXLIII, indictione secunda, mense Octubris, Bisanz. I. Et dictum molendinum aptum ad mollendum duabus molis; sed non mollit modo, nisi ad unam mollam. Versus orientem firmat in terra Regis; versus occidentem in riuulo, quod est inter nos et Archiepiscopum Tyrenensem; versus boreas in terra domini de Sydonya; versus austrum in riuulo, quod pergit in mare.

Habemus unam peciam terre, que longo tempore exstitit vacua et destructa iusta XI annos, que in nostro tempore est in vineam posita et plantata, que est plantata vitum . . . . Firmat dicta vinea versus orientem in riuulo, quod discurrit inter nos et Regem et iusta balneum, quod appellatur *balueum Saladini.* Versus occidentem firmat in via publica, que discurrit inter nos et vineam Templi; versus boreas in terris Regis, ubi Rex facit aram. Versus austrum firmat in vinea cuiusdam Suriani, nomine *Josepf.*

Habemus unam peciam terre, ubi olim fuit zardinum, in qua adhuc sunt barchilia destructa, ubi colligebatur aqua pro rigando dicto zardino. Versus orientem firmat in terra, que fuit Homo Dei, scriba Regis. Versus occidentem firmat in via publica; versus boreas in vinea, que est nunc domini Rainaldi, Militis, de Empam[1]); versus austrum in zardino nostre ecclesie sancti Marci.

Casalia, que possident Veneti et comune Venecie extra civitatem Tyri et eius districtum.

Possidemus casale *Batiole* cum suis guastinis et pertinencijs omnibus; de quibus guastinis, que dicto casali pertinent,

[1]) Supra p. 365: Emperas.

una vocatur *Mensara*, que est in montana versus orientem; que uuastina et casale firmat in summitate montane in una pecia terre, que in Arabico nominatur *Galleharge*. Versus ponentem firmat in mari, in quantum dilatatur. Versus boreas firmat in riuulo uno, qui discurit de montanis sub ponte, qui appellatur *pons Tyri*. Versus austrum firmat in monte, sicut aqua discurrit a cacumine montis, quod est dicti casalis; et pergit usque ad salutem frêî[1]).

In dicto casali sunt xx caruge rusticorum, de quibus due sunt libere; et quelibet caruca[2]). . .

Seminantur aunuatim inter granum et ordeum nouem modijs. Et insuper est tanta terra sufficiens, que remanet pro sequenti anno seminanda, quam appellant *Garet;* in qua seminant in parte legumina iusta modium unum pro qualibet caruca. Diuiduntur ita fructus, quod nos habemus quartam partem, et rustici tres partes; et divisione facta habemus pro una quaquam caruca unum modium frumenti ultra diuisionem.

Redditus personales, quos debent rustici, sunt hij, quia de qualibet caruca in tribus festiuitatibus, in Natiuitate Domini, Carnisprivio et Pascate, galinam unam, x ova, mediam rotulam casei recentis et xii Bis. pro una salma lignorum.

Est preposicius casalis, quem nos appellauimus *Gastaldiones*.

Aut in Carnisprivio, aut in Pascate tenentur Baiulo dare unum edum pro quolibet, ad eius voluntatem et dicti prepositi; in alijs sunt liberi.

Et tota palea (que) peruenit in parte comunis; et est consuetudo, quod sit Baiuli cum dictis galinis, ouis, caseo et linguis, prout est voluutatis domini Ducis.

---

[1]) Sic per compendium scripturae.

[2]) Lacuna.

Est aliud casale, quod uocatur *Mahallie*, quod est in montana. Firmat in orientem in casale Regis, quod nominatur *Sahaphie*. Versus occidentem firmat in casale, quod est domini Johanis Dasce, quod nominatur *Zacharie*. Versus boream firmat in casale Regis, quod nominatur *Melequie*. Versus austrum firmat in casale, quod habet in feudum a Venecia Guillielmus Jordanis pro uxore sua.

In dicto casali sunt octo caruce rusticorum, de quibus est media caruca libera; et quelibet caruca seminatur IX modijs inter frumentum et ordeum. Et postquam seminauerunt, habent tanta terra, quam appellant *Garet*, que efficitur *Mazaticha* pro sequenti anno; in qua seminant legumina iusta modium unum pro qualibet caruca.

Diuiduntur fructus ita: nos habemus quartam partem, et rustici tres partes.

Habetur de qualibet caruca in Nativitate Domini una galina, X ova, XII Bisanzij pro lingnis.

In Carnisprivio et Pascate debent predicta et mediam rotulam casei.

Est unum casale, quod appella(n)tur *Hanoe;* de quo casali templum Domini habet duas partes, et terciam comune Venecie. De quo casali iam est longum tempus transactum, quod de eo, quod debebat habere terciam partem, non habeat quasi octauam. Sed nostro tempore fecimus, quod redactum est in comuni pro indivis(i)o. Itaque omne, quod reddit dictum casale, integre habemus terciam nostram partem.

In quo casali sunt XV caruce, de quibus eveniunt nobis quinque. Sed de his media est libera.

In quo casale habemus duos homliges. Unus vocatur *Memur*, et alter *Hagined;* et quilibet eorum habet duos pueros. Firmat in orientem, et cetera. Diuiduntur fructus ita, quod nos habemus terciam partem, et rustici duas partes. Pro tercia nostra parte habemus pro qualibet caruca unam

galinam in Natale Domini, x ova, xii Bisanz. pro lingnis. Pro Carnisprivio et Pascate debent predicta cum media rotula casei.

Est aliud casale, quod appellatur *Theiretenne;* de quo casali Rex habet duas partes, et comune Venecie terciam partem. De quo casali iam est longum tempus transactum, quod de eo, quod debebat habere terciam partem, non habeat quasi octauam. Sed nostro tempore fecimus, quod redactum est in comuni pro indiuis(i)o, ita, quod omne, quod reddit dictum casale, integre habemus nostram partem terciam tam de arboribus, quam de blado.

Sed rustici casalis sui cognoscuntur per se, et nostri cognoscuntur per nos, ita, quod Rex iustificat suos et nos nostros, cum delincunt, ita, quod, si aliquis de rusticis Regis peccat vel delinquit, et punitur in peccunia, ipse habet duas partes, et nos terciam. Idem est, si aliquis de nostris rusticis delinquit, quod Rex habet duas partes, et nos terciam.

In quo casali sunt xxx caruce nunc, de quibus sunt libere tres et dimidia. Et quicquid reddunt, acumulatur; et posstea diuiditur ita, quod terciam integram habemus. Et seminatur quelibet caruca ix modijs. Et de terra, que efficitur *Mazadica* pro alio anno, quod ipsi appellant *Garet*, seminant in *parte huius*[1]) Garetti cum legumina quasi modium pro qualibet caruca. Firmant latera sua in orientem in casali, quod vocatur *Maharone*, quod Guillielmus Jordanus habet in feudo terciam partem a comune Venecie pro uxore sua. In occidentem firmat (in) partim in casali Regis, quod vocatur *Focai;* et partim in casali, quod vocatur *Zobie;* et partim Bartholomei Caym, Militis, quod vocatur *Farachiem*. Versus boreas firmat in casali Bartholomei dicti, quod casale vocatur *Caffar de bael*, et in casali, quod

[1]) parce mus LA.

habet in feudum Rolandus Contarenus a comune Venecie, quod nominatur *Thoglif.* In austrum in casali Regis, quod nominatur *Aiffit.* Sunt in dicto casali xii homliges, exceptis eorum filijs in nostra parte. Hec sunt nomina rusticorum: *Rays Sade. Rays Haindoule. Rays Meged. Meiram. Braym. Seid. Mahomet. Helel. Habd el raginam. Selem. Nor el doule. Baraque.*

Diuiduntur fructus ita, quod nos habemus terciam partem, et rustici duas partes.

Debent rustici pro qualibet caruca in tribus dictis festiuitatibus unam galinam, x ova, xii Bis. pro lingnis. In Carnisprivio et Pascate debent predicta cum media rotula casei.

Habemus unum casale integrum, quod nominatur *Homeire;* in quo casali sunt vi caruce, de quibus media caruca est libera.

Diuiduntur fructus ita, quod nos habemus quartam partem, et rustici tres partes.

Et quelibet caruca seminatur novem modijs frumenti vel ordei, et in *Gareto* pro qualibet caruca iuxta modium unum de legumine. Firmat versus orientem in uno casali, quod nominatur *Dordochie.* Firmat versus occidentem in uno casali, quod appellatur *Soaffi;* quod possidet et habet Rolandus Conttarenus in feudum a comune Venecie. Versus boreas firmat in casali, quod nominatur *Tahirefelse;* et est Regis. Firmat versus austrum in casali, quod fuit Guidonis Scandalionis, et nunc possidet eius filius paruus; quod nominatur *Maron.*

Habemus in dicto casali nostro tres homliges. Nomina rusticorum sunt hec: primus *Raysinegid, Couaha, Habdeluaif,* exceptis eorum filijs. Rustici debent in Natiuitate Domini unam galinam, x oua, xii Bis. pro lingnis. In Carnisprivio predicta cum media rotula casei.

Est consuetudo, quod mutuatur frumentum rusticis, qui manent in casalibus comunis ad hoc, ut melius terra seminetur. Et ipsi, cum accipiunt, quantum sit eis necesse, tribuunt (h)ob

honorem curie pro qualibet caruca unum pullum paruum. Et hoc concessum Baiulo a domino Duce cum alijs seruicijs.

Sciendum est, quod rustici pro angaria exibent pro qualibet caruca in terra comunis una die, sicut rustici Regis consueti sunt facere.

Concessiones in pheudum per dominum Ducem Venecie aliquibus militibus a captione ciuitatis Tyri de aliquibus casalibus et possessionibus.

Concessum fuit Vitali Pantaleo, qui appellabatur *Maluisino*, filius Johanis Pantalei, de confinio sancti Juliani de Venecia, in feudum imprimis unum casale cum omnibus suis pertinencijs, positum in montana, nominatim dictum casale *Dairram.* Firmat uersus orientem in casali Regis, quod nominatur *Zebiquim;* quod fuit de feudo Dame Guide Contarene, in quo rationem habemus. Versus occidentem in terra cuiusdam casalis, quod appellatur *Feconia*, in quo casali ius habere debemus; nam fuit de feudo, quod Dame Guide Contarene tenuit a Venecia, quod nunc possidet dominus de Sydonia, et emit ab uno milite, qui stabat cum comitte Henrico, qui tunc erat dominus terre. Versus boreas in casali, qui *(quod)* nunc possidet comune Venecie, et uocatur *Mahallie:* et fuit de feudo Dame Guide. Firmat uersus austrum in casali, quod possidet Rex, quod nominatur *Hasye:* et fuit de feudo Dame Guide dicte, et habemus ius in eo.

Isti sunt rustici de dicto casali *Hobdelemen* cum tribus suis filijs et fratre uno.

Inter *(est?)* unum casale, quod eidem Vitali Pantaleo fuit concessum in feudum, quod nominatur *Gaifiha*, cum suis pertinencijs, quod est positum in uertice montis. Firmat versus orientem in terra, que tangit cauam, que appellatur *caua Dame Guide Contarene;* in quo ius repetendi babemus, quia habuit in feudum. Firmat uersus occidentem in casali *Batiole.* In puntam firmat uersus boreas in riuulo, qui discurit in mari; et ex alia

parte riuuli est casale, quod Rex tenet, et vocatur *Jhanie* (Jhame?), quod fuit Dame Guide Contarene; et in eo ius habemus. Firmat uersus austrum in una quastina (guastina), que nominatur *Mensore;* et est casalis *Batiole.*

Est aliud casale... eius de feudi, quod vocatur *Maharona*, cum guastinis. Prima guastina nominatur *Beldamon*, alia *Jordei*, alia *Mezarha*, alia *Ursa*, alia *Toreig*, alia *Torneza*, alia *Ras*, alia *Lambra*, alia *Elmunie*, alia *Jalche*, alia *Mezara de zote*, alia *Derdros*, alia *Bisilie* et alia *Remedied* cum omnibus pertinencijs. Et de dicto casali habet terciam partem cum dictis vastinis; et due partes sunt Regis. Firmat in orientem in casali, quod est dominationis terre *Throronis* (sic); in qua diuisionis excurrit riuulus, cum pluit a montanis, et in casali eius dominationis, quod vocatur *Derentare* (?), et aliud liauum *(Liarum).* Firmat versus occidentem in terra casalis, quod vocatur *Terentene;* de quo comune Veneeie habet terciam partem, et duas partes Rex. Firmat versus boreas in casali, quod vocatur *Joie*, quod casale fuit Dame Guide de feudo, quod habuit a comune; et in eo habemus ius. Firmat versus austrum in casali, quod vocatur *Sagnomie*, quod est filij Gualterij Morelli, et in casali, quod vocatur *Caurhamos.*

Isti rustici sunt homolige dicti casalis:

Gadiri, cum tribus suis filijs.

Bram, cum quinque suis filiis.

Saod, cum suo fratre.

Nagime, cum duobus filijs.

Mere, cum suo fratre.

Selem, filius de *Timam*, et pueri de *Salem.*

Bramle Preuost, filius de *Megacel (Megatel?).*

Machimet, filius de *Sahade.*

Casib[cum?], cum filio suo.

Cum *(sunt?)* duo zardina eiusdem feudi continua; firmant versus orientem in zardino, qui est sancti Johannis Hospitalis. Firmat versus occidentem in zardino filij condam Johannis Ber-

nardi, qui habitat in Accon. Firmat versus boreas in mari et in litore maris. Firmat in austrum in via publica.

Est una pecia terre eiusdem feudi, qui appellatur *una fossa*, que seminatur iuxta VI vel VII modijs frumenti. Firmat in orientem in terra comunis Venecie, ubi plantatur canamelle. Versus occidentem firmat in terram, que fuit filij Buzicari. Versus boreas firmat in via publica. Versus austrum firmat in terra, quam possidet ecclesia sancti Cosme Damiani; et credimus, quod in ea habeamus ius.

De feudo eodem est quedam guastina, que vocatur *Belemed*, que est sita desuper conducto. Firmat in orientem in casale *Talabie*. Firmat in occidentem in conducto aque. Versus boreas firmat in terra Pisanorum. Firmat versus austrum in terra Archiepiscopi et ficu Faratinis (l. *Faraonis*) et rivoli; que terra seminatur iusta modijs XXX vel garellis decem.

Istud feudo tenet nunc Guilielmus Jordanis pro uxore sua, que fuit de domo Pantalei.

Est una domus eiusdem feudi cum uno furno, in qua habitat dictus Guilielmus cum uxore sua de dicto feudo. Firmat versus orientem in via publica, que discurrit iuxta Sanctam Crucem, ecclesiam. Versus occidentem firmat in curtiuo Manase Dulce Vicecomittis et in domo Samuelis, qui mortuus est. Firmat versus boreas in via, que vadit ad cimiterium, iusta Sanctam Crucem. Versus austrum firmat in curtiuo Balduini Bonvisini.

Retinet unum casale, quod fuit eiusdem feudi, quod nominatur *Cafardani*, cum uno castro, de quo est tercia pars dicti feudi. Firmat et cetera.

Fuit eiusdem feudi LX Bisanz., qui recipiebantur de la cassaria, de businis, zalamellis et instrumentis alijs; et hoc reperitur in instrumentis factis a comune de dicto feudo.

Habet casale unum integrum, quod vocatur *Soafin*, et sunt in eo XIV caruge. Firmat in orientem in terra *False* partim, quod casale tenet Rex, quod fuit de feudo Dame Guide; et in

eo habemus ius; et partim in casali *Homehite*, quod comune Venecie tenet. Firmat in occidentem in casali, quod est eiusdem feudi, quod tenet dictus Rolandus, quod nominatur *a Mosie (Amosie)*. Firmat in boreas in casali, quod possidet filius Guidonis Scandalionis in feudum a Rege. Firmat in austrum in casali, quod vocatur *Dairchanno*, quod tenet dictus Guidonis in feudum a Rege, quod fuit Dame Guide; et ius in eo habemus. In casali dicto *Sohafin* sunt homolige: *Sob, Rays Sereg, Hasis, Belmesd.*

Est aliud cassale eiusdem feudi integrum, quod vocatur *Hanosie;* et sunt in eo XII caruce. Firmat in oriente in supradicto casali *Sohafim*. Firmat in occidente in casali Archiepiscopi Tyrenensis, quod appellatur *Bedias*. Firmat in austrum in casali, quod vocatur *Dercadenon*. Firmat in boreas in casali, quod vocatur *Lasachye*. In isto casali sunt homolige *Rasa*.

Est aliud casale, quod appellatur *Femom*, eiusdem feudi, de quo habet terciam partem. Sunt in dicta tercia parte X caruge. Firmat in oriente in casali, quod nominatur *Auderquisse*, quod possidet Rex, in quo dicimus habere terciam. Firmat in occidentem in casali, quod est ecclesie Josaphat, et vocatur *Beffele*. Firmat in austrum in casali, quod vocatur *Terre je bene parti*, in quo dicimus debere habere terciam partem. Firmat in boreas in casali, quod tenet dominus *Engaram*. In isto casali sunt homolige *Mahalla, Selmen, Hali, Habs, Bellala, Halil.*

Est aliud casale eiusdem feudi, in quo habet terciam partem, quod nominatur *Tolliffif*. Sunt in dicto casali quatuor caruge. Firmat in oriente in terra unius casalis Hospitalis, quod vocatur *Megedel*, in quo credimus habere ius per terciam partem. Firmat in occidentem in casali, quod vocatur *Terretenne*, quod comune Venecie habet terciam partem. Firmat in boreas in casali, quod vocatur *Cafar Dabael*, quod tenet Bartholomeus de Caym, in quo credimus debere habere terciam partem. Firmat versus austrum in casali, quod vocatur *Joie*,

quod possideretur ab Hugone amirato; in quo eciam deberemus habere terciam partem.

Est una pecia terre eiusdem feudi iusta fontem Dei desuper conductum, qui pergit in ciuitate Tyri. Potest seminari iuxta xxx modijs frumenti. Firmat versus orientem in terra casalis sepulchri partim, quod vocatur *Derina;* et partim in terra comunis, que vocatur *Bellemet.* Firmat in occidentem in conducto dicto et in una pecia terre, quam possidet Archiepiscopus, que fuit de eadem pecia terre feudi, ut dicitur. Firmat versus austrum in casali, quod vocatur *Darrina*, quod est sepulchri. Firmat versus boreas in uno riuulo, qui est inter terram comunis et dictam terram feudi.

Est una pecia terre, que appellatur *Fossa*, que fuit dicti feudi. Firmat in orientem in via, que discurrit in terram comunis; et dicta terra firmat in occidentem in Sabulone. Firmat in boreas in una pecia terre, quam possidet sanctus Cosmes Damianus. Firmat in austrum in terra comunis Venecie. Istam terram vendidit auus dicti Rolandi consensu domini Pantaleonis Barbo; sed Vitalis Galafat tuctor Rolandi dicti emit dicto Rolando tempore domini Stefani Justiniani, tunc Baiuli, pro Bisanz. LXXV.

Habet dictus Rolandus de dicto feudo in ciuitate Tyri unam domum in nostro tercierio ante sanctum Petrum. Firmat versus orientem in ruga, que discurrit ante dictum sanctum Petrum. Firmat versus occidentem in ecclesia Grecorum. Firmat versus austrum in domo, quam possidet dominus de Berito; que domus fuit de feudo Dame Guide. Firmat versus boreas in domo Johannis balneatoris.

Casale Betheron, quod habemus cum omni Archiepiscopo Tyrenensi.

Casale *Betheron*, quod habemus cum Archiepiscopo Tyrenensi, de quo Archiepiscopus detinet nobis de parte nostra

imprimis unam peciam terre, quam prepositus casalis Archiepiscopi possidet; que pecia terre est plantata arboribus olivarum. Fines eius sunt isti. Versus orientem firmat in pecia terre *Nesun.* Rusticus Archiepiscopi de casali *Tai* reddere . . .[1]) Firmat versus borreas in pecia terre *Hebdel Hoheb.* Versus austrum firmat in pecia terre, quam habet *Hegmed*, filius *Melaeb;* que pecia terre potest laborari, et est sufficiens duobus paribus bouum in Saraceno dictam peciam duarum carucarum per unam diem. Arbores oliuarum sunt XL.

Redditus terre cum oliuis annuatim sunt v Bisanz. Et dicta terra nobis est detenta (iam sunt L anni) a tempore Saladini Soldani; que pecia fuit laborata *Hamufac* [leg. *a Mufac*], nostro rustico, tempore sui patris; et habuimus nostram rationem. Item aliam peciam terre, quam dictus prepositus tenet; nomen pecie terre vocatur *Carobleri.* Firmat versus orientem in terra, que modo non laboratur, que fuit cuiusdam rustici, qui vocatus est nomine *Belhala.* Versus occidentem firmat in terra, quam tenent rustici nostri. Versus austrum firmat in terra, quam dictus prepositus Archiepiscopi tenet; versus borreas in terra, quam tenent rustici nostri. In dicta terra sunt circa XXV arbores oliuarum; et est tanta terra, que per unam diem potest laborari a duobus paribus bouum. Redditus terre cum oliuis sunt annuatim circha quatuor Bisanz.; et est nobis detenta dicta pecia tanto tempore, ut supra dicta. Que pecia fuit laborata *a Mufac*, nostro rustico, tempore sui patris. Et habuimus nostram rationem.

Item aliam peciam terre, quam dictus prepositus tenet, que vocatur terra de *Sarde*, versus orientem in masara, ubi efficitur vinum. Versus occidentem firmat in terra, quam tenet rusticus Archiepiscopi, qui vocatur *Hamed.* Versus boreas in terra dicti prepositi. Versus austrum firmat in via publica. In ista pecia

[1]) Locus haud dubie mancus.

terre sunt due arbores fici et quatuor oliuarum. Potest laborari per unam diem per unum par bouum. Redditus terre cum arboribus sunt annuatim domino circha duos Bis.; ct tanto tempore fuit nobis detenta, ut supra de alijs. Que pecia fuit laborata *a Mufac*, nostro rustico, et ab eius patre in eius tempore; et habuimus nostram rationem.

Item aliam pcciam terre, que est posita iuxta fontem cum xl arboribus oliuarum; quam consueuit tenere rusticus Archiepiscopi, nomine *Basalag*. Redditus terrc cum oliuis sunt annuatim domino vi Bis.; potest laborari a duobus paribus bouum per unam diem. Firmat etc. Debent rustici in Natale Domini pro qualibet caruca unam galinam, x ova et xii Bis., pro lignis; in Carnisprivio et Pascate predicta, cum rotula casei.

Item detinct nobis tantam terram in comunali terre casalis, que est diuisa per diversa loca casalis; que tenet semen de nouem modijs frumenti regalis.

Reditus cuius (l. *huius*) in nostra parte circha Bis. xxx, de qua accepta est et detempta [1]) nobis alia per xl annos et per xxx et xx et per x. Et etiam in isto anno presenti nobis accepit.

Item dctinet nobis unam vineam, quam possidet *Bosalag*, rusticus Archiepiscopi. Firmat versus orientem in montana; versus occidentcm firmat in vinea, quam tenet *Raffa*, rusticus Archiepiscopi Tyrenensis. Versus boreas montana. Versus austrum firmat in una vinea, que debet esse nostra, quam dctinet rusticus, qui vocatur *Megel Sachays;* que vinee, antequam plantarentur, erant terra, et nostri rustici laborauerunt, et accepte fuerunt. Et plantatur ab Archiepiscopo in tempore captionis Damiatc. Redditus vinee sunt annuatim domino circha Bis. x pro tertia parte.

Item detinet nobis unam vineam, quam possidet *Naym*, filius *Fetto*, rusticus Archiepiscopi. Firmat versus orientem in

---

[1]) I. e. detenta.

diuisione *Megel Sarchais.* Versus occidentem firmat in vinea rustici Archiepiscopi, qui vocatur *Sade.* Versus boreas firmat in vinea Archiepiscopi, quam tenet rusticus, qui vocatur *Habdelceb.* Versus austrum firmat in terra Archiepiscopi. Redditus annuatim pro tercia parte domino sunt circha quatuor Bis.; que vinea, antequam plantaretur, erat terra vacua; et nostri rustici laborauerunt et seminauerunt, et inde habebamus nostram rationem. Et habet v annis curia Archiepiscopi, et eius rustici acceperunt.

Item detinet nobis unam vineam Archiepiscopus, quam laborat et possidet *Sideomfi*, filius *Boali.* Firmat versus orientem in nostris vineis, quas tenent nostri rustici. In occidentem firmat in nostris vineis, quas tenent nostri rustici. Versus boreas in olиueta Archiepiscopi, quam tenet rusticus, nomine *Naym.* Versus austrum firmat in vinea Archiepiscopi, quam tenet rusticus *Mesied.* Redditus dicte vinee sunt annuatim pro tercia parte vi Bis. Adetempta[1]) est nobis longo tempore.

Item detinet nobis aliam vineam, quam tenet rusticus *Feebet;* quam per vim accepit rustico nostro *Mufac*, qui eam laborauit et plantauit; jam sunt bene xx anni. Firmat versus orientem in una olиueta Archiepiscopi, quam dictus *Tekebet* tenet. Firmat versus occidentem in una vinea Archiepiscopi, quam tenet eius prepositus casalis. Firmat versus boreas in nostris vineis, quas rustici nostri tenent. Firmat versus austrum in una vinea Archiepiscopi, quam tenet rusticus *Zar.* Redditus sunt pro tercia parte Bis. iii.

Item detinet nobis aliam vineam, quam possidet rusticus *Thomanus*, quam noster rusticus *Mufac*, antequam esset vinea, laborauit et seminauit; jam sunt xv anni. Firmat versus orientem in vinea, quam possidet rusticus *Zar*, que scripta est supra, quam nobis tenet. Firmat versus occidentem in nostris vineis,

[1]) Lege At detenta.

quas tenent rustici nostri. Firmat versus boreas in vinea Archiepiscopi, quam *[tenet]* noster rusticus *Maummet;* et tradit Archiepiscopo suam partem. Redditus annuatim pro tercia parte sunt circha duos Bis. et dimidium.

Item detinet nobis duas domos, unam quarum detinet nobis prepositus casalis Archiepiscopi; et aliam tenet eius nepos, nomine *Helem.* Que domus habitate fuerunt per nostros rusticos, nomine *Hoibeid* et *Thacam.* Detempte sunt nobis (iam sunt x anni); que reddebant nobis annuatim pro una quaque tres galinas, tres Biz. regalium, xxx ova et rotulam unam casei.

Item detinet nobis annis . . tres; vnam quarum tenet rusticus Archiepiscopi, nomine *Hoese;* aliam *Raffa;* aliam terciam prepositus dicti casalis.

Id quod habemus et possidemus de prefato casali Betheron.

Habemus tres vineas, que quando bene portant, habemus et recipimus ex his tres salmas vini de camello; que equiparantur esse vi biguncios vini de Venecia.

Habemus in dicto casali iuxta c arbores oliuarum; que, cum portant fructus, in anno reddunt quatuor Bis. vel quinque.

Habemus tantam terram in dicto casali, in qua rustici nostri dicti casalis seminant annuatim xii modijs frumenti.

Habemus etiam de terra *Gariti*, quam *Manzancam* seu *Terram fratam* appellamus, in qua seminatur annuatim tria modia leguminum; de quibus habemus de tota terra de frumento in tercia parte iuxta xx modia, et de leguminibus et alio blado iuxta x modia.

Habemus in dicto casali quinque carucas.

Isti sunt rustici casalis, quos habemus: *Mufac* et eius filius, qui vocatur *Hasem. Mathar*, frater dicti *Mufac;* et habet unum filium, nomine *Josehf*, quinque annorum. *Mahomet Elly*

habet duos filios paruos; vnus quinque annorum et alter quatuor. Maior nominatur *Hismahel,* alter *Chailil.*

Sciendum est, quod in dicto casali *Betheron* Archiepiscopus in duabus suis partibus habet xv carucas. Primam carucam tenet prepositus casalis Archiepiscopi; secundam *Alem*; terciam *Megehed;* quartam *Hali,* filius *Naym;* quintam *Braym;* sextam *Gibrim;* septimam *Zaar;* octauam *Fehd;* nonam *Homeil;* decimam *Meuse;* undecimam *Mesade;* duodecimam *Amie;* terciamdecimam *Hagined;* quartamdecimam *Raffa;* quintamdecimam prepositus dictus, quam habet liberam. Que valet bene tres de alijs, in qua terra dicte caruce seminant iv modijs frumenti et plus; et in terra de *Gareto,* quam frangunt, xx modia leguminum cum ordeo et alio blado.

Et est sciendum, quod Archiepiscopus habet in duabus suis partibus bene duo milia arbores olivarum et quadraginta.

Possessiones, iurisdictiones et redditus, qui et que detinentur malo modo comuni Venecie a Rege Yerosolimitano et ab alijs priuatis hominibus infra civitatem Tyri.

Sciendum est, quod secundum privilegium et conuentionem, habitam inter Regem et comune Venecie, debemus habere terciam partem ciuitatis Tyri libere, ita, ut Rex alias duas partes habet et debet habere. Sed retinetur nobis a Rege, et qui pro eo sunt, partem nostram terciam de quibusdam redditibus, qui recipiuntur infra ciuitatem Tyri; et miramur et nescimus, qualiter et commodo dicti redditus retinentur et sunt amissi.

Imprimis retinentur redditus tercie partis catene, que in hoc anno appaltata fuit ccccLxxx Bis. ad rationem de tota. Et manifestum est, quod Rex Johannis liberauit omnes Surianos ad dationem cathene, qui essent de suis partibus; qui Suriani, si ad nos reuerteretur redditus cathene, a cathena et eius red-

ditus[1]) non essent liberati; quia eo tempore a nobis pro nostra parte non fuit concessa libertas. Et fertur, quod Rex Johannis ideo fecit, ut Suriani, qui habitant in nostro tercierio, dimitterent et irent in suis partibus habitare.

Item retinetur nobis redditus porte versus terram cum uno fontico, qui est in nostra parte positus, in quo uenduntur mercimonia; et est in *[ibi?]* statera. Recipitur in hoc anno ex appalto M. D. cccc Bis.

Item ex alio fontico, quod est in nostro tercierio, cum tubis et zallamellis, vocinis et tanburis et alijs instrumentis ad ludendum. Recipitur de eis hoc anno pro appalto Bis. D.

Item ex macello et tuazo recipitur in hoc anno pro appalto cccc Bis.

Item ex mensuris frumenti et omnis generis grani, vini, olei et mellis recipitur pro appalto cccx Bis.

Item ex vitreo recipitur pro appalto cccL Bis.

Item ex oleo *Sussimani* recipitur pro eius appalto CLx Bis.

Item ex calce cum alijs, que ei pertinent et accedunt, recipitur ex appalto Lxxxx Bis.

Item ex piscaria recipitur pro appalto Bis. Lxx.

Item ex vino ceruese, quod efficitur ex ordeo, quod *Focay*[2]) vocant, recipitur pro appalto Bis. xxII.

Item ex lacte recipitur pro appalto Bis. xx.

Noscant nostri Veneti, quod habemus unam rugam comunem superius et inferius cum Rege in ciuitate Tyri, qua itur ad cathenam, super qua est volta et porta ciuitatis. In parte Regis est fonticum Pissanorum, quod emerunt a Rege; et postquam emerunt, construxerunt ecclesiam super dicta volta et porta ciuitatis, ita, quod in nostra parte est triuia iuxta pedes quinque. Et tanto tempore exstitit constructa, quod in Tyro non repe-

---

[1]) Potius: redditibus.

[2]) Arabum فقاع, potus (spumans), cerevisia.

ritur aliquis, qui memor sit edificationis ecclesie memorate. Et sub porta et volta venditur panis; et recipimus nostro tempore pensionem a nostro Vicecomite.

Domus, que retinentur comuni Venecie infra civitatem Tyri.

Retinet dominus *Vgo amiratus* domum, in qua habitat; et hanc fertur habere ex causa dotis ab uxore sua, que fuit filia *Zunzulini Gazelli:* et nescimus, qualiter dictus *Zunzulinus* habuerit. Nam quibusdam temporibus consueuerunt stare et habitare Baiuli, cum in Tyro permanebant, et ut in domo propria. Et quare eius possessio sit amissa et derelicta, nescimus. Que domus est repetenda, cum iniuste possideat, et requirat, quomodo possideat.

Retinetur nobis una domus in nostro tercierio. Magna aquea[1]) in tempore Marchionis Montisferrati, qui fuit dominus Regni, fabricata et incussa moneta fuit; quam domum dictus Marchio dedit et tradidit *Ansaldo Bonuisini.* Et nunc suus filius *Balduinus Bonuisini* habet et possidet. Et ignoramus causam, quare fuerit ei tradita, et quare possideat.

Est una domus in ruga sancti Nicolay, quam domina Raymunda, tunc vidua, tenet pro suis dotibus. Firmat dicta domus versus orientem in via, que discurrit ad ecclesiam sancte Marie Grecorum. Firmat versus occidentem etc.

Firmat versus austrum in via, que discurrit ante sanctum Nicolaum et dictam domum. Versus boreas firmat etc.

Que domus post mortem dicte domine libere debet reuerti comuni; nec, quando diu *(quamdiu?)* viuit, potest eam alienare vel alio modo alicui relinquere.

---

[1]) Sic LA. An . . . tere, magna, a qua . . .?

De casalibus et possessionibus, quas dedit in feudum dominus Dux et comune Venecie tempore captionis Tyri Rolando Contareno pro tribus militijs, qui fuit vir Dame Guide natione illorum de Ca'[1]) Gradonico.

Inprimis casale, nomine *Latorum*, quod est in *Lacava*.

Casale, nomine *Fetonie*. Casale, nomine *Melequie*. Casale, nomine *Ramadie*. Casale, nomine *Jhannie*. Casale, nomine *Sebequin*. Casale, nomine *Talabie*. Casale, nomine *Amgie*. Casale, nomine *Hameisie*. Casale, nomine *Zaharie*. Casale, nomine *Sahasie*. Casale, nomine *Conoise*.

Ista sunt casalia integra.

Habuit dicta domina Guida Contarena pro tercia parte ista casalia; inprimis terciam partem casalis, nomine *Haiff;*

terciam partem casalis, nomine *Focay;*

terciam partem casalis, nomine *Johie;*

terciam partem casalis, nomine *Terrefelsei.*

Item habuit in civitate Tyri unam domum, quam nunc tenet dominus de Berito. Firmat in orientem in via publica, que discurrit ante sanctum Petrum. Firmat in occidentem versus ecclesiam sancte Marie Grecorum. Firmat versus boreas in domo Rolandi Contareni minoris, qui nunc est (?). Firmat in austrum etc.

Que domus est in nostro tercierio. Et in tempore domini Pantaleonis Barbo abitata fuit per dictum, qui fuit Baiulus eo tempore.

Est sciendum, quod dominus Rolandus Contarenus maior decessit, nullo herede derelicto. Et Baiulus, qui eo tempore erat, voluit dictum feudum intromittere, quia nullus erat sibi heres. Et revertebatur proprium comuni. Sed uxor sua, Dama Guida dicta, noluit restituere. Posuit se in protectione Regis; et sic possidebat domina, quamdiu vixit. Et in morte fecit

[1]) I. e. *causa*, *casato*. Cfr. Mutinelli lessico Veneto p. 73.

Regem suum heredem. Et ea mortua Rex intrauit in omnibus suis bonis et feudo dicto, et eius possessionem aprendit. Et dictus Rex ab eo tempore possedit et possidet.

Casalia, que detinentur comuni Venecie in terciero Tyri, in quibus habebat terciam partem, ut fertur. Que casalia partim Rex possidet, et alia tradidit Militibus et Ecclesie.

Casale *Lasahephie.*
Casale *Laremedie.*
Casale *Homesie.*
Casale *Lahaya.*
Casale *Resconany.*
Casale *Herrin.*
Casale *Sedequie.*
Casale *Canna.*
Casale *Bofoley.*
Casale *Dercanon.*
Casale *Szorcoorum.*
Casale *Derreme.*
Casale *Herdey.*
Casale *Harbehel.*
Casale *Foraquye.*
Casale *Labosorie.*
Casale *Sahonye.*
Casale *Soquollye.*
Casale *Laiarodie.*
Casale *Lahemedie.*
Casale *Lanahemine.*
Casale *Labasorie.*
Casale *Saffoney.*
Casale *Tyr dube.*
Casale *Hyanoz.*
Casale *Hyanoz.*
Casale *Foquel.*
Casale *Queforcabel.*
Casale *Teyrfebne.*

Testatur Vitalis Galafarius, Thomas Dulce et alij, quod Dominicus Acotanto, qui tempore erat Baiulus, ex negligentia amissit possessionem dicti casalis. Vnde, qui pro Rege erant, cum viderent derelictum, apprehenderunt; et nunc possident. Et hoc intelligitur solummodo de casali *Teyrfebne.*

Casale *Guafarduum.*
Casale *Michel Serquey.*
Casale *Beris.*
Casale *Miguidel.*
Casale *Maraque.*
Casale *Anderquifa.*
Casale *Maron.*
Casale *Affalquie.*

Casale *Bafaley.*
Casale *Brochey.*
Casale *Dordohaia.*
Casale *Terfelsay.*
Casale *Haymbo Aldelley.*
Casale *Mahalebfet.*
Casale *Sedim.*

Et testificatur Vitalis Galafarius, qui fecit laborare pro comune Venecie pro tercia parte (et adhuc non sunt XL anni); et idem testatur Thomas Dulce et alii plures. Dimisit illud, quod tenebat, propter occasionem diuisionis, quam volebat fieri cum Rege dominus Pantaleo Barbo, qui Rex noluit facere diuisionem; et hoc fuit tempore Pantaleonis Barbi. Et *[eo]* tempore erat dominus Rengni Comes Henricus de Campagna. Et hoc intelligitur solummodo de casali *Sedim.*

Casale *Sauit Jorge.*
Casale *Ziriaia.*
Casale *Nea.*
Casale *Lacassomya.*

Qualiter sunt amissa dicta casalia, ignoratur. Unde iustum est, ut requirantur et recuperentur, Deo mediante.

Adhuc retinet nobis Rex unum molendinum, quod est desuper illud, quod nunc possedimus. Et possessum est a Rege (jam sunt plures anni). Et fertur: talli occasione fuit aprensa possessio ab illis de Rege. Nam molendinarius, qui acceperat ad hapaltum per quinquennium, commissit homicidium; et ideo, que invenit in manibus homicide, apprendit; et sic postea possedit, et nunc possidet.

CCC.

Marsilii Georgii, Venetorum in Syria Baiuli, memoriale possessionum.

A. d. 1244.

Liber Albus fol. 192—198.

Egit de hac quasi altera parte Relationis Marsilii Georgii Wilkenus l. c. p. 383 sqq.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno eiusdem M. CC. XLIIII, indictione secunda. Accon.

Memoriale possessionum in ruga Firmi, quod fieri fecit Marsilius Georgius eo tempore, quo fuit Baiulus in Syria.

Est una statio iusta domum Pandulfi in capite. Habet in hoc anno pro pensione ex ea xxiv Bis.

Est alia statio iusta eam, de qua habetur Bis. xxv.

Est alia domus in solario, de qua habetur Bis. xx.

Est alia domus parua iusta furnum, de qua habetur Bis. vii.

Est furnus, de quo habetur Bis. cl.

Est domus parua, de qua habetur Bis. x.

Est alia domus in solario, de qua habetur Bis. xlii.

Stationes et habitationes, sub palatio, ubi habitat Baiulus, existentes.

Est tabula una in capite dicti palatij, de qua habetur pro pensione Bis. xiii.

Est una habitatio dicti palatij in capite, in solario medio, de qua habetur Bis. xviii.

Est alia iuxta eam, de qua habetur Bis. xviii.

Est quarta habitatio in eodem ordine, de qua habetur Bis. xvii et dimid.

Est alia tercia iuxta eam, de qua habetur Bis. xviii.

Est quinta habitatio, de qua habetur Bis. xviii.

Est sexta habitatio, que consueuit de ea haberi Bis. xvi; sed nunc vacua est.

Item stationes, sub eadem domo inferius existentes:

Est prima statio in capite dicti palacij, de qua habetur pro pensione Bis. clx.

Est secunda statio, de qua habetur Bis. clxxx.

Est tercia statio, de qua habetur Bis. clxxx.

Est quarta statio, de qua habetur clxxx.

Est quinta statio, de qua habetur Bis. clxxx.

Est sexta statio, de qua habetur Bis. cliii.

Item quatuor stationes, inter dictum palatium et ecclesiam sancti Marci existentes:

Est prima statio, de qua habetur pro pensione Bis. clxxxiv.

Est secunda statio, de qua habetur Bis. cxxi.

Est tercia parua, de qua habetur Bis. c.

Est quarta statio, de qua habetur Bis. cxv.

Est una domus, in qua itur per curiam Baiuli, que non locatur nisi mercatoribus, qui venerunt de Venecia. Que, cum est garauana in Accon, consueuit incantari in mense Bis. xii.

Tabule siue banche, circa logiam existentes:

De prima bancha, que est iuxta portam ecclesie versus domum, ubi habitat Baiulus. Habetur de ea pro pensione Bis. xxv et kar. xviii.

Est secunda parua, de qua habetur Bis. xii.

Est tercia, de qua habetur Bis. xviii.

Est quarta, de qua habetur Bis. xxv.

Est quinta, de qua habetur Bis. xxv.

Est sexta, de qua habetur Bis. xxv.

Est septima, de qua habetur Bis. xxxiv.

Est octaua, de qua habetur Bis. xli.

Stationes, sub magno palatio fontici super viam et campum existentes:

De prima, que est versus logiam, habetur pro pensione Bis. xli.

Est secunda, de qua habetur Bis. lxi.

Est tercia, de qua habetur Bis. l.

Est quarta, de qua habetur Bis. xlv.

Est quinta, de qua habetur Bis. xxxv; et uocatur statio *de la cocorda.*

Est sexta, de qua habetur Bis. l.

Est septima, de qua habetur Bis. xxxiv.

Est octaua „ „ „ „ lx.

Est nona, de qua habetur Bis. lxi.
Est decima „ „ „ „ lv.
Est undecima, de qua consueuit haberi circa Bis. xlv.
Est duodecima, que uacua erat.
Est tercia decima, de qua consueuit haberi circa Bis. xl.
Est quarta decima „ „ „ „ „ „ xl.
Est quinta decima, de qua consuetum est haberi circa Bis. xl.
Est sexta decima „ „ „ „ „ „ „ xl.

Camere, in magno palatio fontici intra et inferius existentes:

Est prima statio iusta logiam. Retinetur a Baiulo pro rebus sibi commendatis et eciam suis.

Est secunda, que est magna. Recipitur de ea, cum est garauana in Accon, pro mense Bis. vii.

Est camera una parua, in qua habitat Johannes, Gastaldio plazarius comunis, que camera est subtus cameram, ubi habitat plebanus; et habet eam pro suo salario et xxxvi Bis. et unum par de vestimentis in Natiuitate Domini.

Est una camera, que habet suum introitum per unam, que pergit in fontico in medio vie; que in anno affictatur Bis. xiv.

Est tercia camera ex alia parte vie fontici, que affictatur pro mense Bis. iii.

Est quarta, que affictatur pro mense Bis. iii.
Est quinta „ „ „ „ „ iii.
Est sexta „ „ „ „ „ iii.
Est septima „ „ „ „ „ iii.
Est octaua „ „ „ „ „ iii.

Est una alia via clausa ex parte interiore fontici, que, quando affictantur, redit pro mense Bis. iii.

Est una parua camera super dictam viam, in qua consueuit stare sacerdos.

Est camera una nona; affictatur pro mense Bis. iii.

Est camera decima, que affictatur pro mense Bis. iii.
Est undecima camera „ „ „ „ „ iii.
Est camera duodecima „ „ „ „ „ iii.

Domus, in palatio magno fontici in solario de medio existentes.

Est domus prima iusta ecclesiam, que consueta est incantari pro carauana pro mense Bis. x.

Est domus secunda, que affictatur pro mense Bis. viii.

Est tercia domus, ubi habitat plebanus, que est super illa, ubi habitat Johannes Gastaldo.

Est quarta domus, ubi est turris, que affictatur pro mense Bis. xiii.

Est quinta domus, que affictatur pro mense Bis. xv.

Est sexta domus, que affictatur pro mense Bis. xiv.

Est domus septima parua super viam, in qua consueuit habitare unus de sacerdotibus.

Est octaua domus, que affictatur pro mense Bis. vi.
Est domus nona „ „ „ „ „ vi.
Est domus decima „ „ „ „ „ vi.
Est domus undecima „ „ „ „ „ vi.

Omnes predicte domus incantantur cum carauana Venecia in Accon tantum vel plus.

In superiori parte palacij dicti in solario sunt iv domus versus sanctum Demetrium.

Est prima iusta terraciam, cum Venecia carauana; affictatur pro mense Bis. v.

Est secunda domus, que affictatur pro mense Bis. v.
Est tercia domus „ „ „ „ „ v.
Est quarta domus „ „ „ „ „ iv.

Omnes iste domus tantum nostro tempore fuerunt affictate, et quinque plus.

In superiori parte dicti palatij sunt sex camere, due magne et IV parue:

Est prima camera, que est iusta ecclesiam et super viam. Cum venit carauana, incantatur pro mense Bis. V.

Est secunda, que est iusta eam super viam, que affictatur pro mense Bis. V.

Alie quatuor, que sunt intus a predictis, et sunt parue. De qualibet habetur pro mense Bis. II.

In capite fontici iuxta sanctum Dimitrium sunt V habitationes:

Est prima habitatio iusta zisternam; et est habitatio inferius et superius. Consueuit affictari in anno Bis. XII.

Est secunda habitatio, que in anno affictatur Bis. VIII.

Est camera una, que, quando venit carauana, efficitur de ea stabulum.

Est tercia, que est in solario super dicto stabulo. Reddit pro anno Bis. XXX.

Est quarta superius. Reddit in anno Bis. XVI.

Est quinta, que est in solario super predicta. Consueuit pro carauana incantari Bis. VIII.

Est una domus in medio fontici in solario cum cameris inferius et superius XI, quam habent domina Pauia. Et pro dicta domo tradit censum annuatim in sancto Marco Bis. VII. Et est iam longum tempus, quod antecessores sui et ipsa habuit a comune Venecie.

Est una domus comunis, que est in medio dicti fontici iusta predictam, que habet in se habitationes:

Est prima domus, que est inferius. Recipitur annuatim Bis. XXII.

Est secunda habitatio, que est iusta scalas magni palacij. Affictatur Bis. VIIII.

Sunt due camere in dicta domo versus curiam, que est iusta ecclesiam, quas comune tenet pro imittendo[1]) lignamina, calcinam et lapides.

In solario medio predicte domus, ubi habitat Buraffus Plazarius pro suo salario et xxxvi Bis. et pario uno vestimentorum in Natiuitate Domini.

Est secunda alia habitatio. De ea recipitur annuatim Bisanz. xxxvi.

Est tercia habitatio, que est super mare, iusta turrim, in solario. Consueuit affictari Bis. xvi.

Est quarta iusta predictam in solario, super curiam fontici. Consueuit affictari Bis. xii.

Est habitatio magna, que est in superiori parte dicte domus. Recipitur annuatim Bis. xxxvi.

Est una habitatio parua in superiori parte dicte domus, in qua itur per scalas magni palacij. Recipitur de ea annuatim Bis. vii.

Habemus unam turrim iusta ecclesiam, super mare. Habitatio superior, cum uenit carauana, affictatur pro mense Bis. xiv.

In medio est camera vna. Pro mense vno affictatur Bis. vii.

Inferius est volta, ubi captiui detruduntur.

Hec sunt domus comunis ex alia parte vie a palatio magno fontici. Firmatur versus occidentem in domibus de helimosina existentes[2]).

De prima statione consueuit haberi pro pensione circha Bis. xx.

Est secunda domus, in qua habetur Bis. xliii.

Est tercia habitatio, de „ „ „ xliii.

Est habitatio super dictis stationibus, de qua habetur Bis. xx.

---

[1]) imitando LA. | [2]) Lege existentibus.

Iste sunt domus, quas comune habet pro indiuiso, pro inmedietate cum Pandulfo. De quibus habuimus in nostro tempore in omnibus potestatem inmittendi pro nostro velle habitantes in eis; et de pensione comuni inter nos; et eum facimus aptari dictas domos. Et de residuo consueuimus exibere partem suam per nostras manus.

De prima statione, que est sub dictis domibus, habetur Bis. LV.

Est secunda, de qua habetur Bis. LV.

Est habitatio super dictis duabus stationibus Bis. XXXVIII.

Hec sunt domus comunis Venecie, que sunt supra capum nostrum.

Est prima statio, de qua habetur Bis. LXX.

Est secunda, de qua habetur Bis. LXX.

Est una habitatio in medio super dictis stationibus, de qua habetur Bis. XX.

Item est alia habitatio in solario, in eadem domo, in medio, de qua habetur Bis. XXII.

Est in eadem domo in superiori parte, de qua habetur et recipitur Bis. XXIV.

Habet comune domum unam cum solario, que vocatur *Machomaria*, de qua consueuit recipi de parte inferiori circa Bis. LX.

De superiori habitatione dicte *Machomarie* consueuit recipi circha Bis. XXXVI.

Habet unam domum comune, in qua est una statio inferius, et due habitationes inferius. Firmat versus borreas in domo Petri Vasanni.

De statione inferiori recipitur Bis. XXX.

De habitatione, que est in medio, recipitur Bis. XVI.

De habitatione superiori recipitur Bis. XXXVI.

Est una domus, que est ex alia parte vie ex opposito logie nostre sancti Marci, que domus est comunis pro indiuiso cum Balduino de la Tregla, videlicet in statione magna, que est inferius, et in duabus habitationibus, que sunt super dicta statione, una super alia, et cum Nicholao de Misina (?), filio condam Leonardi Villani, in statione minori dicte domus; que domus comparata fuit per nos Marsilium Georgium pro MCC Bis.

Ex magna statione eiusdem domus pro nostra parte habetur Bis. XL.

De parua statione eiusdem domus pro nostra medietate habetur Bis. XXX.

De habitatione media prefate domus recipitur pro nostra medietate Bis. XII.

Sunt tres banche inferius continue cum dicta domo.
De prima recipitur pro nostra medietate Bis. VIII.
De secunda „ „ „ „ „ IV.
De tercia habetur „ „ „ „ IV.

Noscant omnes nostri Veneti et in memoriam reducant, quod Rex, et qui pro eis sunt in Regno Jerosolimitano, contra formam nostri priuilegij et pacta accipiunt terciariam ab omnibus nostris Venetis, qui (in) aliquos homines in suis nauibus et vasellis portant per dictum Regnum vel alibi; cum secundum priuilegium[1]) non debeant recipere nisi de peregrinis, qui exeunt de Regno. Nec etiam de peregrinis deberent habere vel recipere, cum contradicant nobis dare trecentos Bisanzios de fontico Tyri, qui in compensationem debent exiberi secundum formam priuilegij[1]). Sed in toto meo tempore nemo Venetus, qui portauerit aliquos peregrinos vel alium cuiuscumque condictionis hominem, aliquam terciariam non exibuit.

Aliam faciunt iniusticiam, quod, si aliquis de Venecia velit ire in Damascum vel in aliquam terram Sarracenorum, et emant

[1]) Cfr. Tom. I. pag. 86.

mercimonia, et ea velint per terram in Accon conducere, neccesse est, quod, si vellit vendere in Accon, ut soluant de quolibet centenario de Bisancijs viiii Bis. kar. vii; et si vellit in Veneciam portare, soluat pro centenario Bis. iv et kar. iv. Et hoc est, nisi, antequam vadat, paciscatur cum illo, qui est super hoc pro Rege.

Item, quod maius est, quod, si aliqua nauis veniret de Venecia et applicaret Tyro vel in aliqua alia ciuitate, et mercatores de mercibus secum portatis vellent de mercibus per terram in Accon deferre, accipiunt pro centenario Bis. viiii et terza.

Item aliam faciunt iniusticiam, quod, si aliquis de mercatoribus de Venecia velit ire per terram Damascum vel in aliqua ciuitate Sarracenorum, si merces aliquas velit secum portare extra Accon, in quantum fuerint extimate, pro quolibet Bisanzio extimato cogit eum soluere caratum unum.

Item, si aliquis Venetus secum portauerit sclauum aliquem in Accon causa vendendi, cogit eum soluere pro quolibet sclauo Bis. unum. Idem faciunt de equo. Et de istis supradictis longo tempore nos molestauerunt et acceperunt nobis ita, quod ferre *(fere?)* non exstat memoria(m). Sed tamen semper est eis contradictum, quod iniuste faciunt et recipiunt. Et quandoque euenit, quod recipiunt et faciunt, et quandoque non.

Debemus in ciuitate Jerusalem et in omnibus alijs ciuitatibus regni Jerosolimitani secundum priuilegium[1]) habere etiam ecclesiam et integram rugam libere et absolute.

Pateat omnibus manifeste, quod Veneti secundum formam priuilegij[1]) debent habere terciam partem ciuitatis Scalone intus et extra libere, secundum quod Rex debet alias duas partes habere. Et fertur, quod in districtu dicte ciuitatis sunt lxxii casalia; et eciam id, quod minus inter dicta habetur, ducente familie reperiuntur, exceptis minoribus casalibus, que sunt circha xx vel plus vel minus.

[1]) Cfr. Tom. I. pag. 90.

Epimetrum.

Marini Sanuti Syriaca.

Jam ad Pactum Warmundi (bujus Collectionis nr. XL, Tom. I, p. 79) nobis in animo erat, geographiam Syriae maritimae, quantum fieri possit, ita illustrare, ut cum plura hujus ipsius Diplomatarii documenta haud indecore distinguantur, tum bistoria medii aevi ejusque studium lucri quid inde ac subsidii recipiat. Quod tunc temporis minus instructi ipsi distulimus, ne in ipso itinere errare magis ac praevaricari videremur, quam ducere rectâque incedere, id jam melius informati tentare liceat, quamvis minime Hercle nobis lenocinemur, autumantes, omnia aut adeo singula absoluta esse atque ultra dubitationis limites producta; praesertim quum agatur de nominibus, multum jactatis et conversis, de civitatibus Syriae, quas jam Guilelmus Tyrius dicit *paene omnes duo vel tria nomina habere* (p. 791). Atque uti in oris Ciliciae [cfr. Privilegium Leonis II, Armeniae Regis T. I, p. 375 sqq.] Marini Sanuti vestigia secuti sumus, neque aliter in Thessalicis (l. c. p. 495 sqq.), ita per Syriae litora eundem antecessorem lubet subsequi. Ceterum in hac Diatribe nobis sufficere visum est, maxime ex scriptoribus ipsius aevi medii conferre, quicquid aut necessarium aut sane aptum videbatur. Idcirco vetusta pariter ac novissima tempora degustavimus potius, quam inquisivimus; attamen qui baec voluerit comparare, ne sic quidem auxilio monituque erit destitutus.

Restat, ut adjiciamus, sicubi videris post nomina locorum appositos numeros paginarum, eos pertinere ad Corpus scriptorum belli sacri, quod edidit Bongarsius sub titulo: „Gesta Dei per Francos"; etenim brevitatis causa noluimus singulos quosque locos et auctores iterum iterumque excerpere.

Marini Sanuti secreta fidelium crucis lib. III, parte XIV, cap. II (p. 244):

Continet totius Syriae maritimam regionem.

Exeuntibus Armeniam minorem occurrit via arta inter montes et mare, et vocatur Passus Portellae[1]*. Inde media dieta per*

---

[1]) *Passus Portellae.*] *Amanidas Pylas* intelligit Ritter (die Erdkunde von Asien), Westasien XVII, T. VIII, p. 2, p. 1837, ut hodierno *Timur Kapu* (ponti Timuris) vel *Demir Kapu* (portae ferreae) respondeat. Sed quaeritur, sintne potius *Pylae Ciliciae Syriacae*, vel Passus ille, qui in Itinerario Meccensi Mehemmedi Edib (Recueit de voyages et de

maritimam pervenitur Alexandretam[1]), *et inde transitur Montagna Nigra*[2]); *et alia media dieta pervenitur ad duo castra Bagaras*[3]) *et Trapasa*[4]) *ad pedem montis.*

---

mémoires publié par la société de geographie, II. p. 103) indicatur, inter *Payas* et *Beylan*, ubi est locus *Sakâl Tutân* [صقال طوتان]: *„Le chemin* — sic ibi Bianchi, itineris interpres — *est difficile et pénible. On trouve sur le sommet de le montagne un autre fort, appelé Merkez* مركز *(le centre)"*. Hoc ut statuamus, efficit spatii Alexandrettam inter ac Passum Portellae interpositi ratio, mediae scilicet dictae. At cavendum, ne hae Pylae cum alteris cognominibus, quae hodie dignoscuntur nomine *„Beylanpass"*, confundantur, uti etiam par est Amanidum, campis Issicis in diversum objectis. Perbene hos saltus montiumque tractus repraesentat Kieperti charta Asiae minoris. Multa congessit etiam Mützellus ad *Curtium Rufum* III, 20. Cfr. Thomas Falconer ad Strabonis l. XIV, p. 964. Fortasse, quae ibidem mere Πύλαι vocantur, ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων, hoc loco indicantur, nomine quasi vulgari et hereditario „der Thorpass". Ne hodie quidem per illas angustias lux certa diffusa est!

[1]) *Alexandretam.*] De hoc oppidulo Ritter egit saepenumero. Cfr. l. l. p. 1791. 1819 sqq. Albertus Schultens in indice geographico ad vitam Saladini, auctore Bohadino, sub hac voce: *„Alexandretta ... Iscanderouna. Scanderouna vulgo ... lexicographus noster haec profert: ... Ahmed Ibn Eltyb auctor est, urbem Scanderonam ad orientem Antiochiae sitam esse in litore maris Syriaci; inter eamque ac Pagras intercedere quatuor parasangas, octo autem inter eam et Antiochiam"*. — Itinerarium Meccense (l. l. p. 104): *„Iskenderoun,* اسكندرون, *(Alexandrette) ... est également située sur le bord de la mer. Cette petite ville se compose d'un château, de quelques maisons, de boutiques et des habitations des Conseils ... Iskenderoun, qui dépend de la Syrie, est le port de la ville d'Alep"*.

[2]) *Montagna Nigra.*] Supra l. III, parte V, cap. IV: *Mons, qui est versus meridiem* (Antiochiae), *vocatur Oruntes, inter quem et flumen civitas est aedificata. Alius mons versus septentrionem vocatur Montagna Neros, id est, aquosa.* L. III, parte VII, cap. I: *Distat autem* (Antiochia) *a mari XII milliaribus, habens portum in faucibus fluminis, qui portus Soldini et* (l. *vel*) *Sancti Symeonis dicitur. Habet quoque a parte septentrionis montem, qui vulgariter Montagna Nigra dicitur: in quo multi sunt heremitae ex omni genere et natione; et plura monasteria monachorum, tam Graecorum quam Latinorum. Est enim totus fontibus et rivulis irrigatus: ideo dicitur mons aquosus: neros enim Graece aqua dicitur, licet rudes pro nigro accipiant.* Jacobus de Vitriaco hist. Jheros. l. I, cap. XXXII: *Distat*

Inde est media dieta in Antiochiam [1]*; et de Antiochia sunt X milliaria usque ad mare et portum vocatum Soldyn vel portus Sancti Simeonis* [2]*. De portu S. Simeonis usque Pulzyn* [3]

---

autem a mari decem vel duodecim milliaribus, habens portum in faucibus Orontis fluminis, qui portus Sancti Symeonis appellatur. Habet autem a septentrionali parte montem quendam, qui vulgariter Montana nigra dicitur, in quo sunt multi eremitae ex omni gente et natione, et plura monasteria tam Graecorum, quam Latinorum monachorum. Et quoniam fontibus et rivis totus est irriguus, Mons Nero, id est, aquosus nuncupatur. Neros enim Graece, aqua Latine. Simplices autem et laici Noire, id est, Nigra exponunt in vulgari sermone. De *Monte Negro* cfr. Viv. St. Martin nouvelles annales des voyages, V. Série, neuvième année. 1853. Juillet-Août. p. 47. 62. Ritter. l. l. p. 1184. 1151. Hodie *Dschebel Musa*. — *Fernus* vel *Orontes* p. 390 apud Fulcherium Carnotensem; apud Abulfedam (cfr. Schultens. l. l. s. v. fluvius Orontes et Ritter. p. 1053) *Ifrynus* (نهر عفرين) est Orontis subsidiarius. Cfr. Ritter. l. l. p. 1616, qui laudat Quatremère, utpote qui adnotet, Orontem per Antiochiam transcurrentem indigenis vocari *Fern* vel *Afrin*. Hodie *El Asi*.

[3] *Bagaras.*] Schultens. l. l.: „*Pagrae*, بغراس, *Bagrasum*". Ritter. l. l. 1155 sq. 1607 sqq. Hodie *Baqras*.

[4] *Trapasa.*] Videtur idem collis esse, quem memorat Strabo ed. Falconer. II, p. 1068: λόφος Τραπίζων. Arcem ibi positam expugnavit Saladinus. Cfr. Schultens. l. l.: „*Derbesaeum*, دربساك, *arx praevalida, Antiochiae vicina*". De situ hodierni *Derbessac* ambigitur, coll. Ritter. p. 1095. Mappa, quae addita est Tomo II. l. l. Recueil des voyages etc., itemque ea, quae ornat opus Parisiense academicum „Recueil des historiens des croisades" ponunt Derbessac Pagris ab oriente, sub Amani montis radicibus.

[1] *Antiochiam.*] Describit latius supra parte V, cap. IV. VII, l. Guilelmus Tyr. p. 686 sqq. Jacobus de Vitriaco l. l. c. XXXII: *Antiochenus principatus habet initium versus occidentem a Tharso, civitate Ciliciae, de qua beatus Paulus apostolus extitit oriundus; finem vero a parte orientali in rivo, qui est inter Valeniam sub castro Margath et Maracleam, urbes maritimas.* Hodie *Antakia* s. *Antakieh*. Cfr. Ritter. l. l. p. 1178 sqq., ubi aevum nostrum late illustratur.

[2] Recurrit saepe hic *portus Simeonis eremitae* (p. 229. 565. 687. 733. 880. 953). Nomen *Soldyn* refert Edrisii *Suaidieh*, Annae Comnenae in Alexiad. λιμὴν Σουδί. Cfr. Ritter l. l. 1153. 1175. 1218. In documento hujus Collectionis nr. XLVI, T. I, p. 102 vocatur *Suidin*. Est veterum *Seleuciae* portus.

milliaria XX. De Pulzyn usque Gloriatam[1]) *XX milliaria. De Gloriata usque Lizam*[2]) *X milliaria. De Liza usque Lenam*[3]) *X milliaria. De Lena usque Valaniam*[4]) *V milliaria. Supra Valaniam ad V milliaria ad unam leucam a mari est castrum munitissimum Margath*[4])*, quod fuit Hospitalis; et in fluvio, qui*

---

[8]) *Pulzyn.*] An veterum Ποσείδιον (Strabo ed. cit. p. 1068), hodie *Buseit (Posidi)*? De hoc v. Ritterum l. l. p. 1109.

[1]) *Gloriata.*] Hanc stationem ex Sanudo addas mappis. Nomen haud ambigue situm delineat. Est enim Romanensibus *Gloriata* vel *Gloriette* quasi ‚specula belli prospectus', quam alii *Belvedere (Biauvoir)* nuncupare consuerunt. Nuperrime explicuit Fr. Diez, etymol. Wörterbuch der Romanischen Sprachen, p. 645. Tabula Sanudi (v. infra p. 414) habet *caput gloriate.*

[2]) *Lizam.*] I. e. Laodiceam. *Liciam* appellat supra parte V, cap. VII. parte VI, cap. III. Jacobus de Vitriaco l. l. c. XLIV: *Inter omnes ultima ex parte Antiochiae civitas, situm habens egregium et bonorum temporalium magnam habens ubertatem, Laodicia Syriae nuncupata; vulgariter autem Liche nominatur.* Hunc locum excerpsit Sanud. III, parte VI, cap. XVIII. (*Lichiam* p. 25. p. 72. 128.). Benjamino Tudelitano p. 26 ed. Asher. est לִינָא הִיא לוֹדְקִיָא; *la Licia* Italis. Cfr. nos supra p. 65. De *Laodicea*, hodierna *Ladikia*, disseruit Ritter. l. l. p. 925 sqq. Nos ipsi T. I, p. 118.

[3]) *Lena.*] Inter *Valaniam* et *Laodiceam* geographi et veteres et recentes ponunt *Paltum (Beldeh)* et *Gabalam (Dschebele)*, coll. Ritter. l. l. p. 886 sqq. 892 sqq. Hoc varie scribitur: *Gibellum* p. 25. 72. 128. 396. 401. 571; *Zibelli* p. 162; *Gybel* p. 268; *Gibellulum* p. 587. — „*Urbem Gabulensem, quam vulgari appellatione Gibellum dicunt, quae a . . . Laodicea XII distat miliaribus*" Guilelmus Tyrius p. 738. Schultens.: l. l. „*Sjibla* جبلة. *Sjbla, Sjabla, Gabla, Gabale, Gabala*". Benjamino Tudelitano est גְּבַל (p. 27. II, p. 62 ed. Cit.). Ergo et *Lena* utcunque resonaverit nominis versatilis formam, pro auditu refictam.

[4]) *Valaniam-Margath.*] Valaniam civitatem, principatus Antiocheni terminum, praeterfluit *Abana*. Cfr. supra c. I: *Abana, qui in civitate Valaniae, sub castro Margath, intrat mare.* Jacobus de Vitriaco l. l.: „*sequuntur aliae maritimae civitates, videlicet Maraclea* (cfr. p. 25. 128. 403. Guillelmus Tyr. p. 738. 1018), *Valania, cum castro Margath*". Idem ibid. c. XXXIII: *tertius principatus . . . est comitatus Tripolitanus, initium habens a praedicto rivo, qui est sub castro Margath; finem vero ad rivum, qui fluit inter Biblium et Berythum, urbes maritimas.* Nolumus omittere Le Quienum in oriente Christiano III, 44 sq. De *Valenia*, apud Edrisium *Balinas*, veterum Βαλάναια, *Balanea (Apollonia)*, hodierno *Banias*, egit Ritter. l. l. 886 sqq. *Valenum*

Valaniam praeterfluit, terminatur Antiochenus principatus et incipit Tripolitanus.

De Margath usque Tortosam[1]) *XX milliaria; et vocata est Anteradum, quasi ante radium sita. Est autem Aradium*[1]) *insula in corde maris sita, et a terra firma per mediam leucam distans; in qua erat civitas, quam aedificavit Aradius, filius Chanaam, in qua beatus Petrus invenit matrem S. Clementis. Ibi beatus Petrus in Antiochiam transiens parvulam aedificavit ecclesiam ad honorem beatae Virginis; et dicitur fuisse prima ecclesia ad honorem eius erecta: propter quod piissima mater Dei multa ibi operatur miracula, ita, ut etiam ab Infidelibus in reverentia habeatur.*

---

legitur p. 401; *Maregard* p. 102. *Margatum* apud Fridericum II (hist. dipl. ed. Bréholles III, 148). Schultens l. l.: „*Markabum*, مرقب, *Mercab. Speculam Hospitaliorum dedi. Id proprie sonat vox, a* رقب ... *lexicographus* ...: *Merkab est arx munitissima, imminens litori maris Syriaci, nec non civitati Banias*". De castellis *Margab (Margath)* et *Maraclea (Marakia)* non confundendis vide Ritter. l. l. p. 881 sqq.

[1]) *Tortosam-Anteradum-Aradium.*] Jacobus de Vitriaco, qui via inversa progreditur l. l. c. XLIV: „*Deinde Arrados civitas in insula iuxta litus maris sita, quam Arradius, filius Chanaan, aedificavit: in qua beatus Petrus apostolus matrem beati Clementis mendicantem invenit et ad fidem conversam filio restituit, sicut in Itinerario Clementis legimus. In quo etiam fit mentio de duabus columnis vitreis, mirabili artificio, in praedicta insula cunctis admirantibus in altum erectis. Inde Anteradensis civitas, sic dicta quasi ante Arradum sita* (inde corrigas Sanudi „ante *radium* sita"); *vulgari autem appellatione hodie dicitur Tortosa. In qua beatus Petrus etc.*; quae excerpsit Sanudo. — *Turrem Enteradi* habet idem Jacobus l. l. XCII. Guilelmus Tyr. p. 737: *Antarados, quae vulgari appellatione Tortosa dicitur ... Est civitas in litore maris sita, iuxta se insulam habens modicam, quasi per duo distantem miliaria; ubi antiqua et per multa secula insignis civitas, Arados nomine, fuit.* Cfr. p. 1018 et si vis p. 25. 128. 164. 303. 403. 528. 791. *Insulam Tortosae* offerunt Excerpta e memoriali historiarum Johannis a Sancto Victore (recueil des historiens XVIII, 640). *Tortouse* Joinvillio (ibid. XX, 280). *Tortosam* occuparunt primi Crucesignati, coll. Sanud. III, parte V, cap. VII. Idem III, parte VI, cap. XVIII: *postea Anteradum vel Tortosa. Sequitur deinde Aradium, Valania cum castro Margath.* Coll. eod. ib. cap. IV. — De *Tortosa (Orthosia*, Arabum *Tartûs)* v. Ritter. l. l. p. 861. Vocis varia corruptio; situs certus.

A latere Anteradii ad dimidiam leucam contra orientem sunt montana quaedam, ubi quidam habitant Saraceni; et dicitur terra Asasinorum[1]*, ubi dominabatur Vetulus de montibus*[1]*, de quibus infra dicetur.*

De Tortosa ad octo leucas est castrum Arachas[2]*, quod Aracheus, filius Chanaam, aedificavit. Ibi terminatur Libanus et Antilibanus.*

De castro Arachas ad dimidiam leucam est oppidum Sin[3]*, quod aedificavit Syneus, filius Chanaam. Quidam castrum vocant Sinochim. Ab hiis, castro et oppido, est planities magna et amoena et fertilis usque ad castrum Crach*[4]*, quae fuit Hospitalis.*

---

[1]) *Terra Assassinorum.*] De *Assassinis* memorabilia tradit Benjamin. Tudelitanus (ed. Asher) I, 59. II, 63. Cfr. Ritter. l. l. p. 603. De iisdem *(li Assacis* s. les *Beduyns)* et Vetulo de Montibus (le Veil [Viel] de la Montaigne) accurate egit *Joinville*, histoire de Saint Louis (recueil des historiens XX. 229. sq. 260). Quaedam de nominibus Ismaëlitarum afferemus infra. — Montes Assassinorum, Turcarum *Dschebel Ismaëli*, attigit Ritter. l. l. 30.

[2]) *Arachas.*] Eam quoque civitatem primi Peregrini intraverunt, coll. Sanud. III, parte V, cap. VII, ubi *Arachis* dicitur *(prope Tripolim ad quinque leucas)*. Idem III, parte VI, cap. XVIII: *Arachis, per unum milliare distans a mari.* Jacob. de Vitr. c. XCII *(Archis)* et c. XCIV: *civitas Archis dicta, quae per miliare unum a mari distat.* Guilelmus Tyr. p. 737: *est Archis una de urbibus provinciae Phoenicis, ad radices Libani, in colle sita munitissimo, quatuor aut quinque a mari distans miliaribus* etc.; *Arche* p. 25. 127.; *Archados* p. 163. 269. 396. 403. 528. 571. De hoc loco vetustissimo (I Mos. 10, 17), Edrisii *'Arka*, egit Ritter. l. l. p. 808 sqq. Terrae motu concidit a. 1202, coll. chron. Roberti Altissiodorensis (in Recueil des historiens de la France, T. XVIII, p. 265): *„In finibus Tripolitanis Archas oppidum, totius regionis inexpugnabile munimentum, cum turribus et muris, domibusque ac viris, ad solum usque diruptum est . . . Antarados civitas, quae et Tortosa dicitur, incolumis et indemnis evasit“.*

[3]) *Sin.*] De hoc oppido, Canaanitarum colonia (I Mosis 10, 15 sqq.), apud ceteros auctores hujus aevi nihil, quod afferamus, invenimus. Repetit veterum traditiones Brocardus monachus in Terrae sanctae descriptione (Novus orbis etc. ed. Simonis Grynaei. Basil. 1532, p. 301). Ceterum cfr. Ritter. l. l. 42. 65.

[4]) *Crach.*] Apud Jacobum de Vitr. c. XCII, p. 1115: *Craccum.* Cfr. Guilelmum Tyr. p. 1017. Haec vox, quae sua natura *arcem* significat, plura castella s. loca munita, saepe, ut videtur, confusa, intendit. Nostro loco est castrum. Arachi ab oriente, *Curdorum castrum.* Cfr. Wilken.

Et durat per decem leucas usque Tortosam; planities multa habet casalia et pulchra nemora olivarum, ficuum et huiusmodi. Habundat etiam fluminibus et pascuis pinguibus supra modum; unde Turchemani et Madianitae et Beduini [1] *ibidem habitant in tabernaculis, cum uxoribus et filiis et animalibus. Planitiem istam circumdant montana ab oriente, non multum lata; quae incipiunt iuxta Arachas et protenduntur usque Baracha* [2]. *Ibi habitant Saraceni, qui dicuntur Vavini* [3], *gens effera et malitiosa ac Christianis infesta.*

De Tortosa ad XX milliaria est Tripolis [4]. *De Tripoli ad V milliaria Nephyn* [5]. *De Nephyn ad V milliaria est Botrum* [6],

---

Kreuzzüge VII, 593. Ritter. l. l. p. 836. Abulfedae *Hösn el Akrâd*; nec veri est dissimile, vocem *Crac* hic esse auditu quasi corruptam ex *Akrâd* [اكراد a singulari Kurd كرد]. — De aliis vide Ritter. s. v. *Kerek*. Apud scriptores belli sacri maxime *Crac*, quod est Arabiae Petræae, i. e. *Mons regalis* (inde in Chronico Alberici, recueil des historiens XXI, 624 „domious *Craci* de *Monte Regali*“), et *Crac*, i. e. *Petra Deserti*, lacui Asphaltiti ad euronotum memorantur. Planities fertilitate aqoarumque copia pariter iosignis; sed ultra montes extensa est ea, quam Guil. Tyrius saepius commemorat (p. 876. 960. 1003. 1029). Vocatur *la Bochea (la Bouchie, Bacart)* seu vallis *Baccar (Bacaris)*, „terra lacte et melle manans“. Ritter. l. l. 226. 228. 256. De hac, fluvio Eleuthero ab uoa parte seclusa, v. eundem l. l. 30.

1) *Madianitae et Beduini.*] Illud nomeo, veteris testamenti renovatum memoria, sigoificat allegorice Saraceoorum acre io Christianos odium; hoc natum credas ex *Baṭinîjjeh* [باطنيّة], qua appellatione Ismaelitae sese jactabant, utpote „homines religiosi, interioris sensus“. Haud sane dissimile sonabat occidentalibus *Badavîjeh* [بدويّة].

2) *Baracha.*] Locus nobis iocogoitus.

3) *Vavini.*] Potest latere Ismaelitarum appellatio *Fidâwijjeh*, i. e. qui se devovent pro religiooe (a sing. فداوى); aut oomen sectae discretae et sui iuris, *Ibâḍijjeh* [اباضيّة]. Hocce propius a veritate.

4) *Tripolis.*] (vulgo *Tripla; Triple, Tyrple, Triples, Trible*, medii aevi Gallis). Sanudo l. m. parte VI, cap. XVIII: *Tripolis, ubi dicebantur esse quatuor mille textores serici et cameloti et similium. Terra illi adiacens per leucam in longitudine et per dimidiam in latitudine erat quasi paradisus, sardinis ornata, abundans vineis, olivetis, ficetis, cannamellis. Libanus distat a civitate ista per tres leucas. Ad eius*

vulgariter dictum **Botron**. *De Botro ad XI milliaria est* **Biblium**[1]), *vulgariter dictum* **Zibelet**, *antiquitus* **Evea**, *quam fundavit Eveus, filius Chanaam.*

---

pedem oritur **Fons hortorum**, *fluens impetu de Libano. Iste fons rigat totam planitiem; et sunt aquae optimae, dulces et frigidae. Circumeunt etiam* **Montem leopardorum**, *qui satis est altus et apparet rotundus, una leuca distans a Tripoli. Faciunt autem fluvium magnum, qui in tres fluvios divisus intrat mare.*

Jacobus de Vitr. l. l. c. XXXIII (p. 1069): *Est autem* **Tripolis** *civitas nobilis et opulenta, supra maris litus in provincia Syriae Phoenicis, idoneam habens positionem et situm commodissimum, fontibus et rivis irrigua, agris frugiferis et fructiferis arboribus et pascuis virentibus uberrima, et montis Libani vicinitate et eidem monti collibus adiacentibus multas habens commoditates. Ad pedes autem Libani montis in partibus illis oritur fons amoenissimus, aquas habens limpidissimas, quae per quosdam subterraneos meatus fluunt impetu de Libano, omnes hortos regionis copiose irrigantes. Hanc dicunt esse* **Fontem hortorum**, *de quo in canticis facit Salomon mentionem. In medio etiam mari iuxta civitatem fontes aquae dulcissimae inter maris undas salsas et amarissimas abundanter ebulliunt. In partibus etiam illis sunt vineae, quae bis in anno vindemiantur.* — Locorum amoenitatem inter novissimos celebrat Carlisle (Diary in Turkish and Greek waters, ed. 4. London 1854) p. 219: *„we walked up to the main town, about a mile and a half off . . . there were perfect thickets of orange and lemon trees in the gardens and suburbs".* — Cfr. Ritter. l. l. p. 598 sqq. Hodie Musulmanis *Tarâbulus.*

[a]) *Nephyn-Botron.*] Eadem supra parte VI, c. XVIII. Castrum *Nephin* laudat Jacobus de Vitr. l. l. c. XCII, p. 1115. Idem c. XLIV (p. 1072): *post hanc* (sc. Biblium) *supra mare sita est civitas, quae dicitur* **Botrum**; *vulgariter autem* **Betiron** *nuncupatur. Deinde castrum, quod* **Nephin** *appellatur; postea civitas* **Tripolis** *nuncupata.* — Brocardo Monacho (l. l. p. 300) est *castrum Neuphrus;* alibi *Nefrino, Nefro.* Cfr. Ritter. l. l. 609. 610. De *Botron* (*Bethelon* p. 26. 73. *Bethoron* p. 129) et *Batrûn* v. Ritter. l. l. p. 584.

[1]) *Biblium.*] Supra parte VI, cap. XVIII: **Boblium**, *quod vulgariter dicitur* **Gybeleth**, *supra litus maris in provincia Phenicis, quondam* **Evea** *appellabatur, quia fundata perhibetur ab Eveo, filio Chanaan* etc. — Jacobus de Vitr. l. l. c. XLIV, p. 1072: **Biblium**, *quae vulgariter hodie* **Gibeleth** *appellatur, in Phoeniciae provincia, supra litus maris constituta: quondam* **Evaea** *dicta, eo quod Evaeus, ut dicitur, sextus filiorum Chanaan, ipsam fundaverit. De hac in Ezechiele* (c. 27) *dicitur: senes Biblii et prudentes eius, o Tyre, praebuerunt nautas ad ministerium variae supellectilis tuae. Et iterum in*

De Biblio ad V milliaria est Beritum[1]*; et inde ad tres leucas versus Botron in flumine, qui Canis vocatur, est locus, qui Passus Canis*[2]) *dicitur. Et est confinium inter patriarchatum Antiochenum et Jerosolymitanum. Et est locus immeabilis per terram, nisi de voluntate Saracenorum: pauci enim prohiberent passum cuicunque multitudini. Inter montem enim praeruptum et mare est via nequaquam latior I torse; longitudo vero eius quasi ad quartam partem I leucae extenditur.*

De Berito ad XX milliaria est Sydon[3]*): vulgariter dicitur Sageta. De Sydone ad duas leucas est Sarepta*[4]*). De Sarepta*

---

libro I. regum 5. sic invenitur: porro Biblii praeparaverunt ligna et lapides ad aedificandum domum Domini. — *Zebari* p. 26. 129., *Zabaris* p. 73., *Gybiloth* p. 271., *Gybeloth* p. 304. Beroardo monacho l. l. p. 300 *Giblec. Gibelet* Radulpho Coggeshal., recueil des historiens XVIII, 60. Benjamino Tudel. p. 28. גִּיבְּל (cfr. II, 68 ed. l.). Schultens l. l.: *Hobeila . . . rescribendum Sjobeila vel Giobeila* جبيل *Id ex lex. geogr. percepi, ubi sic illustratur . . . Giobeil est diminutivum a Giebel, mons; estque oppidum in litoralibus Damasci percelebre, ad orientem Beryti, distantia octo parasangarum. In Geogr. Nub. scribitur Gebail. Rectius Gobait. Est Gibelet in mappis, distinctum a . . . Gabla*". Cfr. supra s. v Lena. Cfr. praeter Gesenium in lex. s. v. גְּבַל Ritter. l. l. 60 sqq.; hodie *Dschibeil.*

[1]) *Beritum.*] Supra parte VI, cap. VI: *Beritum, Geris vocatum antiquitus, quia a Gergeseo fundata, filio Chanaan . . . Est autem civitas haec maritima, inter Sydonem et Byblium sita, in provincia Phenicis, sub Tyro metropoli, arboribus fructiferis fertilis et amoena vineisque ac silvis;* et cetera, quae obtulit Jacobus de Vitr. l. l. c. XXIV, p. 1067, ubi scribitur *Berythum; Baruth* p. 26. 73. 130 vel *Baurim* p. 271. 303. 326. 348.; *Berintum* p. 173.; *Birithia* p. 571. Βηρυτὸς Graecis, Romanorum colonia *Felix Julia.* Cfr. Ritter. l. l. 62 sqq. 432 sq. 499 sq.

[2]) *Passus Canis.*] Cfr. Guilelmum Tyr. p. 779: (Balduinus) *ad fluvium pervenerat, qui cognominatur Canis. Est autem in eodem loco transitus periculosissimus, inter montes excelsos, rupium asperitate et ascensu arduo nimis impervios, et fretosum mare; vix habens latitudinis cubitos duos, longitudinis autem stadia quatuor.* Strabonis Λύκος (ed. cit. II, p. 1073. 1074) et hodie *Nahr el Kelb* (fluvius Canis). Ritter. l. l. p. 510. An in his locis quaerenda *Bucca torta* p. 173?

[3]) *Sidon.*] *Sidonem*, nobilissimam et antiquitate et fama urbem, illustrat Sanudo supra parte VI, cap. VI. Cfr. Jacob. de Vitr. l. l. c. XXVII, p. 1068. *Sagitta* p. 26. 73. 130. 271. 337. *(Sagitta,* quae est *Sidon)* p. 347. 348. 365. 571. *Saiette* Francogallis medii aevi, e. gr. Gilberto

ad duas leucas est fluvius Elenterus[1]): *in Iturea nascitur sub Assor, et versus oriens primo tendens redit versus occidens; et fluit sub castro* Belfort[2]), *quod fuit Militiae templi iuxta* Horma, *usque quo persecutus est Josue XXIV Reges (Jos. XI). Hucusque persecutus est Jonathas Regem Demetrium (I Machab. XII). Tandem inter Sareptam et Tyrum mare intrat.*

De fluvio Elentero ad tres leucas est Tyrus[3]), *ubi Origenes sepultus est; multae sunt in ea Sanctorum reliquiae. Ibi enim coronatorum martyrum multitudo Diocletiani tempore soli Deo nota est.*

De Tyro infra unam leucam est Puteus *ille mirabilis* aquarum viventium[4]), *quasi ad iactum sagittae, iuxta viam ducentem ad loca sequentia; cuius aquae (Cantic. IV) fluunt impetu de Libano: et licet dicatur Puteus singulariter, sunt tamen quatuor eiusdem dispositionis, sed imparis quantitatis. Unus enim in quadro*

---

de Lannoy, coll. Nouvelles annales des voyages par Viv. S. Martin V. Sér., neuvième année 1853. Janvier. p. 50. *Saiete, Sayete*, recueil des hist. XXI, 385. 386. *Sydoine*, recueil des histor. XXI, 170. Benjamino Tudel. (ed. l. p. 29. 61. II, 71) צֵיידָא הִיא צִידוֹן. Hodie *Saïda*. Historiam explicat Ritter. l. l. 380 sqq.

[4]) *Sarepta.*] *Sarepta Sydoniae* p. 571. 742. Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος in evang. Lucae 4, 56. Hodie *Surafend*. Ritter. l. l. p. 364.

[1]) *Elenterus.*] Non cogitandum de fluvio *Eleuthero*, *Nahr el Kebir* (cfr. Ritter. l. l. 819); sed, ambiguum, quo modo — memoria auctoris labante — hoc eodem nomina appellatur *Leontes (Litany)*, Tyro ab aquilone, qui superior dicitur *Nahr el Kasimiyeh*. Ritter. l. l. 69 sq. 121 sqq. Mirum vero, quod persimilia tradit Brocardus monachus l. l. p. 300: „*a Tyro tribus fere leucis aquilonem versus miscetur Eleutherus fluvius mari magno, ab Iturea seu Galilaea gentium prorumpens*".

[2]) *Belfort.*] Cfr. Jacob. de Vitr. l. l. c. XCV, p. 1119. Guilelmum Tyr. p. 1015; in Gallica versione (ed. Paris. II, 1056) *Biaufort; Bellum forte (Kalaat esch Schekif)*. Ritter. l. l. 70 sq. 310 sqq.; coll. XVI, 1, 788—789.

[3]) *Tyrus.*] De *Tyro*, urbe et vetustate originis et crebra fortunae varietate ad memoriam posteritatis insigni (Curtius IV, 20), multus est Sanud. supra parte VI, cap. XI, XII, antecessoribus Jacobo de Vitr. l. l. c. XLIII, p. 1071 et Guilelmo Tyr. p. 835 sqq. (*Tyrum civitatem, quae* Soor *hebraice dicitur*, Fulch. Carnot. p. 422.) Cfr. Ritter. l. l. 46 sq. 320 sq.

[4]) *Puteus aquarum viventium.*] Laudatur etiam a Jacobo de Vitr. l. c. et Guilelmo Tyr. p. 742. 835. Illustrat huius fontis laudes (hodie *Ras el Ain*) Ritter. l. l. 348 sqq.; coll. XVI, p. 809.

positus per latus habet cubitos XL, alii tres circa XXV. Omnes sunt muris et lapidibus fortissimis circumdati et quasi opere indissolubili, elevatis ad astae altitudinem et ultra. Sicque in eis aqua colligitur, quod ad omnem partem defluit ultra muros. Sunt ibi et aquaeductus profundi et lati ad hominis vestigium, quibus aqua ad universam Tyri planitiem deducitur. Distant autem hii fontes a mari parum ultra iactum sagittae; et in parvo hoc spatio impellunt molendinorum rotas sex. Huic fonti recte convenit illud (Eccles. XXIV): *rigabo ortum plantationum, et inebriabo partus mei fructum; et ecce factus est mihi trames abundans, et fluvius meus appropinquavit ad mare.*

De Puteo parum ultra unam leucam est castrum Scandalium[1]). *De Scandalio ad tres leucas, pertransito monte Sarona*[2]), *ad radices eius casale Lamberti*[3]), *iuxta mare, ortis, vineis et aquis abundans. De casali Lamberti ad quatuor leucas est Acon*[4]),

[1]) *Castrum Scandalium.*] Hodie *Alexandroschene*, Edrisio *Iskanderich.* Ritter. l. l. XVI, p. 814 sqq. Sanud. sopra parte VI, esp. VIII (p. 157): (Balduinus I) *ultra Ptolomaydam, ad quinque leucas prope Tyrum, in loco fontibus irriguo ac pascuis habundanti, pratis et hortis, ubi Alexander olim Tyrum obsidens castrum Alexandrium aedificavit supra mare, ipse reaedificavit, Scandalium vocans. Saraceni Alexandrum Escandar nominant: vulgari igitur corruptione, r. mutata in l., reaedificatum castrum Scandalium vocatum est.* — Jacob. de Vitr. l. l. c. XXVIII . . .: *praesidium, quod vulgariter appellatur Scandalion*, coll. c. XLIII. Fulcherius Carnot. p. 427: *Rex aedificavit prope urbem Tyrum, inter quintum scilicet miliarium ab ea, castellum, vocatum Scandalium, et campum Leonis interpretatum.* Guilelmus Tyr. p. 815. 835. 838. 840.

[2]) *Sarona.*] Falso hoc nomine insignitum statuunt novitii montem *Dschebel el Musehakkah.* Conf. Ritter. l. l. XVI, 809. 813. Exit in *Scalam Tyriorum*, promuntorium, quod Crucesignati *Passepoulain* nuncupabant. Wilken. Kreuzzüge VII, 326.

[3]) *Casale Lamberti.*] Hanc stationem solus Sanudus offert. Cfr. infra p. 415.

[4]) *Acon.*] Persimilis idem Sanud. supra parte VI, c. IV, p. 153: *Rex* (Balduinus I) *Ptolomaydam pergit, quae et Acon dicitur, quia a duobus fratribus condita sit, Ptolomeo scilicet et Acon. Dicitur etiam et Abyron antiquitus vocitata. Ibi optimus Syriae portus ab austro est. Erat autem civitas, inter mare et fluvium Belum* (hodie *Nahr Na'man*) *praeterfluentem, commode satis fundata* etc. Jacob. de Vitriaco l. l. *c.* XXIII, p. 1067: *est civitas binomia: vocatur enim Ptolomaida et Accon, eo, quod duo fratres, unus dictus Ptolomaeus, alius Accon,*

quae et **Ptolomayda** *et* **Abiron** *vocata est. Hanc nunquam possederunt filii Israel.*

De Acon ad tres leucas est **Cayphas** [1], *sub pede aquilonari montis* **Carmeli**. *De Caypha ad leucam est via, quae ducit ad*

---

ipsam fundasse et a nominibus suis nomina civitati dicantur imposuisse. Est autem inter mare et montes, **Belo** *flumine praeterfluente, satis commode fundata, hortis et vineis et casalibus circumstantibus et arabiti terra sufficienter abundans, in provincia Phoenicis, sub Tyro metropoli constituta.* — **Ptolemaidem**, *quam nunc vocant* **Aeram** p. 335. „**Ptolomaidam**, *nunc* **Achilon** *dictam, quam quidam errantes* **Accaron** *existimant nominandam. Sed* **Accaron** *urbs est Phitistaea inter* **Azotum** *et* **Jamniam** *sita, prope* **Ascalona**" p. 571. Bene. Contraris p. 605. De hac urbe, bodie quae vocatur prisca formâ *Ekron*, עקרון, v. Ritter. l. l. XVI, 123. Ceterum horum nominum perturbatio pervulgata. Sic in chronico Dynteri l. IV, c. 17 (collection de chroniques Belges inédites a. 1854. ed. de Ram T. II, 49): „**Accharon**, *que tunc* **Ptholomaida** *dicebatur*". — De ista celeberrima urbe, Graecis Ἀκή, postea Πτολεμαΐς (Strabo ed. l. p. 1077: ἡ Πτολεμαΐς, ἣν Ἀκὴν ὠνόμαζον πρότερον), medio aevo *Aco, Accon, Acca* (عكا Bohadini, Abulfedae etc.), *Acre* (*St. Jean d'Acre* ordini S. Johannis), *Tolomaide, Ptolemaida, Ptolemais* Francis aut Latinis, conf. Ritter. l. l. XVI, 725 sqq. Interest, ut praeterea relegemus ad epistolam Joh. Dav. Weberi ad Em. Cicognam in bujus Inscrizioni Veneziane I, 374.

[1]) *Cayphas.*] Sanud. supra parte VI, cap. III: **Caypham** *deinde, quae alio nomine* **Porphyra** *dicitur, in litore maris, sub prima parte montis* **Carmeli**, *quatuor distantem stadiis et nono miliario ab Acon, conformiter acceperunt* (Peregrini). De eadem re Jacob. de Vitriaco l. c. c. XXII: *Caypham etiam, quae alio nomine dicitur Porphyria, in litore maris, sub prima parte Carmeli montis sitam, ab Accon quasi miliaribus quatuor distantem.* (De eremitis in monte Carmelo cfr. eundem c. LI. LII, p. 1074. 1075.) **Porfyria**, *quae alio nomine dicitur Heffa, vulgari vero appellatione* **Caïfas**. Guil. Tyr. XVI, 2, p. 558 ed. Paris. De *Caypha* (Hebraeorum *Hepha* s. *Kepha*) egit Ritter. l. l. XVI, 722 sqq. Quidam Strabonis (ed. c. p. 1078) Συκαμίνων πόλιν hucco referunt, coll. eodem l. l. 589. 613. De regione huius urbis persimilis narrat Benjamin. Tudol. ed. Asher. I, 64: „*On side of this city is situated on the coast, on the other it is overlooked by mount Kharmel. Under the mountain are many jewish sepulchres and near the summit is the cavern of Elijahu, upon whom be peace. Two christians have built a place of worship near the site, which they call St. Elias*" etc. — In diariis b. Seetzeni (cfr. Ulrich Jasper Seetzen's Reisen durch Syrien etc., herausgegeben von Prof. Dr. Fr. Kruse II, p. 95) notatum

castrum Peregrinorum. Super montem Carmeli, quasi ad dimidiam leucam, est spelunca Helyae et mansio Helysei, et fons, ubi habitabant filii prophetarum. In Carmelo etiam postea habitaverunt fratres Carmelitae.

De Caypha ad tres leucas est castrum Peregrinorum[1]) *munitissimum, et erat Templariorum, situm in corde maris. De castro Peregrinorum ad tres leucas est Caesarea Palestinae*[2]);

---

invenimus: *„bei den Landleuten und Beduinen umher ist Háipha auch unter dem Namen Ammára bekannt“.* Idem peregrinator, inter primarios censendus, monet (II, p. 97), speluncam *Eliae (Eliasgrotte)* vocari ab incolis *el Chuddr;* transtulerunt nimirum Arabes ad illum Hebraeorum heroa, leti vi illaesum, suum numen sempiternae juventutis الخضر (*Chidr* s. *Chizr* Persarum).

[1]) *Castrum Peregrinorum.*] Jacobus de Vitriaco c. XCVI, p. 1119: *Syria Phoenicis ... habens initium a praedicto rivo* (Valeniae), *finem vero ad Lapidem incisum, qui dicitur Districtum; hodie vero castrum Peregrinorum nominatur.* Idem p. 1071: *Petra incisa sive Districtum, inter Doram et Capharnaum.* Guil. Tyr. l. l. p. 791: *... in loco, qui dicitur Petra incisa, iuxta antiquam Tyrum, inter Capharnaum et Doram, oppida maritima, qui locus hodie Districtum appellatur.* Ubi versio Gallica (ed. Paris. p. 440): *el leu, qui a non* (i. e. nom) *Pierre Ancise, delez Sur, l'ancienne cité, entre deus chastiaux de la marine, li uns a non Carfanaon, li autres Dore: ce cleime l'en ore le Destroit“.* Cfr. ib. p. 558, XIII, 2. Hoc castellum, cuius nomen hodie perdurat *(Castello Pellegrino)*, illustrat Ritter. l. l. XVI, 612 sqq.; affines sunt ruinae *Athlit.* Relegamur ibidem ad Wilken. l. c. VI, 99. 158, 311. VII, 766, 772. — Vocatur etiam *Castellum filii Dei, Casa angustarum viarum, Détroit.* Cfr. Ritter. l. l. XVI, p. 714. Wilken. IV, 407. Ejusdem nominis castrum prope Tripolim extruxit Raymundus, comes Tolosanus. Cfr. Jacob. de Vitr. l. l. c. XXXIII, p. 1069: *quod castrum Peregrinum seu Peregrinorum usque hodie nominatur, eo, quod a Peregrinis sit constructum.* Guillelmi de Podio Laurentii historia Albigensium (recueil. des histor. XIX, 198): *Raymundus ... obsedit ... Tripolim, aedificans castrum ... quod dicitur Peregrinum.* Hoc castrum pertinet ad *montem Peregrinum*, cujus frequens apud scriptores bellorum sacrorum memoria, coll. p. 337. 343. 420. 591 *(mons Peregrini).* 608. 791. 865. — *Montem Pelegrinum-(Mont Pelerin)*, bodie *Hösn Sandschil* (i. e. castrum comitis St. Gyles) visites apud Ritter. l. l. XVII, p. 603 sq.

[2]) *Caesarea Palaestinae.*] Sanudo supra parte VI, cap. IV: *Caesaream etiam Palaestinae, quae, antequam per Ascalonitam Herodem augeretur in honore Caesaris, Turris Stratonis vocabatur, simili*

compassus ponit XX milliaria. De Caesarea ad duas leucas est munitio Assur vel Dora [1]*; compassus ponit milliaria XV. Fuit autem Templariorum, qui etiam post eius amissionem annuatim solvebant domino Assur XXVIII millia Bizantiorum.*

De Assur ad octo leucas est Jopen [2]*, super mare sita: vulgariter dicitur Zapha. De Jopen ad decem milliaria* (est)

Januensium auxilio mari terraque obsidens subiugavit (Baldeiuus I). Eadem Jaeob. de Vitr. l. l. p. 1067. Olim *Pirgos*, i. e. *turris*, *Sratonis* p. 73, 274. Guilelmus Tyr. p. 742. שיזריא Benjamini Tudelitaeo (ed. Asher II, 82); *Cesayre*, *Cesaire*, *Sezaire* Francis. Ibi Crucesignati primae expeditionis celebrarunt Pentecosten, coll. Sanud. III, parte V, c. VII. Jacob. de Vitr. c. XLII, p. 1071: *post ... quinque urbes Philistiim ... sequuntur maritimae civitates et aliae munitiones: Joppe scilicet, Assur, Caesarea Palaestinae. Est autem alia Caesarea, quae dicitur Philippi sive Dan* (Postea Belinas, recueil des histor. XXI, 580). De *Caesarea* (Στράτωνος πύργος s. παράλιος), Vespasinei aetate *Colonia prima Flavia*, cognomine *Palaestinae* s. *maritima*, ut distinguatur a *Caesarea Philippi (Banias)*, ad Jordanem sita, hodie *Kaisariyeh*, adeas post Le Quieni studia (III, 530 – 533) Ritterum l. l. XVI, p. 554. 598 sqq.

[1]) *Assur* vel *Dora.*] Cfr. Jacob. de Vitr. l. c. p. 1071; id. p. 1067: *Balduinus ... Assur expugnavit, quod alio nomine Antipatrida dicitur, ab Herodis genitore Antipatro sic dictum, inter Joppen et Caesaream situm, in loco silvis condensis amoeno et pascuis herbosis foecundissimo.* Guilelm. Tyr. p. 774: *urbem maritimam, Joppensi conterminam civitati, quae olim dicta est Antipatrida; nunc vero vulgari appellatione dicitur Arsur.* Cfr. p. 783. 788. 789. 862. Ejusdem de *Dora* locos supra allegavimus in *„castro Peregrinorum"*. Hodie *Tortura (Tantûra).* — Vulgariter *Arsid* p. 293; *Arsuth* p. 404. 589. Le *chastel d'Arsur* ie Joinvilli histoire de Saint Louis (recueil des hist. XX, 275). De his locis maritimis, quorem situs haud prorsus patere videtur, cfr. Ritter. l. l. XVI, 589. 590. 598. 607. Sanudus haud dubie, *Assur* et *Dora* pro eno loco statuens, erravit, quod situs affinitas facile excusabit. Noe omitteeda eota Schulteenii l. l.: *„Arsophum* ارسوف *... apud Sanut. est Arzuffum"*. Ubi tandem? Certo distincte sunt oppida *Dor* et *Antipatrida* ie tabula Ordinationis eccles., quam babet in calce Guil. Tyr. p. 1045. — *Dor* et *turris Stratonis* pervertueter p. 571.

[2]) *Jopen.*] Expugnarunt eam Peregrini primae expeditioeis, capta urbe Hierosolymitana, coll. Sanudo supra VI, cap. III. Jacob. de Vitriaco l. l. c. XXII, p. 1067. *Japhe* dicitur supra VI, cap. XI; p. 131: *in portu Japhi, quam antiquo vocabulo Joppe dictam putamus. Jaffe, Yaffé,*

castrum Beroardi[1]). *De castro Beroardi ad decem milliaria est Ascalona*[2]). *De Ascalona ad XV milliaria Gaza*[3]). *De*

Japhes Francis (ut in recueil des historiens XX, 371. XXI, 170). Hunc portum Hierosolymorum nobilissimum (Plinius Hist. Nat. V, 14), veterum Ἰόππη, *Iafa* s. *Iaffa (Iapho)*, inde ab Hebraeorum aevo usque hodie nomine servato, descripsit Ritter. l. l. XVI, 574 sqq.

Postremo Balduini I iter maritimum ex Bernardo Thesaurario (de acquisitione Terrae sanctae) in Muratorii rerum Italicarum scriptt. VII, 735 hicce excerpere lubet: „*Ipse Luciam* (i. e. Liciam) *Syriae veniens, inde per maritimam Gibeleth* (l. Gibellum), *Vataniam, Maracleam, Tortosam, Archis civitates transivit et Tripolim applicuit... Deinde per civitates Barith, Sidonis, Tyri, Achon, Cayphae et Assur iter habens venit Japhet* (i. e. Jopen)."

[1]) *Castrum Beroardi.*] „*Usque ad locum palmarum, quia* (l. qui) *est terminus castetto Beroart, quod duobus miliariis distat a civitate Ascalone*". Sic Albert. Aqu. p. 349, auctoribus Jacobo p. 1070, et Sanud. p. 165: „*inter Ascalonam et Joppen est Azotum, X miliaribus ab Ascalona; quondam una ex quinque civitatibus Philistaeorum, distans non longe a mari; nunc vero ad modici casalis redacta est parvitatem*".— „*Sequitur Acharon, octo distans milibus ab Azoto: prope mare sita est*".

Fulch. Carn. p. 432: *Apud urbem... quae nunc Ibenum vocitatur, in viculum iamdiu redactam: haec est Azotus vel Etdot.* — Uberiora de *Azoto (Asdôd)* exhibet Ritter. l. l. 89 sqq.; de *castro Beroardi* silet.

[2]) *Ascalona.*] Jacobus de Vitr. l. l. c. XXXVII, p. 1070: *distat (Gaza) decem miliaribus ab Ascalona, quae similiter una fuit ex quinque urbibus Philistiim, in litore maris sita.* Cfr. Sanud. supra parte VI, c. XVIII, p. 165. — Contra Ascalonitas Fulco, Rex tertius Jerusalem., aedificavit castrum *Albam Speculam* (Sanud. p. 165) s. *Blanchegarde* Jacobi p. 1071. (*Blanca Guarda* Guil. Tyr. XV, 25. *Castrum album* apud Robert. Altissiod. l. l. 265. *Castelblancum* apud Fridericum II (hist. dipl. ed. Bréholles III, 89.). Idem ex destructa Philistaeorum *Geth* erexit oppidum *Ibelim* (*Abilin* p. 343). Cfr. eosdem ibidem. De his egit Ritter. l. l. XVI, p. 93 sqq. De *Ascalone* ibid. p. 66 sqq. Appellabatur olim *Sponsa Syriae.* Schultens. l. l. s. h. v.

[3]) *Gaza.*] Jacobus de Vitr. l. l. p. 1070: *Gaza civitas antiquissima, a praedicta munitione* (Daro) *quatuor stadiis distans, una quondam ex quinque civitatibus Philistinorum.* Cfr. Sanud. supra, parte VI, c. XVIII, p. 164. 165. Situm historiamque huius urbis (Γάζα Graecis, עזה Hebraeis, غزة Arabibus) explanavit Ritter. l. l. p. 45 sqq. De nomine atque etymologia vocis *Gazae* videsis K. B. Starkium in libro fructuosissimo: *Gaza und die philistäische Küste.* Jena 1852. p. 45 sqq.

Gaza usque Darum[1]) *milliaria XV. Ibi finis Terrae promissionis.*

In fine addimus duarum tabularum Marini Sanuti nomina geographica, eaque formis intactis:

1. Alexandreta. Borbonellum. Caput de ruxagãzir. soldinum. port' vallus. polanum. Caput gliate. Litia. Beona. Valania. Maradea. Margatum. Tortosa. presonia. Tripolis đ syria. Nephyn. Podius 9 stabulis. Boldronũ. Gibeletum. Canum. Barutum. Damorum. Sydon. Caput sti raphaelis. Tyrus. Caput albũ. Acon. Carmelus.. Castrũ pğor. Cesarea. Arcuffum. Jafa. Castrũ beroardi. Ascalona. Gazam. Dromũ. Berto.

---

[1]) *Darum.*] Jacob. de Vitr. l. l. *c.* XXXIX, p. 1070: *Est Darum praesidium seu oppidum in confinio Idumaeae et Palaestinae situm, quinque stadiis distans a mari. Hanc autem munitionem Rex Hierosolymorum Almaricus in aliquantum eminenti loco fundavit, forma rotunda, quatuor turres angulares habentem, ubi quondam fuit monasterium Graecorum; unde adhuc priscum nomen retinet, id est Darum, quod interpretatur domus Graecorum.* Eadem repetit Sanud. parte VI, cap. XVIII. Guillelmus Tyr. p. 986. 987. 1008. 1029. Radulphus Coggeshal. (recueil des historiens XVIII, 65): „*anno MCXCII rex Ricardus... Darum adiit, ultimum castellum christianitatis versus Babyloniam*".— Schultens.l.l.: *Darounum.* الدارون. *Daron... Vera tamen scriptio est* داروم *Daroum ... ita Wilh. Tyr. lib. 20, 20 Darum exarat declaratque domum Graecorum. Nempe conflatum esse videri potest ex* دار *dar, domus, et* روم *Rumaei, Graeci: traditionemque affert Tyrius incolarum, priscis ibi temporibus fuisse Graecorum monasterium ... Meminit eius Lex. Geogr., ubi etiam* الداروم *Daroum pronunciatur . . . Suspicor quoque* داروم *a* דרום, *darom, plaga australis, quae Daromas signate dicta, nomen invenisse, quum eius extremum constituat terminum*". — Idem statuit, uti ex Rittero l. l. XVI, p. 43 cognovimus, Qustremère (in Makrizi hist. des Sultans Mamlouks d'Egypte I, 2, 237); illud enim non *Darum*, sed *Daer arrum* dicendum fuit Orientalibus. Nos rem in medio relinquimus, nec de domo *Darus* (cfr. hujus Collectionis nr. XXXV. Tom. I, p. 76) dijudicamus.

2. *Sydon. Sarepta. tyr'. Scandaliũ. casale lampti. Acon. Cayfas. cãmelus. mãsio helye. castm peg'nor. Cesarea. Arsur. Jopan. ramula. Castm beroardi. Acharon. azocũ. sarona. Ascalona. alba specula. Gaza.*

Denique, ut totus conspectus quasi uno intuitu percipiatur, paraplum Syriae maritimae in tabulae formam reductum subjicimus.

Paraplus Syriae maritimae.

Loca orae apposita.	Loca ab ora plus minus remota.	
Passua Portellae.		Principatus Antiochiae.
Alexandretta.	Montagna Nigra.	
	Bagaras.	
	Trapaza.	
Portus S. Simeonia.	Antiochia.	
Pulzyn.		
Gloriata.		
Liza (Laodicea).		
Lena (Gibellum?).		
Valania.		
Margath.		Comitatus Tripolitanus.
[Maraclea] *.		
Tortosa (Autaradoa).	Terra Aasassinorum.	
	Arachas (Archia).	
	Sin?	
	Crach.	
	Baracha?	
Tripolis.		
[Mons Peregrinus]		
Nephin.		
Botrus.		
Byblus (Gibelet).		
Psssus Cauia.		Regnum Hierosolymitanum.
Berithus.		
Sidon (Sagitta).		
Sarepta.	Belfort.	
Tyrus.		
Puteus aquarum viventium.		

* Unci angulati indicant loca, quae praeter Sanutum ad complementum allegavimus.

Loca orae apposita.	Loca ab ora plus minus remota.	
Castrum Scandalium.		Regnum Hierosolymitanum.
[Scala Tyriorum] Mons Sarona.		
Casale Lamberti.		
Accon (Ptolemais).		
Cayphas.		
Mons Carmelus.		
Castrum Peregrinorum (Districtum).		
Dora.		
Caesarea Palæstinae (Turris Stratonis).		
Arsur (Antipatrida).		
Joppe (Jaffa).	*[Ibelin.]*	
Castrum Beroardi.		
[Azotus.]	*[Alba Specula, Blanche Garde.]*	
Ascalon.		
Gaza.		
Darum.		
[Laris.]		

CCCI.

Pactum Sultani Aegypti et Venetorum.

A. d. 1244, mense Martio.

Liber Pactorum II, pag. 218.

Soldanus, cum quo agitur, est Ejjûbida *Elmelik es Sálih Negmeddin*, filius *Elkâmil* (cfr. supra in Pacto a. 1238); regnavit ab anno 1239—1249. Cfr. Hammer. l. l. p. 665.

In nomine Dei misericordiosi.

Hoc est pactum et fidantia Job, filius Merimechet, filius Bulbecre, filius Job, quod precepit dominus Soldanus Meleche Salamsmidin, Soldanus paganorum omnium.

Nobilis Job, filius Melechelcheme, amicus Califfi — dominus manuteneat suam dominationem — omnibus mercatoribus Venetis, qui ducunt merces per totam terram Aegypti —

Dominus eum manuteneat — ut sint salvi et securi ad fidantiam Dei et sui Missi — qui orat super illum — super suum habere et super suas personas Venetorum, et omnia sua mercimonia, et de omnibus rebus, quas ipsi intromittunt, tam de suo introitu, quam de suo exitu; et nullus audeat ponere in eos manus, et veniet, et sicut consueverunt venire in tempore Soldani et suis diebus Milechelcheme — Deus sibi parcat — cum bono corde et bona voluntate, et habeant bonam fidem in hac fidantia et in ista gratia; et hoc sciant omnes nostri Bajuli et castellani et servi omnes.

Et hoc pactum sit firmum propter signale nostrum, quod est scriptum in hoc pacto. Deus velit.

Hoc pactum scriptum fuit die sexta intrante Soël, hoc est in mense Martii. Anno sexcentesimo quadragesimo primo Sarracenorum — gratias referimus Deo et prophetæ nostro Maumeth et suæ lineæ. Suffiè. *[Sufficiat?]*

In nomine Dei misericordiosi.

Recepimus litteras a domino capitaneo magno Job, filius Maumeth, filius Bubreus, filius Job.

Hoc est signum Soldani, et firmo et provido super alios, et alto domino, leone magno, rectore, à quel ke secura tutta la gente, che se demanda Franchy, da cului ke è cauo[1]), et aiuzuto supra tutti quelli del Batesterio, amico delli Rè, et delli Imperatori, et delli Soldani. Deo lo mantegna in saluamento, et amplificare lo sò onuore, et la soa matoritade[2]), et la sua grandezza.

Intendessimo le vostre littere, et quello, che nui dimandasse, dicendo de lo del juramento si cum daquello, che se ancor cum nui, et si semo certi dello sò amòr, et si sen[3]) de — laudemo de sò alto consilio, et nui laudemo lo sò amòr, et la

---

[1]) I. e. capo. | [2]) Leg. autoritade.

[3]) Locus decurtatus; dictio omnino saepius promiscua.

soa amistade — et veni li vostri missi, et si se azunse cum nui, li nobili cavaleri, dominus Leonardus Gradonico et dominus Johannes Premarinus; et hauemo intese le sue paraule, et hauemo per certo la soa mesazaria, et hauemo rendutoli responsion, la qual uui porè savèr per illi, et lo saluto, che nui ve mandemo salutando, et preghemoue de vostre littere et de vostre novelle, che uui de dibiai mandàr et demandàr quelle cose, che ui plase, et ke ue fai mester; et Deu ue mantegna en l'uostri fatti, et in lo vostro pansàr, Deo lo volga.

Facta decima sexta die intrante, mense Soel[1]), quod est mense Martii, et laudemo lo nome de Deo solo.

CCCII. CCCIII.

Pacta Hungarorum.

1. Pactum domini Belae, Regis Hungarorum, habitum cum domino Jacobo Teupulo, Duce.

A. d. 1244, die 30. m. Junii.

Liber Pactorum I, 338.

Andreas Dandulus l. l. p. 355: „*Dux per legatos suos, Petrum Dandulo et Stephanum Justiniano, cum Bela, Rege Hungariae, Jadrae remisso litigio, perpetuam pacem juramento firmavit, vicissim promittentes, ne unius rebelles, seu qui ejus incommoda procurarent, ab altero favorem vel juvamen recipere debeant*". In margine codicis Ambrosiani haec adnotantur: „*In pacto pacis convenere, ut Veneti Jaderam possideant cum suis pertinentiis, sicuti cives Jadertini antea possederant, nemine contradicente vel contraeunte. Promisit etiam Rex, se nec per se, nec per suos intromittere posthac in ea urbe perpetuo; rebellesque Venetorum Jadertinos se armari prohibiturum, ita ut Venetis nocere non possint. Veneti vero se Regi ejusque amicis favorabiles promiserunt, neque Regis inimicis auxilium aut favorem praestituros, praesertim in maritimis; neque cum illis pacta aut foedus percussuros, praecipue cum domina Beatrice ejusque filio Regis nepote. Denique Jadertini rebelles Venetorum confitentes crimen, illorum*

[1]) Mensis Schewwâl incipit hoc anno die 13. m. Martii.

gratiam meruere, et Stephanus Justinianus Comes est illis datus; urbis muri maritimi diruti et arx est extructa."

Cfr. Pacta conventionis a. 1247, hujus Coll. nr. CCCXI et J. Chr. Engel, Geschichte des ungarischen Reichs I, 361.

Nos Bella, Dei gratia Rex Hungariae, tenore praesentium scire uolumus uniuersos, quod uiris nobilibus et discretis, Stephano Justiniano et Petro Dandulo, nuntiis et procuratoribus dilecti amici nostri, Jacobi Teupuli, illustris Ducis Venetorum, promisimus nomine dicti Ducis et communitatis Venetiarum, iuramento corporaliter praestito, tactis sacris, quod uniuersa et singula capitula infrascripta obseruabimus et attendemus bona fide, sine fraude, absque ullo malo ingenio, et obseruari a nostris inuiolabiliter faciemus.

Videlicet quod dicto Duci et suis successoribus ueram, firmam et perpetuam pacem et amicitiam obseruabimus.

Itemque, quod dictum Ducem et Venetos permittemus tenere ciuitatem Jadrensem cum pertinentiis suis, sicut ciues Jadrenses olim tenuerunt, absque ulla inquietatione uel contrarietate; nec intromittemus nos per nos uel per nostros successores aut per nostros homines de *(in?)* ciuitate Jadrensi cum suis pertinentiis in perpetuum.

Item non permittemus uel consentiemus, immo fidelibus nostris dabimus districtius in mandatis et specialiter Cachetis[1]) et Jadretinis omnibus, qui exierunt ciuitatem Jadrensem, et sunt sub potestate nostra, ut homines Ducis Jadrae commorantes et alios Venetos non praesum(m)ant de caetero molestare, uel aliquam iniuriam seu offensam inferre.

Item, quod memoratos Jadretinos, qui exierunt ciuitatem, et sunt uel esse uolunt sub potestate nostra et in terra nostra, remouebimus a districtu Jadrensi et Nonensi, et collocabimus eos infra quatuor menses remotius a mari; unum *(unde?)* non possint nocere commorantibus Jadrae et aliis Venetis.

[1]) Hi Cacheti iidem esse videntur cum Cacichis pag. 331 hujus voluminis.

Item nullam conuentionem, nullum pactum, nullam confederationem faciemus et nullam societatem cum aliqua uel aliquibus personis contra iam dictum Ducem et suos successores ac etiam contra communitatem Venetiarum; nec aliquod consilium uel auxilium inimicis ipsius Ducis, uel suorum successorum seu communitatis Venetiarum impendemus aut impendi patiemur contra dictum Ducem et communitatem Venetiarum; nec ipsos inimicos aut ipsorum (inimicos aut) homines per terram nostram transire permittemus contra praefatum Ducem et communitatem Venetiarum.

Item cum requisiti fuerimus a praedicto Duce uel ipsius successore, prout decet ab amico, consilium et auxilium impendemus contra suos inimicos et infideles, maxime circa maritima, sicut consueuit amicus amicum iuuare, si facere poterimus cum bono et honore et salute Regni nostri.

Ad maiorem autem firmitatem praedictorum litteras praesentes nostro sigillo fecimus communiri.

Dat. in castris iuxta castrum GALAS. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, secundo Kal. Julii.

2. Pactum domini Jacobi Teupuli, Ducis, habitum cum Rege Hungarorum prædicto.

A. d. 1244, die 6. m. Augusti.

Liber Pactorum I, 339.

Nos Jacobus Teupulus, Dei gratia Dux Venetorum, tenore praesentium scire uolumus uniuersos, quod cum domino Bella, inclito Rege Hungarorum, in pacis et amicitiae faedera, perpetuo inter ipsum et nos et communitatem Venetiarum duratura, conuenimus in hunc modum:

Promittentes iuramento corporaliter praestito, tactis sacris, nomine nostro et communis Venetiarum, quod uniuersa et singula capitula infrascripta obseruabimus et attendemus bona fide,

sine fraude, absque ullo malo ingenio; et obseruari a nostris inuiolabiliter faciemus.

Videlicet quod tam dicto Regi, quam suis haeredibus ueram, firmam et perpetuam pacem et amicitiam obseruabimus.

Item, quod nos et omnes ad nos pertinentes non receptabimus nec retinebimus, nec receptari nec retineri permittemus aliquos inimicos uel infideles dicti domini Regis de Regno suo existentes; nec aliquod consilium uel auxilium eis impendemus uel impendi permittemus, postquam nobis constricte[1]) per litteras domini Regis uel per nuntium suum Episcopalem; et quod significare curabimus per nostras litteras infra duos menses a tempore praestiti iuramenti computandos omnibus Comitibus et Potestatibus, ad Ducatum Venetiarum pertinentibus, a Ragusio usque ipsam ciuitatem Venetiarum constitutis, quod inimicos uel infideles dicti domini Regis de Regno suo existentes non receptabunt, nec retinebunt, nec receptari nec retineri permittent, nec aliquod consilium uel auxilium eis impendent uel impendi permittent.

Item, quum requisiti fuerimus a dicto domino Rege uel ipsius successoribus, prout decet ab amico, consilium et auxilium impendemus ipsi domino Regi contra suos inimicos et infideles, maxime citra *(circa?)* maritima, sicut consueuit amicus amicum iuuare, si facere poterimus cum bono et honore et salute Venetiarum.

Item, quod nullam conuentionem, nullum pactum, nullam societatem, nullam confederationem faciemus nos et communitas Venetiarum, nec fieri permittemus cum aliqua uel aliquibus personis contra dominum Regem et suos successores, et specialiter et nominatim cum domina Beatrice, uxore quondam domini Andreae Regis, et filio ipsius; nec nuntios ipsorum contra dominum Regem aut contra ipsius honorem et suorum suc-

---

[1]) Desideratur verbum „significatum est".

cessorum receptabimus nec receptari patiemur; nec ipsos aut ipsorum nuntios aut homines per omnem districtum Ducatus nostri (aut per homiues) transire permittemus contra dominum Regem uel suos successores; nec aliquod consilium uel auxilium inimicis ipsius Regis uel suorum successorum impendemus aut impendi patiemur contra dominum Regem et suos successores.

Item, quod duas partes Cribitti portae ad Jadram nos et communitas Venetiarum permittemus dominum Regem et suos successores et homines suos ipsius Regis nomine percipere absque inquietatione et contrarietate, sicut ab antiquo antecessores ipsius Regis, et ipse idem tenuit, et percepit.

Ad maiorem autem firmitatem praedictorum litteras praesentes nostro sigillo fecimus communiri.

Dat. Venetiis in nostro Ducali palatio. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, die sexto intrante, mense Augusti, secundae indictionis.

CCCIV.

Benedictus, Eracliensis Archiepiscopus, spondet censum pro terris monasterii s. Georgii majoris, positis in Constantinopoli.

A. d. 1244, die 15. m. Octobris.

Flam. Cornelius Ecclesiae Venetae antiqua monumenta XI decadis parte posteriore, Tom. VIII, pag. 245 et 246. Ex autographo in monasterio s. Georgii majoris.

In nomine Dei eterni. Amen.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mensis Octobris, die quintadecima exeunte, indictione tertia. Constantinopoli.

Nos Benedictus, Dei gratia Eracliensis Archiepiscopus, presentis instrumenti serie promittimus et obligamus nos domino Petro Quirino, Dei gratia venerabili Abbati et conventui s. Georgii majoris de Venetiis, ecclesias eorum, videlicet s. Marci de Embulo (l. *Embolo*) Venetorum in Constantinopoli, et monasterj

Patitapohci (l. *Pantepopti*) et domos earum, tenere in tali statu vel meliori, si potuerimus, quali eas ab ipsis recepimus in presenti; et possessiones earumdem ecclesiarum manutenere et defendere ad opus ipsius monasterii, bona fide; ac ipsi ecclesie s. Marci facere in divinis officiis per Presbyterum et clericum deserviri; et festum s. Marci solemniter annis singulis in eadem ecclesia juxta consuetudinem celebrari.

Censum autem pro ipsis ecclesiis et possessionibus earum, tam in terris, quam in aquis, eidem domino Abbati et conventui vel eorum successoribus annuatim triginta trium yperperorum auri, recti ponderis, Constantinopoli in Septembri vel in Marcio, vel quando naves de Constantinopoli Venecias ire contingerit, non (leg. *nos*) promittimus reddituros eis, censum ipsum suo periculo maris et gentis per aliquem virum idoneum sub multorum testimonio transmittentes.

Hec autem omnia promittimus facere ac servare sine fraude, ad penam nos quinque libr. auri, si contrafecerimus, obligantes.

In cujus rei testimonium presens instrumentum, per manus Presb. Warnerii, publici notarii Venec., confectum, eis concessimus, sigillique nostri munimus (l. *munimine*) roboratum.

Ego Benedictus, Eracliensis Archiepiscopus, mm. ss.

Ego Riquianus Mudazo tt. ss.

Ego Aulererius, ministerialis, tt. ss.

Ego Warnerius Statuario, Presb. et not., complevi et roboravi.

CCCV.

Petrus Pino, Episcopus Castellanus, concedit Joanni Presbytero s. Trinitatis ecclesiam s. Marci de Barnto (Beryto), statuto annuo censu.

A. d. 1245, die 13. m. Februarii.

Flam. Cornelius Ecclesiae Venetae XVI decadis parte posteriore, Tom. XIII, p. 224. Ex archivo Patriarchali.

De Petro Pino v. Ughellium l. l. V, 1265 sqq.

In nomine Dei eterni. Amen.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1245, mensis Februarii, die 13, indictione IV *(III)*.

Nos Petrus, Dei gratia Episcopus Castellanus, concedimus et commendamus tibi, Johanni, Presbytero ecclesie s. Trinitatis de Venetiis, nunc habitanti in partibus ultramarinis, ecclesiam s. Marci de Baruto, ad nos spectantem, a Kalendis Madii proximis usque ad unum annum, ut eam habeas, teneas, officies vel officiari facias decenter et honeste: possessiones, domos sive ortos, ad ipsam ecclesiam pertinentes, incolumes debeas retinere, salvo tamen, quod nomine census seu pensionis ipsius ecclesie unam marcam sterlingorum nobis apud Venetias in festo s. Andree vel ante debeas exibere.

In cujus rei testimonium presens instrumentum nostri sigilli munimine jussimus communiri.

Presentes fuerunt dominus Magister Laurentius, electus Jadrensis.

Magister Theobaldus, canonicus Castellanus, et Stephanus, Plebanus ecclesie s. Sophie.

Actum est hoc in EPISCOPATU CASTELLANO.

Ego Petrus, Dei gratia Episcopus Castellanus, m. m. ss.

L. S. Ego Paulus, clericus s. Marci, canonicus et not., predictis interfui rogatus, et de mandato predicti domini Episcopi Castellani complevi et roboravi.

CCCVI.

Stephanus, Plebanus s. Sophiae, promittit Petro, Episcopo Castellano, pro Joanne, Presbytero s. Trinitatis, de censu ob ecclesiam s. Marci de Baruto.

A. d. 1245, die 17. m. Februarii.

Flam. Cornelius Ecclesiae Venetae Tomo XIII, p. 225. Ex archivo Patriarchali.

In nomine Dei eterni. Amen.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1245, mensis Februarii, die 17. exeunte, indictione IV *(III)*. Rivoalti.

Post concessionis et commendationis cartam factam hoc suprascripto anno et mense, die 13. exeunte, quam vos dominus Petre, Dei gratia Episcope Castellane, fecistis Johanni, Presbytero ecclesie s. Trinitatis de Venetiis, nunc habitanti in partibus ultramarinis, per quam ei concessistis et commendastis ecclesiam s. Marci de Baruto, ad vos spectantem, a Kalendis Madii proximis usque ad unum annum, ut eam habeat, teneat, officiet vel officiari faciat decenter et honeste; possessiones, domos sive ortos, ad ipsam ecclesiam pertinentes, incolumes debeat retinere, salvo tamen, quod nomine census seu pensionis ipsius ecclesie unam marcam sterlingorum vobis apud Venetias vel ad festum s. Andree vel ante debeat exhibere, ut in ea legitur, et cetera:

Promittens promitto ego Stephanus, Plebanus ecclesie s. Sophie, quod, si predictus Presb. Johannes vobis prefatam marcam sterlingorum usque ad predictum terminum non dederit seu non miserit, et que in dicta concessionis et commendationis carta continentur, non observaverit, tunc ego per me vel per meum missum vobis vel vestro misso predictam marcam sterlingorum dare et solvere debeam, et vos et ecclesiam Castellanam de omnibus exinde indempnem reddere, sub pena librarum viginti *denariorum* Venet. parvorum.

† Ego Stephanus, Presb. et plebanus ecclesie s. Sophie, m. m. ss.

† Ego Bartholomeus, Presb. et canonicus Castellanus, tt. ss.

† Ego Thomas, canonicus Castellanus, tt. ss.

L. S. Ego Paulus, clericus s. Marci, canonicus et notarius, complevi et roboravi.

CCCVII.

Item aliud priuilegium securitatis predictorum Venetorum, per Heton, Regem Armenie, et Helisabeth, filiam Leonis condam Regis Armenie, domino Jacobo Teupulo, Duci Venetiarum, collatum.

A. d. 1246, m. Martio.

Liber Albus fol. 229. Libri Pactorum I, 260. II, 7. Excerpsit Marin. IV, 155. Cfr. Nos ad nr. XCIV, Tom. I, 373. Adde Archiv. stor. IX, 365.

In nomine Patris et Filij et Spiritus sancti. Amen.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Heton[1]), Dei gracia Rex Armenie, filius Constantini, nobilis uiri, et ego Helysabeth[2]), filia Leonis, condam Regis Armenie, de potenti genere Rupinorum et Regina, vxor predicti Regis Hetonis, tam pro parte omnium heredum et successorum nostrorum, quam pro nostra, damus nostrum preciosum et firmum priuilegium sapienti et amabili comunitati Venetorum, sicut illustris Dux Venecie, Dalmacie et Chroacie, dominus Jacobus Teupulo, mittens ad nos petiuit per discretum et nobilem uirum, Petrum Dandulo, conciuem suum, ut habeant licenciam et securitatem eundi *(et)* redeundi per totam terram nostram, sicut habebant priuilegium super hoc a predecessore et patre nostro, Rege Leone, quod ostenderunt nobis; et nos confirmauimus ad peticionem eorum predictum priuilegium, et dedimus nostrum omnibus Venetis, qui sunt et qui futuri sunt, quod omnes mercatores et omnes homines Venetici, qui sunt ultra mare et citra, et ueniunt in terram nostram, securi et sine timore sint a nobis et omnibus nostris in omnibus locis, qui sunt uel erunt sub dominio nostro, tam persone eorum, quam res et omnia sua bona, eundo et redeundo, uendendo et emendo, sine datione.

Libertatem habeant in portibus, in ciuitatibus, in pontibus, in exitibus et in omnibus locis, excepto, quod Venetici habitatores semper in cismarinis partibus, si transierint per portellam,

---

[1]) Hetom LP. II.

[2]) Elisabeht LP.

teneantur ibidem soluere per dricturam[1]), sicut loci consuetudo est, et excepto, quod omnes Venetici, qui attullerint aurum et argentum, et Bisanzios siue monetas inde fecerint, teneantur persoluere drecturam, sicut persoluunt hij, qui Bisanzios seu monetas operantur in Acconensibus partibus. Quodsi Bisanzios seu monetas non fuerint operati, nullatenus drecturam persoluere teneantur.

Si autem Venetorum uas frangatur in omni terra nostra uel in mari, quicumque euaserit a mari, siue homo, siue res, siue nauis, erunt securi et sine timore a nobis et ab omnibus subditis nostris. Si uero Venetorum nauis frangatur, et alterius gentis homines sint in ea, illi erunt ad mandatum nostrum. Et si alterius gentis nauis frangatur, et aliquis de Venetis sit in ea, Venetus erit liber et saluus cum omnibus rebus suis. Naues autem cum alijs hominibus nostre suberunt iussioni. Ipsi uero Veneti non recipient aliorum hominum res uel naues in sua custodia, ut eas liberent tanquam suas.

Quodsi aliquis Venetorum uoluerit peregrare per terram nostram in aliam terram, seu Cristianorum seu Sarracenorum, ubi pacem et treugas habeamus, sine contradictione aliqua cum quibuslibet mercimonijs uadat, quando uoluerit, et redeat. Et si aliquod dampnum in ipso itinere Veneto uiatori euenerit, ad restituenda ablata, tamquam nostra propria, operam dabimus et laborem.

Et si in terra nostra moriatur Veneticus, et bonorum suorum ordinationem fecerit, ipsamque in manibus Veneti seu cuiuslibet commiserit, et fuerit mortuus, ordinatio ipsa stabilis sit et firma. Et si sine ordinatione facta subito mortuus fuerit, et aliquis Veneticus mercator interfuerit, res et bona mortui in manibus ipsius astantis Veneti sine contradictione aliqua deueniant. Et si aliquis Venetus non interfuerit, et cum ordinatione seu sine ordinatione facta mortuus fuerit, omnia bona ipsius in

[1]) I. e. persolvere dricturam.

manibus nostris in custodia deueniant, donec habeamus litteras Ducis Venetorum uel Baiuli, qui in Accon de eius mandato preerit, alterius illorum sigillo sigillatas; et secundum tenorem ipsarum litterarum predicti Ducis uel Baiuli mandatum de rebus mortui sine aliqua contradictione adimpleatur.

Si autem duo de Veneticis uel plures contentionem uel discordiam inter se habuerint in terra nostra, nos eisdem Venetis aliquem probum et discretum uirum, per quem contentio derimatur et inter eos reformetur concordia, statuemus.

Quodsi aliqua contentio inter Armenos et Venetos euenerit et interficiatur homo, in regali curia nostra per iudicij sententiam finiatur. Cum uero inter Venetos emergente discordia non fuerit de Veneticis, qui possit concordiam inter eos reformare, per iudicium Sisiensis Archiepiscopi reformetur.

Et si Venetus cum alterius gentis hominibus aliquam contentionem habuerit, in regali curia per iusticie sententiam decidatur.

Concedimus autem et damus in ciuitate Mamistri[1]) ipsis Venetis ecclesiam et domum et locum pro domo et uictualia pro sacerdote et clerico, qui seruient ecclesie, in memoria predecessorum nostrorum.

Vt autem presens priuilegium permaneat inconcussum, propria manu rubeis litteris Armenicis illud signauimus, et regali sigillo auri illud corroborari facimus et muniri.

Factum est hoc priuilegium per manus Gregorii sacerdotis, Cancellarij, anno Domini incarnationis millesimo ducentessimo quadragessimo sexto, mense Marcij[2]).

Ego Gabriel Paulinus, notarius et Ducalis aule Venecie Cancellarius, auctenticum huius sigillo aureo sigillatum exempli uidi et legi; et sicut in auctentico continebatur, ita et in isto

---

[1]) Mamistei LP.

[2]) In „Registre dei Patti Venet." I, p. 167. II, p. 7 *MCCXLV*. At repugnat, quæ sequitur, indictio.

continetur exemplo. Ideoque meo proprio signo ipsum corroboraui, et de mandato domini Jacobi Teupuli, incliti Ducis Venecie, currente anno domini nostri Jhesu Christi millessimo ducentessimo quadragessimo sexto, mense Madij, indictione quarta. In palatio Ducatus Venecie.

CCCVIII.

Stephanus, Pleb. s. Sophiae, promittit Episcopo Castellano pro Joanne, Presbytero s. Trinitatis, censum de ecclesia s. Marci de Baruto.

A. d. 1246, die 16. m. Octobris.

Flam. Cornelius Eccles. Venet. Tomo XIII, p. 226. Ex archivo Patriarchali.

In nomine Dei eterni. Amen.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1246, mensis Octubris, die 16. intrante, indictione V. Rivoalti.

Post concessionis et commendationis cartam factam hoc suprascripto anno, mense Septembris, die 8. intrante, quam vos, domine Petre, Dei gratia Episcope Castellane, fecistis Presbytero Johanni ecclesie s. Trinitatis de Venetiis, nunc habitanti in partibus ultramarinis, per quam ei concessistis et commendastis ecclesiam s. Marci de Baruto, ad vos spectantem, a Kal. Madii nuper venturis usque ad tres annos, ut eam habeat et teneat ac in ea divina celebret et ad suam voluntatem faciat celebrari decenter et honeste; possessiones, domos sive ortos, ad ipsam ecclesiam pertinentes, incolumes debeat retinere, de ipsis ad suam voluntatem disponendo, salvo tantum, quod vobis nomine census seu pensionis ipsius ecclesie unam marcham sterlingorum apud Venetias pro quolibet anno in festo s. Andree vel antea dare debeat, ut in eo legitur, et cetera:

Promittens promitto ego Stephanus, Presbyter et plebanus ecclesie s. Sophie, quod, si predictus Presb. Johannes vobis prefatam marcham sterlingorum, ut dictum est, in quolibet anno non dederit, seu non miserit, et que in dicta concessionis et

commendationis carta continentur, non observaverit, tunc ego per me vel per meum missum vobis vel vestro misso predictam marcam sterlingorum dare et solvere debeam, et vos et ecclesiam Castellanam de omnibus eorum *(exinde?)* indempnem reddere sub pena librarum viginti denariorum Venet. parvorum.

† Ego Stephanus, Presb. et pleb. ecclesie s. Sophie, m. m. ss.

† Ego Donatus, Presb. et pleb., ss.

† Ego Marcus Urso, pleb., ss.

L. S. Ego Leonardus, Presb. s. Felicis et not., complevi et roboravi.

CCCIX.

Innocentii IV litterae ad Octavianum Ubaldinum, qu. Episcopum Bononiensem, Legatum, de exemptione ecclesiarum s. Marci Tyrensis et Acconensis.

A. d. 1247, die 6. m. Maii.

Liber Pactorum I, 336.

Cfr. diploma CCCXII, cui inserta est haec epistola. — De Octaviano v. Ughell. I. l. II, 21. Raynald. l. c. a. 1247, §. 17.

CCCX.

Procuratio legatorum Jadrae de pace cum Venetis facienda.

A. d. 1247, die ultimo m. Julii.

Inserta est haec Potestas diplomati sequenti nr. CCCXI.

CCCXI.

Pacta deditionis Jadræ factæ dominio Venetiarum.

A. d. 1247, die primo m. Augusti.

Bibliotheca sancti Marci codd. Latin. class. XIV, cod. LXXI, nr. 19. (Liber Pactorum archivi Veneti II, p. 53 sq.) Libri Pactorum I, 319. II, 69. IV, 325.

De Jadræ (Zaræ) civitatis rebellione et deditione ita Andreas Dandulus in chronico l. c. p. 353 sqq.: *Jadratini, sub dominio Venetorum honoribus et divitiis elati, nunc vero rebelles effecti, Joannem Michaelem Comitem expellunt, et reliquos Venetos cum*

bonis suis detinent, et denegato sibi a Federico Augusto subsidio, cum Colomano, fratre Belæ quarti Regis Ungariæ componunt, et Regis vexilla erigunt, et ejus auxilio urbem muniunt, et a Duce requisiti resipiscere renuunt; sed Venetos captivatos abire permittunt.... Dux igitur Jadratinos in rebellione pertinaces domitare anhelans, galeas XXVI et naves XX[1]) *cunctis ædificiis ad impugnationem opportunis parari jubet, et Raynerium Zeno capitaneum fecit. Hic cum Joanne Michaele, quondam Comite Jadræ, egressus de mense Maji, Jadram applicuit, et illos, ut ad solitam subjectionem redeant, requirit, et cum renuerent, machinis urbem impugnat; et civibus urbem tuentibus alia navigia Venetorum catenam mirabiliter constructam, portus ingressum prohibentem, viriliter frangunt, et audacius circumquaque bellum innovant. Tandem Dionysius, Hungarorum Bannus, in pugna graviter vulneratus, insultus continuos perhorrescens, extra urbem se fecit deferri. Tunc Veneti scalas apponunt, et Hungari primo, postea cives timore attriti, unus post alium urbem exeunt, et Veneti absque notabili cæde die V. Junii potenter eamdem occupant. Quod cum Duci nuntiatum foret, gaudio repletus Michaelem Mauroceno Comitem fecit, et multis Nobilibus et popularibus Venetis, divisis inter illos civium bonis, Jadram custodiendam tradidit. Joannes autem Michael, qui in recuperatione Jadræ viriliter se gesserat, pro recompensatione Jadræ comitatus Potestas Clugiæ est effectus; postea ætate confectus in Torcello translatus vita cessit... Dux per legatos suos, Petrum Dandulo et Stephanum Justiniano, cum Bela, Rege Hungariæ, Jadræ remisso litigio, perpetuam pacem*[2]) *juramento firmavit, vicissim promittentes, ne unius rebelles, seu qui ejus incommoda procurarent, ab altero favorem vel juvamen recipere deberent. Anno* (Ducis) *XIX. Jadrensium profuga multitudo Nonæ commorantium, ad cor ducti, per suos nuntios Ducis gratiam humiliatis cervicibus misericorditer implorant. Dux, procerum et populi deliberatione sumta, more pii patris benigne illos ad gratiam suscepit, et revocatis Venetis, qui ad Jadræ tutelam missi fuerant, retento sibi dominio, et mero et mixto Imperio, et omni libera potestate, eos in Jadra et omnibus pertinentiis plene restituit, et Stephanum*

[1]) Muratorius: „cod. Ambr. XXV".
[2]) Codicis Ambros. additamentum supra protulimus p. 418.

Justiniano Comitem constituit, et diruptis muris maritimis castrum in Jadra fundavit[1]).

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die primo mensis Augusti, indictione quinta.

In presentia fratris Alberti, Magistri Fratrum minorum de Venetiis, Fratris Venture ejusdem ordinis, domini Alexandri de Resio, judicis Tarvisini, domini Alberti Pupi de Tarvisio, Johannis Bregontii, Mathei de Padua, Gordiani Angeli Franco et aliorum plurium testium ad hoc rogatorum.

Nos quidem Papo de Petrona et Crisogonus de Mauro, nuncii, syndici, procuratores et actores domini Stephani de Picica, judicis et rectoris Jadretinorum, None commorantium et hic presentium et existentium, et ipsorum Jadretinorum, nomine ipsorum et universitatis Jadretinorum et nostro asserimus, quod, cum instigante humani generis inimico et exigentibus peccatis nostris nos predicti Jadretini civitatem Jadretinam rebellaverimus sine causa contra piissimum dominum nostrum, Jacobum Teupulum, Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Ducem, dominum quoque quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, et contra famosissimam et magnificam provinciam Venetiarum, et eorum incurrerimus indignationem hac de causa in tantum, quod a victoriosissimo exercitu eorundem capta civitate Jadretina, jubente Domino, ejecti et expulsi fuerimus de eadem, et confusionem et desolacionem maximam passi fuerimus in terris alienis; tamen, licet inmeriti, confisi de clementia benignitatis predicti domini nostri Ducis suique consilii et comunis Venetiarum, missi fuimus a Jadretinis predictis ad pedes iamdicti domini nostri Ducis ad petendum ejus misericordiam cum gratia et civitatem Jadre cum omnibus pertinentiis suis, et

[1]) Nostra hæc pacta deditionis respiciuntur in capitulari Comitis Jadræ, a. 1278.

pacta, promissiones et obligationes faciendum dictis domino nostro Duci et comuni Veneciarum atque recipiendum eorum nomine et auctoritate et nomine dicte civitatis Jadre et comunis ejusdem et universorum Jadretinorum ubique commorantium, et super omnibus et in omnibus, que duxerimus faciendum tam in rebus, quam in personis hujus facti occasione ad voluntatem et beneplacitum jam dicti domini nostri Ducis eiusque consilii atque nostrum, sicut in publico instrumento dicte procuracionis et sindicarie manu Gabrielis Paulini, notarii et Ducalis aule Veneciarum Cancellarii, confecto plenius continetur, tenor cuius inferius denotatur.

Unde ad pedes predicti domini nostri Ducis pro hiis humiliter accedentes, et gratiam et misericordiam postulantes idem clementissimus dominus noster Dux cum suo consilio, ad Dominum et misericordiam respectum habens, et non ad merita nostra respiciens, nos omnes Jadretinos ad suam gratiam revocavit atque recepit, ac nobis et aliis Jadretinis universis jam dictis dictam dedit civitatem cum pertinentiis suis, cum pactis et condicionibus inter nos tractatis, ordinatis et concordatis et a nobis promissis nomine, vice atque mandato et auctoritate predictorum omnium Jadretinorum perpetuo observandis, que talia sunt:

Volunt Jadretini semper Archiepiscopum eligere de Veneciis et habere, a Gradu videlicet usque Caput Aggeris; ejusque electionem presentabunt domino Patriarche Gradensi, confirmationem ipsius electionis postulantes. Et confirmatione facta veniet electus ad sedem Patriarchalem, et consecrationem de manu sua recipiet, facietque ei fidelitatem, reverenciam et obedienciam ei exhibere promittens et omnes honorificentias alias, quas dominus Lampredius Archiepiscopus[1]) exhibuit domino

[1]) Hic anno 1154 primus sedis Jadrensis Archiepiscopus constitutus fuit, coll. Ughello l. c. V, 1421. Documenta submissionis sub Henr. Dandulum, Patriarcham Grad., idem protulit ib. 1123—1126.

Patriarche Heurico Dandulo, et obsequia debita, jurabitque fidelitatem domino Duci et successoribus suis. Et sic facient omnes Archiepiscopi, qui imperpetuum erunt, Ducibus et Patriarchis, qui per tempora crunt. Archiepiscopus autem ad nostri Patriarche honorem accipiet consuetum; et jus de Dalmatinis Episcopis ei non minuatur.

Habebit Archiepiscopus omnes introitus et omnes honorificentias, quas habere consueverant Arcbiepiscopi, qui fuerunt ante, et a comuni Jadere insuper omni anno in Kalendis mensis Marcii unum miliarium et dimidium cunicularum bonarum. Qni autem electus fuerit, si forte electionem in se factam recusaret, eligere de Venecciis non cessabunt, usque dum inventus fuerit, qui electionem in se factam recipiat. Clerus autem bis in anno, videlicet in Nativitate Domini et in Pascha resurrectionis, laudes cantabunt in maiori ecclesia sollempniter domino Duci et domino Patriarche atque Archiepiscopo suo et Comiti omni anno; propter quod benedictionem recipient consuetam.

Habebunt namque Jadretini semper Comitem de Veneciis, quem dominus Dux Veneciarum cum suo consilio eligendum duxerit et constituendum in eadem civitate, perpetuo vel ad terminum, ad voluntatem domini Ducis Veneciarum suique consilii; qui Comes, qui crit pro tempore, habebit in regimine suo et pro regimine suo liberum arbitrium in omnibus factis et negociis illius terre et ad justiciam faciendam, sine tamen prejudicio [1]), in rebus et personis, et ad omnia, que spectabunt ad salvationem illius terre pro honore Veneciarum, salvis pactis in presenti pagina comprehensis, et salvo, quod terra officiales habeat, sicut consuevit, ad comunes raciones faciendas, sine tamen prejudicio liberi arbitrii regiminis dicti Comitis et pactorum istorum.

Etiam habebit dictus Comes duos consiliarios de Veneciis, si domino Duci et suo consilio placuerit; et pro salario dicti regiminis dabunt Jadretini omni anno libr. droř. Venecie duo milia.

[1]) Haec tria verba punctis, ut incongrua, notata sunt. Recte.

Et habere debeant Jadretini in comuni suo redditus sui comitatus, salvo, quod dictus Comes habere debeat omnes honorificentias, quas alii Comites solebant habere.

Habebit etiam dictus Comes pro sua habitacione et utilitate domum cum omnibus pertinentiis suis, que fuit quondam Damiani Varitassi de Jadra, in qua nunc habitat nobilis vir Angelus Maurocenus, Comes Jadre, de mandato dicti domini nostri Ducis; de valimento cuius domus Jadretini satisfacient Damiano predicto ad voluntatem domini Ducis. Jurabit enim dictus Comes fidelitatem domino Duci Veneciarum et successoribus suis imperpetuum.

Jurabunt autem omnes homines comitatus Jadre a quatuordecim annis et supra fidelitatem domino Duci et successoribus suis; et ipsa fidelitatis juramenta renovabunt singulis decem annis.

Jurabunt etiam omnes fidelitatem domino Comiti et Comitibus omnibus imperpetuum futuris, salva fidelitate domini Ducis, ad honorem Veneciarum et salutem Jadre.

Et si forte contingerit, dominum Ducem vel successores suos Jadre applicare, recipient eum Jadretini honorifice et tractabunt, et nuntios suos similiter. Et si dominus Dux voluerit hospitari in domo Archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam et voluntatem. Sin autem, dabitur ei domus honorabilis, usque dum steterit ibi.

Et quociens Venecia fecerit exercitum usque Ragusium, et a Ragusio et infra, sicut Venecia faciet, sic facient et Jadretini secundum numerum virorum suorum. Si vero fecerit exercitum a triginta galeis et supra, que debeant transire Ragusium, facient inde Jadretini tricesimam partem, et stabunt in servicio Veneciarum, usque dum steterit exercitus Veneciarum.

Tollentque Jadretini pro comuni de omnibus navibus extraneorum, qui illuc applicuerint ad portum faciendum, illa *(illam)*

dacione *(dacionem)*, quam Venecia tollit *(de?)* extraneorum navibus; de qua terciam partem dabunt Archiepiscopo suo, et due partes devenient in comune Jadre.

Omnes autem, qui erunt amici Veneciarum, Jadretini ipsos pro amicis habebunt; et omnes, qui erunt inimici Veneciarum, Jadretini ipsos pro inimicis habebunt.

Nec debeant Jadretini conpagniam vel societatem aliquam cum ullo habere cursalium vel aliorum, qui sint manifesti predones aut raubatores, qui homines Veneciarum offendant vel alios Veneciis venientes, aut redeuntes ab ea. Nec eos debeant recipere vel fiduciam aut securitatem aliquam eis prestare, nec auxilium neque consilium eis impendere nec in aliquo necessaria, nec aliquod horum ullo ingenio fieri facere.

Item Jadretini parentelas de cetero non contrahent cum Sclavis, nec eos inter se recipient ad habitandum, nisi secundum voluntatem domini Ducis Veneciarum.

Item abjurabunt Jadretini omni fidelitati et juramento, quod vel que fecissent contra honorem domini Ducis et comunis Veneciarum.

Obsides autem dabunt Jadretini quadraginta domino Duci et comuni Veneciarum, quos dominus Dux cum suo consilio eligere voluerint et nominare de Jadretinis, moraturos semper in Venecia obsides quadraginta omnibus expensis Jadretinorum. Et si eorum aliquis moreretur, dabunt alium in loco ejus in electione domini Ducis et sui consilii, cambiendo dictos obsides ad annum vel infra secundum voluntatem et beneplacitum domini Ducis ejusque consilii.

Dabunt insuper Jadretini omni anno in Veneciis comuni Veneciarum yperperos centum quinquaginta in Kalendis Martiis imperpetuum, aut tria miliaria bonarum cunicularum in Jadretinorum arbitrio.

Preterea Jadretini, antequam intrent in civitatem Jadre, muros et domos civitatis destruent, et lapides portabunt suis

expensis omnibus et labore ad voluntatem domini Ducis suique consilii; nec ipsos muros vel ipsas domos rehedificabunt sine licentia speciali domini Ducis suique consilii.

Item, si voluerit dominus Dux et comune Venecie, facient, habebunt et tenebunt castellum vel castella, municionem vel municiones in Jadra ad voluntatem suam et ejus consilii.

De soldis vero custodiarum dicti castri vel castrorum seu aliarum municionum, pro quibus vos, domine noster Dux, petistis, librarum duo millia denariorum Venec., solvendis et dandis a Jadretinis omni anno, sic nos prefacti nuncii Jadretinorum asserimus, quod, cum hoc Jadretini facere non possint tempore in presenti propter eorum nimiam paupertatem et desolationem, procedenti tempore *reddent* suum debitum domino Comiti, qui pro tempore erit in Jadra, quoad possibilitatem habeant Jadretini solvendi soldos dictarum custodiarum. Hoc facient ad voluntatem Comitis memorati usque ad summam librarum mille omni anno.

Laborabunt staream Jadretini: ita tamen, si aliquo tempore videretur domino Comiti jam dicto, quod sine periculo terre Jadre laborari non posset, cessabunt Jadretini laborare staream seu in staream ad voluntatem domini Ducis Veneciarum ejusque consilii. Erit autem portus salis in Jadra ad voluntatem Ducis et ejusque consilii; et quandocunque eidem domino Duci et suo consilio placuerit, ita, quod factis et deductis expensis pro ipso negocio salis, medietatem proventus, introitus et lucri ipsius salis habeat comune Venec., et aliam medietatem comune Jadre.

Habebunt namque jam dicti Jadretini, qui exierunt civitatem Jadre, ubique commorantes, et qui remanserunt in civitate, ipsam civitatem Jadre cum pertinenciis suis, et libertate pristina, quam habebant in mercationibus et datiis tam in Veneciis, quam in omnibus aliis partibus, salvo, quod homines Venecie et alii suas possessiones habere integre debeant in Jadra et ejus districtu(m), et omnes rationes suas.

Ad hec ad satisfactionem dampnorum et injuriarum primo juxta electionem domini Ducis suique consilii quindecim Jadretini de illis, qui fuerunt capita et auctores rebellacionis predicte civitatis Jadre, quos dominus Dux cum suo consilio elegit et nominavit, personaliter Venecias venerunt ad standum usque ad quinque annos Veneciis, securi tamen in personis et habentes omnes possessiones suas; et ipsorum familie stabunt in Jadra.

Item pro honore domini Ducis et reverentia ei exhibenda eidem Jadretini cum tribus sagitteis circa ducentis hominibus armatis, de quibus centum fuere electi ad voluntatem domini nostri Ducis Venec., usque ad pedes ejus venerunt, et inclinati bis usque ad terram ante pedes ejus misericordiam inplorabunt.

Item domino Johanni Michaeli, quondam Comiti Jadre, pro satisfactione injurie reddent et dabunt Jadretini quingentas libras denariorum Venec.; et pro dampnis suis de pago satisfacient, et dabunt eidem domino Johanni Michaeli libras septingentas octuaginta et quatuor denariorum Venec.

Item omni anno dabunt et solvent Jadretini predicto domino Johanni Michaeli, quousque vixerit, libras ducentas denar. Venec.

Item habeat idem dominus Joh. Michael omnes possessiones suas de Jadra, sicut concessum et datum fuit ei per dominum Ducem et consilium Venec.

De decem et novem milibus librarum solvendis hominibus Venec. pro restitucione bonorum, ablatorum eisdem in rebellacione civitatis predicte, habebunt Jadretini induciam unius anni primi venturi; et abinde omni anno usque ad quatuor annos dabunt et solvent eis Jadretini libras denar. Venec. quatuor milia et septingentas quinquaginta; et etiam antea, si poterunt, solvent.

Similiter pro morte Johannis Erici emendabunt et solvent heredibus ejusdem libras quingentas denar. Venec., s. libras centum et viginti quinque in uno quoque termino supradictorum quatuor annorum.

Item Jadretini omnia sua ligna currentia educent de Nona secum in Jadram, que retinebunt aut vendent ad voluntatem domini Ducis vel Comitis Jadre.

Insuper autem, postquam Jadretini predicti primo intrabunt civitatem Jadretinam, quandocunque a domini Ducis et comunis Venec. nunciis, syndicis seu procuratoribus requisitum fuerit, universi Jadretini ad maiorem etiam firmitatem et evidentiam pleniorem, deliberato consilio in publica concione predicta pacta, promissiones, obligaciones et condiciones approbabunt et confirmabunt, et promittent per se suosque heredes et successores, et juramento firmabunt universi et singuli pro suo capite, omnia predicta et singula attendere, facere et observare imperpetuum, et nullo tempore contravenire aliquo modo vel occasione.

Hec autem omnia predicta et singula nos Papo de Petrona et Grisogonus de Mauro, nuncii, syndici, procuratores et actores predictorum Jadretinorum, promittimus vobis, domino nostro Duci et successoribus vestris pro comuni Venec.; et juramus ad sancta Dei evangelia in animabus ipsorum Jadretinorum et in animabus nostris, attendere, adimplere et firmiter observare imperpetuum, et nullo tempore contravenire aliquo modo vel occasione.

Tenor autem dicti instrumenti procurationis et syndicarie, cuius est habita superius mentio, talis est:

„In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die ultimo mensis Julii, indictione quinta.

Cum instigante humani generis inimico et exigentibus peccatis nostris nos Jadretini civitatem Jadretinam rebellaverimus sine causa contra piissimum dominum nostrum Jacobum Teupolum, Dei gracia Venecie, Dalmatie atque Chroacie inclitum Ducem, dominum quoque quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, et contra famosissimam et magnificam provinciam Venecie, et eorum incurrerimus indignacionem

hac de causa in tantum, quod a victoriosissimo exercitu eorundem capta civitate Jadretina, volente Domino, eiecti et expulsi fuerimus de eadem, et confusionem et desolacionem maximam passi fuerimus in terris alienis; tamen, licet immeriti, confisi benignitatis[1] *predicti domini nostri Ducis suique consilii et comunis Venecie, nos Stephanus de Picica, judex et rector Jadretinorum, None commorantium, et omnium hic presentium et existentium, et nos Jadretini, consiliarii dicti nostri iudicis et rectoris, asserentes, nos esse tres partes et ultra, per quod consilium universitas Jadretinorum regitur et eorum negocia terminantur, et maxima quantitas virorum Jadretinorum presentium et existentium ad hoc faciendum, communicato consilio et unanimi voluntate facimus et constituimus nomine nostro et nomine totius universitatis Jadretinorum ubique commorantium viros nobiles Papum de Petrona et Grisogonum de Mauro, nostros et universitatis predicte nuncios, syndicos, procuratores et actores, ad petendum nomine nostro et omnium predictorum misericordiam cum gratia domini nostri Ducis Venec. et civitatem Jadre cum omnibus pertinenciis suis; dantes et tradentes eisdem liberam, generalem et plenissimam virtutem et potestatem pacta, promissiones et obligaciones faciendi domino nostro Duci Venec. et comuni, ac recipiendi nostro nomine et auctoritate ac nomine et auctoritate dicte civitatis Jadre et comunis ejusdem et universorum Jadretinorum ubique commorantium, et super omnibus et in omnibus, que duxerint faciendum, tam in rebus, quam in personis hujus facti occasione ad voluntatem et beneplacitum jam dicti domini nostri Ducis ejusque consilii et predictorum nunciorum, syndicorum sive procuratorum nostrorum, et jurandi in animabus nostris et predicte universitatis de complendis et servandis omnibus, que in predictis vel aliis circa predicta per*

[1]) Supra p. 432: de elementia ben.

eosdem facta fueriut et ordinata cum dicto domino nostro Duce Venec. et ejus consilio, ratum et firmum habere promittentes imperpetuum per nos nostrosqne heredes et successores, quicquid in predictis vel aliis circa predicta cum magnificentia dicti domini nostri Ducis duxeriut faciendum; confitentes et assereutes, nos esse apud Venec. in nostra libera potestate et in nulla forcia vel dist'tta[1]) *dicti domini nostri Ducis et communis Venec. vel alterius persone, dictam syndicariam et procuracionem voluntate spontauea facientes. Etiam asserimus et confitemur, predictum Stephanum de Picica tempore presenti nostrum et universitatis predicte esse judicem et rectorem.*

Actum Veneciis apud ecclesiam St. Marie de Templo. In presentia fratris Alberti, Magistri Fratrum minorum de Veneciis; Fratris Galzegne ejusdem ordinis; Fratris Alberti, Presbyteri capellaui milicie Templi; Fratris Leazarii, ejusdem ordinis milicie Templi; Bonacursi, clerici dicte St. Marie de Templo; domini Alexandri de Resio, judicis Taruisini; Alberici de SctoBonifacio; Pauleti de Braida, et aliorum plurium ad hoc testium rogatorum.

Ego Gabrielus Paulinus, notarius et Ducalis aule Venec. Cancellarius, predictis interfui et rogatus scripsi, complevi et roboravi."

Acta sunt hec Veneciis in felici urbe, Rivoalti, in palacio Ducatus, presentibus, volentibus, consencientibus et approbantibus hec omnia predicta Stephano de Picica, judice et rectore predictorum Jadretinorum, et consiliariis suis et ceteris aliis, quorum nomina inferius denotantur. Qui etiam promiserunt et juraverunt, omnia suprascripta attendere et observare et fidelitatem domino Duci suisque successoribus in Ducatu, et abjuraverunt omni juramento et fidelitati, que vel quod fecissent contra honorem domini Ducis et Veneciarum.

---

[1]) Erit: districta, Italorum stretta.

Nomina autem predictorum Jadretinorum sunt hec:
Stephanus de Picica, judex et rector Jadretinorum.
Creste de Scolatura.
Preste de Matafar[1]).
Peregrinus de Genano[2]).
Petrus de Nicola.
Petizo[3]) de Forte.
Limessi.
Micha de Limesso[4]).
Nicola Rubeus.
Volcina de Matafar[5]).
Paulus de Lamprezo.
Andreas de Cotopagno.
Grube de Lisiza[6]).
Vita de Leonardo.
Petrus de Arbor, consiliator et camerarius.
Bogedanus de Segla.
Dominic. de Regal, consiliator et tribunus.

Omnes suprascripti sexdecim erant consiliarii domini Stephani, judicis et rectoris.

Andreas de Petriza.
Vita Zadolin[7]).
Madius de Vitazo.
Sizonus de Scandarella.
Prode de Seregla.
Micha de Posil.
Cosa de Petrogna.
Vita Figasolo.
Blasius de Sope.
Designa de Birfo.
Candi de Johanne Ragno.
Micha de Crualelli[8]).
Petrus de Raola.
Zorzi de Seregla.
Blasius de Pesenizo.
Nicola Gener de Sconila[9]).

Variantes lectiones Pactorum archivi Veneti Tomi II, p. 53—56.

[1]) Matafara.
[2]) Genanno.
[3]) Petrizo.
[4]) Lemisso.
[5]) Matafara.
[6]) Liza.
[7]) Zadulin.
[8]) Ceoalelli.
[9]) Zener de Sconila.

Miresclao.
Micha de Carlasar.
Damianus Menagaza[1].
Dimigna Melitro[2].
Vitazo de Scolatura.
Preste de Bocasin.
Cucilla de Scolatura.
Marinus de Dobretaia.
Johannes de Botoriano[3].
Yriannus[4] de Prodanello.
Vita Spenzola.
Drese de Uale.
Volcina de Martinusso.
Damianus Uaricasso.
Stephanus de Laurencio.
Petrigna.
Dessa.
Matheus Skerbizo.
Vita de Morbiza.
Leonardus Docia.
Theodorus Stephani.
Marcus de Stricala.
Sergius de Gouernic[5].
Maurus de Mergen.
Ginanus de Peregrino.
Andreas de Cotopagno.
Matheus de Galstaldo.
Platon de Loure.
Platon de Segnorello.
Martinus de Theodoro.
Jacobus de Damiano.
Dobrosso Carlac.
Matheus Grindoso.
Marinus de Grobegna.
Petrus de Grisoriano[6].
Madius de Muto.
Marinus Maneueter[7].
Paulus de Salbe.
Maco[8], filius Scherbeze.
Georgius Pedriti.
Zeprita[9].
Egidius.
Damianus Figasolo.
Drasi de Matafar[10].
Stephanus de Sodra[11].
Sope de Ganzio.
Jouellus de Bellessi.
Marinus de Simirgoto.
Dobro de Clebelle.
Jacobus de Lemisso[12].
Uiualdus de Stephano.
Micha de Dosiza.

---

[1]) Mengaza.
[2]) Meliero.
[3]) Botouanno.
[4]) Yuanus.
[5]) Geuernic.
[6]) Grisovano.
[7]) Maneuetre.
[8]) Mazo.
[9]) Zeputa.
[10]) Matafaro.
[11]) Socia.
[12]) Limisso.

Nassi de Biualdo.
Damianus Petri Lombardi.
Micha de Formin.
Jacobus de Petirimorta[1]).
Petrus de Otra.
Micha de Baiamonte.
Madius de Moruiza.
Damianus Surdus.
Stephanus Falicancius.
Dobreus[2]) de Nicola.
Prodanus de Domigna.
Stephanus de Formin.
Cernuc de Zanbara.
Micha de Petro.
Ciprianus Anastasii.
Johannes de Peregrino.
Gregorius de Birfo.
Martinus de Zonzi de Petaza[3]).
Petre de Johanne de Lipa.
Johannes, filius Andree de Petriza.

Ego Gabriel (ut supra) . . .

Engilerius de Cantono de Taruisio hoc exemplum exsenplavi.

Alia manus: Anno Domini millo ducent. quadrag. septimo, die sexto intrante, Octubr., indict. sexta, viris nobilibus Marino Mauroceno et Raynerio Geno et Johanne de Canale, legati domino Duci, in Jadra accipientes a Jadretinis sacramentum et fidelitatem, dederunt eis civitatem Jadre cum suis pertinenciis secundum racionem et pactum, quod fecit dominus Dux a Jadretinis.

Ego Johannes de Varago, sacri palatii notarius, hoc exemplum sumptum ex auctentico predicti Gabrielis Paulini notarii, nil addens vel minuens, quod sententiam mutet, bona fide, ut comperii, scripsi, exemplavi et signo meo et nota corroboravi de mandato domini Rainerii Geno, incliti Ducis, currente anno mill. ducent. quinquag. sexto, indictione quarta decima, mens. April., die octavo, in palatio Ducatus Venetie.

---

[1]) Petramorta.
[2]) Dobre.
[3]) Marinus de Zorzi de Petraza.

CCCXII.

Inhibitio exemptionis ecclesiarum sancti Marci Tyrensis et Acconensis per Octanianum, sancte Marie in uia lata dyaconum Cardinalem, apostolice Sedis Legatum, de mandato Sedis apostolice celebrata.

A. d. 1247, die 6. m. Augusti.

Liber Albus fol. 160. Liber Pactorum I, 337. Flam. Cornelius Eccles. Venet. X, 1, p. 225: ex tabulario Procuratorum s. Marci.

Octauianus, miseratione diuina sancte Marie in uia lata diaconus Cardinalis, apostolice Sedis Legatus, dilectis in Christo nobis Primicerio et capitulo sancti Marci de Veneciis, salutem in Domino.

Venetorum ciuitas, uelut inter alias, immo pre ceteris Sedis apostolice filiabus auro nitens fidei et deuotionis gemma decora, sic in ecclesie matris conspectu semper complacuit, ut, si quid aliquando pro se uel suis ab eadem petere uoluit, apud eam in suis peticionibus exauditionis gratiam inuenire meruit ac fauorem. Hinc est, quod, cum nuper ex parte nobilis uiri ...[1]) Ducis et dilectorum nobis in Domino populi Venetorum pro exemptione sancti Marci Tyrensis et sancti Marci Acconensis ecclesiarum, ad ecclesiam nostram spectantium, domino Pape fuisset humiliter supplicatum, idem dominus, ad preces ipsorum aures apostolici fauoris benignus inclinans, nobis super eadem exemptione direxit litteras in hunc modum:

„Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Ottauiano, sancte Marie in uia lata diacono Cardinali, apostolice Sedis Legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Illum erga Romanam ecclesiam ciuitas Venetorum continuauit sinceritatis affectum, eamque cordis seruauit constantiam, ut inter ciuitates alias fidelitatis titulo specialiter insignita illas exemplo suo ad eiusdem ecclesie laudabiliter obsequium animarit. Nam in ipsius agendis ecclesie sic sollicita semper extitit et attenta, quod in eorum susceptione se promptam

[1]) Scil. Jacobi Theupoli.

exhibuit, in persecutione reddidit studiosam, et in consummatione stabilem demonstrauit: propter quod tanquam deuotione preminens[1]) ampliori ab ipsa ecclesia honorari fauore meretur et attolli gratia potiori. Nos autem tantam firmitatem fidei tantamque animi puritatem sedulo recollentes, dignum, immo dignissimum reputamus, ut uotis dilectorum filiorum nobilis uiri . . Ducis et populi Venetorum, quociens cum Deo possumus, fauorabiliter annuentes, apostolicam circa eos beneuolentiam ostendamus liquido per effectum. Eapropter nos ipsorum supplicationibus inclinati prudentie tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sancti Marci Tyrensis et sancti Marci Acconensis ecclesias, ad ecclesiam sancti Marci de Veneciis pertinentes, in ius et proprietatem beati Petri auctoritate nostra recipiens inhibeas firmiter, ne aliquis in illas absque Sedis apostolice speciali mandato iurisdictionem aliquam audeat exercere, certum censum persoluendum certo termino a dilectis filijs, Primicerio et capitulo ipsius ecclesie sancti Marci de Venecijs, earundem ecclesiarum sancti Marci Tyrensis et sancti Marci Acconensis nomine, Sedi predicte annis singulis ad inditium huiusmodi libertatis, sicut expedire uideris, statuendo.

Data Lugduni, secundo Non. Maij, pontificatus nostri anno quarto."

Nos igitur mandatum apostolicum in hac parte ob reuerentiam mandatoris et Ducis eiusdem gratiam, cuius personam diligere uolumus et in quibus cum Deo possumus, honorare, nec non predicte ciuitatis et ecclesie uestre intuitu, cuius intendere cupimus profectibus et honori, diligentius exequentes prefactas sancti Marci Tyrensem et sancti Marci Acconensem ecclesias in ius et proprietatem beati Petri prescripti suscipimus auctoritate mandati, ac firmiter inhybemus, ne quis in illas

---

[1]) I. e. preeminens.

absque speciali mandato Sedis apostolice iurisdictionem aliquam audeat exercere.

Ad inditium autem huiusmodi libertatis annuum censum duorum Bisantiorum predictarum ecclesiarum nomine in festo omnium Sanctorum annis singulis camere apostolice persoluetis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam huius exemptionis et inhibitionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Data Mediolani, VIII Idus Augusti, pontificatus domini Innocentij Pape quarti anno quinto[1]).

CCCXIII.

Innocentius IV Archidiacono Antiocheno committit, ut studeat, ne bona Ecclesiarum s. Marci Tyrensis et s. Marci Acconensis ab aliquo molestentur.

A. d. 1249, die 21. m. Decembris.

Libri Pactorum I, 309. II, 59. Flam. Cornelius Eccles. Venet. T. X, p. I, p. 223.

Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Archidiacono Antiocheno salutem et apostolicam benedictionem.

Clara devotio, qua dilecti filii, nobilis vir Dux, consilium et commune Venetorum, erga Romanam Ecclesiam fulgere noscuntur, sic Ecclesiam ipsam eis reddit favorabilem et benignam, quod eadem Ecclesia de ipsorum honore sollicita commodum eorumdem tanquam specialium filiorum affectuose procurat, quinimmo tam sincera illos dilectione complectitur, quod non solum sustinere non vult, ut eorum jura et Ecclesie sancti Marci de Venetiis et aliarum ubicunque ad eam pertinentium

---

[1]) anno quarto Lib. Pact. et Corn.

minuantur, sed et conservare illa integre et augere insuper firma intentione proponit

Cum itaque, sicut intelleximus, predicta Ecclesia sancti Marci super Ecclesiis suis s. Marci Tyrensis et sancti Marci Acconensis, ad Sedem apostolicam immediate spectantibus, vero non super earum decimis, juribus Patriarchalibus et aliis illarum pertinentiis, a nonnullis injurias et molestias patiatur, nos volentes super his ei opportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus sibi efficaciter presidio favoris assistens ipsam super predictis Ecclesiis et aliis premissis non permittas, a quoquam indebite molestari; molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus quibuslibet litteris apostolicis a quacunque persona obtentis, per quas nostri mandati exequutio in hac parte impediri valeat vel differri, et de quibus specialem et expressam fieri opporteat in presentibus mentionem, et quibuslibet indulgentiis, personis quibuscunque concessis, ut interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras ejusdem Sedis, nisi expressa in eis de indulgentiis hujusmodi mentio habeatur, et[1]) constitutione de duabus dietis in concilio generali; presentibus post decennium minime valituris.

Datum Lugduni, XII Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno septimo.

CCCXIV.

Innocentius IV Archidiacono Antiocheno committit, ut bona Ecclesiae s. Marci Venetiarum in Regno Hierosolymitano posita a molestatoribus tueatur.

A. d. 1249, die 21. m. Decembris.

Libri Pactorum I, 310. II, 59. Flam. Cornelius Eccl. Venet. T. X, p. I, p. 224.

---

[1]) Sc. non obstante.

Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Archidiacono Antiocheno salutem et apostolicam benedictionem.

Clara devotio, qua dilecti filii, nobilis vir Dux, consilium et commune Venetorum erga Romanam Ecclesiam fulgere noscuntur, sic Ecclesiam ipsam eis reddit favorabilem et benignam, quod eadem Ecclesia de ipsorum honore sollicita commodum eorumdem tanquam specialium filiorum affectuose procurat; quinimmo tam sincera illos dilectione complectitur, quod non solum sustinere non vult, ut eorum jura et Ecclesie Sancti Marci de Venetiis et aliarum ubicunque ad eam pertinentium minuantur, sed et conservare illa integre et augere insuper firma intentione proponit.

Cum itaque, sicut intimantibus ipsis accepimus, super terris, possessionibus et redditibus, proventibus, juribus et aliis pertinentiis suis, que obtinent in Regno Jerosolymitano, a nonnullis injurias et molestias patiantur, nos volentes super his eis opportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eis efficaciter presidio favoris assistens non permittas, eosdem super premissis a quoquam indebite molestari; molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante.

Datum LUGDUNI. XII Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno septimo.

CCCXV.

Vendraminus, plebanus s. Archidani[1]) de Constantinopoli, jurat subjectionem Leonardo Quirino, electo Patriarchae Gradensi.

A. d. 1250, die 4. m. Augusti.

Edidit Flam. Cornelius Eccles. Venet. Tom. III, dec. IV et V. p. 105. Ex archivo Patriarchali.

---

[1]) De hoc nomine vide nos T. I, p. 67.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo, mensis Augusti die quarto exeunte, indictione octava. Rivoalti. In presentia Thome Arimundo, primicerii Gradensis, et Leonardi Quirino de confinio s. Pauli, atque Johannis, gastaldii domini electi Gradensis, et aliis.

Vendraminus, Presb. et plebanus sancti Aquindani de Constantinopoli, in scriptis sic juravit, dicens:

„Ego Vendraminus, Presb. et plebanus s. Aquindani, juro super sancta Dei evangelia, quod fidelis ero vobis domino meo Leonardo Quirino, Dei gratia sancte Gradensis ecclesie electo et Dalmatie Primati, et vestris successoribus canonice intrantibus, omnibus diebus vite mee; et ecclesiam predictam sancti Aquindani, quam mihi regendam commisistis, ad honorem Gradensis ecclesie et vestrum vestrorumque successorum, adjuvante Domino, tractare curabo. Hec omnia attendam bona fide, sine fraude.

Actum est hoc in palacio Patriarchatus.“

L. S. Ego Petrus Alberto, s. Silvestri Presb. et not., interfui, scripsi, complevi et roboravi.

CCCXVI.

Pax Barbariæ (Tunisii).

A. d. 1251, die primo mensis Aprilis.

Liber Pactorum II, fol. 2. Excerpsit Marin IV, 280.

De nostro Pacto Muratorius ad Andreæ Danduli chronicon l. c. p. 359: „*In margine codicis Ambrosiani: MCCLI, primo Aprilis, Bedomem*[1]*, Caytus Duanæ Tunisii, nomine Boabdilem Soldani Barbariæ, et Philippus Tulianus* (sic), *nomine domini Marini Mauroceni Ducis et communis Venetiarum inierunt pacta cum multis capitulis, etc. per annos XL. Data Tunisii in aula Regia,*

[1]) Nominis scriptura variat. Vide nos p. 451. 455. Probabiliter subest: Abu Othman. — Caytus s. Gaytus, Arabum قائد, Dux.

anno, ut supra etc. Extat in secundo Pactorum, charta III, et in primo, charta CLXV".

Soldanus est *Abu Abdallah Mohammed*, filius *Abu Zakarija*, filii *Senis* (Scheikh) *Abu Mohammed*, filii *Scheikh Ibn abi Hafs*, ab anno 1249—1277. Cfr. Hammer. „Gesch. des osm. Reichs" III, pag. 691. Nos supra pag. 300. 303.

In nomine Dei pii et misericordis.

Hæc est pagina bene fortunatæ pacis, formatæ inter dominum Mirum Boabdilem, Soldanum Barbariæ, filium alti et potentis Miri Buezacharium bonæ memoriæ, filii alti et potentis ac sapientis Seni Beaomet, filii alti et potentis ac sapientis Seni Ebenebiafes ex parte una; et inter magnificum seu inclitum dominum Marinum Maurocenum, Ducem Venetiarum ex altera, per manum videlicet Bochomen (?), Gaytum Doanæ; et mandato ejusdem Soldani Miri Boabdile; et per manum nobilis ac sapientis viri Phylippi Juliani, legati ejusdem domini Marini Mauroceni, Ducis Venetiarum[1]), qui ad haec destinatus fuit Tunissum ab ipso domino Duce pro requirenda seu reformanda pace atque firmanda secum usque ad terminum annorum quadraginta ab incarnatione anni, quo praesens pactum conscriptum fuit; per cuius pacis vinculum universum genus Venetorum salvum atque securum fore debet ubique per totum dominium Regni ejus, prout infra per capitula sequentia plenius demonstratur.

Hoc est, quod homines Venetiarum in mari et in terra jubet præfatus Soldanus per totum suum Regnum, quod debeant esse tam a Barbaris, quam ab aliis gentibus, cujuscumque generationis sint, salvi et securi in personis et rebus suis. Et eos et res ipsorum in sua Soldanus recipit protectione.

Et quando nocebit ipsis Venetis aliquis ex mercatoribus Saracenis, vel de mercatoribus Christianis, qui pacem habebunt cum Moadinis, et accipient eis aliquid de ipsorum havere, vel

---

[1]) In margine Libri Pactorum: „*Mar. Maurocenus creatus fuit Dux anno 1249*".

capient aliquem ipsorum in aliquo portu de portibus Regni Barbariæ, Doana debeat eos expedire jure, atque restituere sibi perdita et ablata.

Et habere debent elibanum ad coquendum panem in suis fundigis.

Et fundiga habere libere debent deputata ad suum nomen et pro suo habitare. Et nemo ausus sit intrare in ipsa fundiga, ubicumque fuerint, per totum suum Regnum, nisi cum sua voluntate, ad habitandum. Quæ quidem fundiga Doana, quotiens oportunum fuerit, facere debeat reaptari. Et dominus Dux Venetiarum per suam voluntatem constituere suos Consules in eisdem fundigis debet ad faciendum rationem et justitiam inter homines Venetiarum et regendum eos.

Item habere debent scribanum Christianum, ubicumque fuerit Doana in ipsa existente, ad suam voluntatem.

Item balneus concedatur seu præparetur hominibus Venetiarum, quandocumque eis opportuerit, absque pretio.

Et de rebus seu mercationibus ab eisdem venditis non debet eis de dricto, nisi decimum.

Et de auro et de argento, quod homines Venetiarum ad Cecham vendiderint, nullum datium solvere debeant curiæ vel Doanæ, nec in venditione, nec in emptione.

Et de perlis atque lapidibus pretiosis aut aliis zois omnibus, quas Veneti Soldano vendiderint, simili modo nullum datium aut drictum persolvere debent, nec in vendendo, nec in comparando.

Et dona vel datium aliud non debet tollere nec habere ab hominibus Venetiarum, nisi quia *(quod?)* Turcimani habere debent ab ipsis id, quod soliti sunt, et quod certum et usitatum est ab aliis Christianis.

Item quando aliqua petitio seu questio emergeretur inter mercatores Saracenos et Venetos, non debet aliquis capi pro eo ex Venetis, nisi ipse, qui ei pertinebit jure, in proprio

nomine; et nullus eorum capiatur pro altero, nisi quando fuerit fidejussor ei.

Et quando aliquis mercator Venetiarum fugerit cum havere Saraceni, Dux Venetiarum, dominus Marinus Maurocenus, expedire debeat illos ab eis cum omni solempnitate juris, quando inveniet, et habebit de ipsorum havere, de quo faciet eis dictam emendam.

Et de omnibus mercimoniis, quas vendiderint Veneti in Caligo (l. *caliga*) seu extra per manus de Turcimanis, usque ad quindecim dies fieri solutio debet suprascriptarum mercimoniarum, postquam venditio facta fuerit. Et esse debent fidejussores Doanæ, ita, quod non impediantur in venditione, quam fecerint de dictis rebus suis; quas si noluerint vendere, quod sibi restituantur, et nullatenus eis aliquid dicatur exinde aliquo modo vel occasione, nisi cum sua voluntate.

Item similiter homines Venetiarum possint et debeant extrahere nabulum suarum navium absque datio seu dricto de havere, quod naulizabunt.

Item similiter, quando vendiderint homines Venetiarum naves suas Christianis, habentibus pacem cum Moadinis, non debeant exinde dare drictum.

Et quando præparaverint se ad proficiscendum cum suis navibus, non impediantur in aliqua occasione navium Saracenorum.

Et quando mortuus fuerit aliquis de mercatoribus Venetiarum, ipsi Veneti, qui præsentes fuerint ad ipsius obitum, intromittant ipsa bona, quæ dimiserit idem defunctus, et ea omnia dominentur, et nullatenus impediantur, et faciant inde totum et quidquid voluerint, salvo tantum, quantum aliquis Sarracenus jus habebit in illis, de quibus ipsum jus suppleatur eidem. Si vero aliquis cum ipso defuncto non fuerit, totum suum havere fiat in custodia Doanæ, donec speciale mandatum veniat a Duce eorum, quid inde debeat fieri.

Et quando veniret navis de cursu vel galea extra civitatem Venetiarum, et noceret alicui Sarracenorum, homines Venetiarum non impediantur occasione corsatorum in personis nec rebus.

Et quando exirent corsarii de Venetiis cum nave vel galea sive aliquo alio ligno, vel de propinquis partibus sibi subjectis, et nocebit alicui Sarracenorum de Regno Barbariæ in terra, seu in mari, quod Dux eorum expedire debeat ipsos Saracenos a nocentibus, si inveniet, et habebit de illorum havere, unde possit satisfacere eis.

Et quando pervenerit genus hominum Venetiarum ad venditionem faciendam et comparandum in locis, quibus fuerit Doana in Regno Barbariæ, quod non impediantur ad hæc.

Et quando aliqua navis hominum Venetiarum naufragium passa fuerit in terra Regni Barbariæ, debet esse salvum totum, et quidquid de suis rebus evaserit de mari; et nemo impedire debeat eos in aliquo. Et si forte maior pars hominum navis ejusdem mortua fuerit, et aliquis eorum salvabitur, totum, et quidquid salvabitur de havere et rebus omnibus dietæ navis, ei dimittantur, et non impediantur in aliquo. Et si forte omnes morerentur, totum illud havere seu res fiat sub custodia Doanæ, donec litteras mandet dominus Dux Venetiarum, significans, cui ea tribuantur.

Item quando contingerit, quod apud dictos Venetos erit karistia frumenti, pro quolibet anno seu annis, dummodo certum fuerit, quod karistiam habeant, libertatem habere debent homines Venetiarum caricandi duodecim naves, ubicunque voluerint, per totum Regnum Barbariae jam dicti Soldani, de frumento seu quocumque alio victualio aut blado, donec invenietur granum ad Bisantia tria de mille, vel usque ad tria et dimidium pro quolibet gasiffo[1]) de gasiffis Moadinis. Quodsi forte ultra hoc pretium ascenderit, non licebit eisdem Venetis habere

[1]) Potius: gaffiso de gaffisis. Cfr. supra p. 305.

dictum frumentum seu bladum. Et quando dabitur eis libertas tollendi prædictum frumentum, non pertinebit inde aliquid curiæ nec familiaribus ejus; sed sine aliquo pretio et servitio eis concedi debet.

Mandat similiter atque præcipit subditis suis civitatum et locorum sui Regni, et specialiter in Tripuli et in Buzea, ut homines Venetiarum sint salvi et securi in personis et rebus, et non compellantur ad solvendum in ipsis terris de rebus et mercationibus suis et pecunia, nisi tantum, quantum solvunt in Tunixio.

Et quando contingerit, quod aliquis Christianorum habebit jus supra Veneticum, convenire seu vocare eum debet ante Consulem Venetiarum. Et quando similiter Venetus habebit aliquod jus contra aliquem Christianorum, transmittatur ad Consules Christianorum.

Item quando mercatores Venetiarum suas res et mercimonia vendiderint ubique per Regnum Barbariæ, et solverint exinde drictum in Doana, ipsa Doana litteras eis concedet, ut absque datio amplius solvendo seu dricto acceptam pecuniam de venditione ab ipsis facta possint libere deportare ac implicare seu investire, apud quemcumque locum voluerint Regni ejus.

Et quando mercatores Venetiarum voluerint facere discaricamentum et caricamentum rerum suarum et havere charabos et bastasios, habere debent ad suam commoditatem; et nullo modo contradicetur eis.

Item plumbum extra gabellam esse debet pro hominibus Venetiarum; et libere comparare debent ubique dictum plumbum per totum suum Regnum.

Et ecclesia de fundico, quod est deputatum ad nomen hominum Venetiarum apud Tunixium, pro suæ voluntatis arbitrio aggrandari et reformari debet.

Hæc capitula sunt pacti et bene fortunatæ pacis, quæ petiit vir nobilis atque sapiens Philippus Julianus, legatus incliti Ducis

Venetiarum, magnifico seu potenti domino Miro Boabdile, Soldano Tunisii.

Eiusmodi quidem pax de mandato ipsius Soldani tractata et firmata est per manum Ceothomen (?), Gayti Doanæ, et per manum nobilis antedicti Phylippi Juliani, legati præfati domini Marini Mauroceni, potentis atque magnifici Venetiarum Ducis, ad hæc transmissi ad præsentiam ipsius Soldani, ad terminum annorum quadraginta proximorum, in præsentia Moabdorum subscribendorum, qui dicta omnia et singula contestantur supra jam dictum Gaytum et supra (dictum) legatum domini Ducis Venetiarum antedictum, ex voluntate et conscientia utriusque, die primo mensis Apprilis, percurrente anno quingento (potius *sexcentesimo*) quadragesimo nono Maumeti prophetæ.

Testes:

Abdeminem, filius Archiepiscopi Boabdile Ebenzietelle.
Boabdile Susi.
Bolcasse Bembarra.
Boatmet.
Ebenerasse.
Bolcassen.
Elmoreisse[1]).
Bolabesse Elorbosi.
Bellasen Ebenebiame.
Boabidile Ebenerasse.

Actum est apud TUNISSUM præsens Pactum in aula Regia, percurrente anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense Apprilis, die primo, per indictionem nonam.

CCCXVII.

Procuratio legatorum Jadrae de pacto cum Venetis corrigendo.

A. d. 1251, d. 4. m. Julii.

Inest hoc diploma in documento sequenti nr. CCCXIX.

[1]) Haec quatuor nomina in bina videntur esse copulanda.

CCCXVIII.

Conventio inter Januenses et Venetos de Romania.

A. d. 1251, die 10. m. Julii.

Edidit C. Pagano (Delle imprese e del dominio dei Genovesi nella Grecia p. 246—248) hoc titulo: „*Trattato di pace e convenzioni del comune di Genova colla repubblica di Venezia in cui si accordano pure sui fatti di Romania. — Dal vecchio libro Jurium p. 234*".

In nomine Domini. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, die decimo intrante, mense Julio, indictione VIIII, in palatio Ducatus Venet. In Rivoalto urbis felicis.

Nos Marinus Maurocenus, Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Chroatie Dux, dominus quarte et dimidie totius Imperii Romanie, permittimus et convenimus vobis provido viro, Jacobo Candellerio [1]), not., sindico, procuratori et nuntio nobilis viri, Menaboi de Turricella, Januensis civitatis Potestatis, et ipsius communis Januensis, ad hoc specialiter destinato — sicut apparet ex instrumento publico manu Enrici de Bisamne notarii confecto — recipienti nomine et vice ipsius Potestatis et communis Jan. per nos et successores nostros: quod tam per nos, quam per homines Venetos et districtus Veneti et omnes, qui Veneti appellantur et per Venetos se distringunt et defendunt, per diversas mundi partes, tam burgenses, quam alios, observabimus et observari faciemus veram firmamque pacem atque concordiam a die Lune XXV Jun. nuper preterito usque ad octo annos proxime completos, supradicte Potestati et eius successoribus et omnibus hominibus Janue et de districtu Janue, et omnibus, qui Januenses appellantur et per Januenses se distringunt et defendunt, per diversas mundi partes, tam burgensibus, quam aliis, in personis et rebus, et in toto posse et fortia Venet., terra et aqua; et ubique non offendemus nec

[1]) Pag. 459. scribitur *Candelarius*.

offendi faciemus per nos, nec per aliquem supradictorum de parte nostra supradicte Potestati, nec alicui supradictorum de parte sua. Neque cum aliquo vel aliquibus confederabimur vel associabimur aliquo modo vel ingenio pro offensione facienda supradicte Potestati, nec alicui de parte sua. Neque cum aliis ipsum vel suos supradictos offendemus vel offendi faciemus.

Et si per nos vel aliquem supradictorum de parte nostra predicte Potestati vel alicui supradictorum de parte sua offensio facta fuerit vel rapina seu robaria, nos Dux, qui nunc sumus, vel *[qui]* pro tempore erit in Ducatu Venetie, faciemus vel fieri faciemus rationem ei, qui lesus fuerit vel damnum habu*[er]*it, nulla appellatione recepta, aut nuncio suo vel heredi aut successori in XL dies post factam reclamationem, nisi remanserit licentia conquerentis.

Quodsi de voluntate reclamantis fuerit terminus vel termini prorogati, ad prefixum terminum vel terminos nichilominus tenebimur reclamanti facere vel fieri facere rationem, tali quidem ordine, quod, si publicum et manifestum erit etc. [*Dopo aver continuato la convenzione minutamente e lungamente per tutte le debite condizioni si trova scritto,* sic Pagano][1]):

Nos quoque idem Dux pro nobis et communi Venet., quantum pro parte nostra, concedimus, quod commune Jan. et homines districtus Jan. esse debeant in Imperio Romanie, secundum quod erant tempore Alexii Imperatoris, et quod licenter uti et negotiari debeant in ipso Imperio; cum his dationibus tamen, quas dare consueverunt tempore ipsius Imperatoris, et quod permittemus, commune perfrui et gaudere possessionibus et iuribus illis, quas et que habebant in Constantinopolim tempore dicti Imperatoris, solempnibus exceptatis usque ad tempus huius pacis.

---

[1]) Hæc, quæ Pagano omisit, restituas ex iis, quæ supra dedimus p. 199—202.

Promittimus nos quoque Dux vobis, predicto Jacobo Candelario, not., sindico, procuratori et nuntio predicte Potestatis et communis Jan., quod per nos et nuntium nostrum bona fide iurare faciemus Potestates, Duces et Consules Venet., constitutos in Constantinopolim, in Creta, in ultramarinis partibus, in Romania et in omnibus aliis partibus, ubicumque sint vel fuerint pro nobis et communi Venetie, initio suorum regiminum prescriptam pacem et concordiam attendere et observare usque ad supradictum terminum octo annorum, et de raubatoribus facere, si poterunt, bona fide, sicut nos Dux de eis in civitate Venet. facere tenemur. Ad quod faciendum opem dabunt et consilium: hoc sane intellecto, quod, si quis in his dignitatum offitiis positus semel iuraverit et denuo contigerit cum eisdem offitiis deservire, prescriptam pacem iurare non compellatur.

Item concedimus et faciemus nos Dux, quod heredes Balduini Guertii[1]), postquam ab eis vel eorum nuntio fuerimus requisiti, habebunt et possidebunt possessiones illas, quas dictus Balduinus habebat extra Constantinopolim tempore Manuelis Imperatoris, si sunt in nostra et communis Venet. quarta parte et dimidia Imperii Romanie: salvo eo, quod, si aliquis alius eas auctoritate vel successione nostra tenet vel possidet, debemus nos Dux per nos vel per nostrum nuntium aut possessiones ipsas, aut cambium equale eisdem hominibus vel nuntio suo tradere et concedere usque ad supradictum terminum, facientibus ipsis nobis et nostris successoribus omnia, que dictus Balduinus consueverat facere memorato Imperatori.

Nos quoque Dux, presente vobis Jacobo Candelario, notario, sindico, procuratore et nuntio predictorum Potestatis et communis Jan., suprascriptam pacem et concordiam atque predictas conventiones iuramus attendere et observare usque ad predictum

---

[1]) Cfr. nos supra p. 203.

terminum huius pacis, si tantum steterimus in regimine Ducatus Venetiarum.

Fecimus etiam nos Dux consiliatores nostros sex, qui nunc existunt circa nos, iurare pacem istam et concordiam attendere et observare. Et quandocumque et quotienscumque Dux Venet. renovabitur in regimine Venet. infra dictum terminum hujus pacis, commune Venetie faciet ipsum Ducem iurare prescriptam pacem et concordiam atque predictas conventiones infra dies octo, postquam Dux fuerit renovatus. Infra quem terminum extra Venetias et Januam utrinque sic ratio fiat: videlicet Januensis Venetum trahat, de quocumque iure sibi teneatur, in curiam Baiuli Venetorum, qui ibi erit, vel Consulum, et non alibi. Et e contrario Venetus trahat Januensem ad curiam Januensium, et non alibi: excepto, quod, si non fuerit ibi curia eius, qui conventus fuerit, nec habu*[er]*it seu fieri possit curia vel Baiuli seu Consulis, vicissim se trahere possint ad curiam illius loci.

Actum est hoc in palatio Ducatus VENETIE, die suprascripto, presentibus nobilibus viris:

Laurentio Teupulo, Comite Veglen.,
Johanne de Canali,
Leonardo Quirino,
Marino Badovario,
Dominico Arimundo,
Marco, plebano ecclesie sancti Ge[r]miniani,
Taliamento, not. et scriba Ducatus Venet.,

et aliis pluribus.

Ante dictus dominus Marinus Maurocenus, Dei gratia Venetie Dux, et sui sex circumstantes consiliarii, Stephanus Justiniano, Stephanus Marignoni, Thomasius Janne, Philippus Contareno, Nicolaus Navigaioso et Johannes Juliano, in eo, quod eis contingebat, tactis corporaliter sanctis evangeliis, iuraverunt.

Ego Gabriel Paulinus, not. et Ducalis aule Venet. Cancellarius, predictis interfui et rogatus scripsi, complevi et roboravi.

Ego Guillelmus de sancto Georgio, sacri Imperii not., rogatus transcripsi et exemplavi, ut supra, de registro et autentico scripto manu Gabrielis et transcripto et exemplificato manu magistri Nicolosi de sancto Laurentio not.; nichil addito vel diminuto, nisi forte littera, sillaba, titulo seu puncto plusve minus, de mandato domini Guidoti de Rodobio, Januens. civitatis Potestatis; testibus presentibus infrascriptis: Rubeo de Orto, magistro Alberto de Casali et Januino Osbergerio, scribis communis Janue, M.° CC.° LXVII, die Novembris, X° indictionis.

CCCXIX.

Pactum Jadrae de datiis solvendis.

A. d. 1251, die 8. m. Aug.

Liber Pactorum II, 75.

In nomine Dei aeterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, die octauo exeunte, mense Augusti, indictione nona. RIVOALTI, vrbe felici. In palatio Duchatus Venetiarum.

Praesentibus testibus rogatis nobilibus viris Lampre, filio quondam Preste de Jadra. Yuano, filio Petrici de Forte. Dimitrio, filio Preste de Matafaro. Matthaeo, filio condam Theodori Thosaningi. Andrea, filio Bendae, Jadretinis. Joanne Banno. Bartholomaeo de Mugla. Henrico Fuscareno. Dominico Arimundo de Venetiis et aliis multis, coram domino Marino Mauroceno, Dei gratia inclito Duce Venetiarum.

Nos Stephanus de Piziga et Cerne de Mergia, nuntii et ambaxatores Comitis, consiliariorum et communis Jadrae, habentes plenam commissionem ab eisdem, cuius tenor commis-

sionis inferius continetur, concedentes concedimus et determinamus nomine et uice praedictorum Comitis, consiliariorum et communis Jadrae, ut amodo Jadretini de mercibus, quas detulerint de Venetiis de Regno Siciliae siue Apuliae et de aliis partibus undecumque, illud datium communi Venetiarum in Venetiis dare et solvere debeant et teneantur, quod constitutum est uel de cetero fuerit constitutum per dominum Ducem et commune Venetiarum dandi et soluendi ab hominibus Venetiarum in Venetiis communi Venetiarum pro datio dictarum mercimoniarum, quas Veneti Venetias apportarent, ita, quod Jadretini in dictis dationibus aequales esse debeant Venetorum.

Tenor autem commissionis, cuius est habita superius mentio, talis est:

„In nomine Dei aeterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mensis Julii, die quarto intrante, indictione nona. JADRAE.

Committentes committimus nos quidem Bauduinus Quirinus, Comes Jadrae, et Joannes Delphinus ac Raphael Betani, ambo consiliarii, atque cum nostris iudicibus Preste Matafari, Papo Petrognae et Cosa Saladini, una cum nostro consilio uniuerso, ad sonum campanae in ecclesia sancti Petri novi more solito congregato, per nos et uniuersum commune Jadrense uobis, namque nobilibus viris Stephano de Piziga et Cerne de Mergia, dilectis nostris fidelibus et nuntiis specialibus, quod ire pro nobis et nostro nomine debeatis ad pedes illustrissimi et magnifici domini nostri Marini Mauroceni, Dei gratia Venetiarum, Dalmatiae et Chroatiae incliti Ducis, nec non quartae partis et dimidiae totius Imperii Romaniae dominatoris strenuissimi, ad petendum gratiam et misericordiam ab eodem de omnibus, quae uobis uidebitur conueniens atque decens, et in augendo siue minuendo ac corrigendo pactum inter Venetias et Jadram confecturi, promittentes firmum et ratum

habere, quicquid in omnibus et per omnia super hoc duxeritis faciendum.

Actum est hoc in maiori consilio et firmatum, omnibus praesentibus in praedicta ecclesia sancti Petri noui de Jadra.

† Ego Balduinus Quirinus, Comes Jadrae, manu mea scripsi.

† Ego Joannes Delphinus, consiliator Jadrae, m. m. s.

† Ego Raphael Bettanio, consiliator Jadrae, m. m. s.

† Signum suprascriptorum Preste et Cosae, judicum, qui haec rogauerunt.

† Ego Papo de Petrona, iudex, m. m. s.

† Ego Bartholomaeus de Dumin, examinator, m. m. s.

Ego Petrus Scandolarius, Presbiter sancti Appolinari Jadrae, notarius, his praedictis interfui, et rogatus, ut audiui, hanc cartam scripsi, roboraui, et signo consueto signaui."

Ego Gabriel Paulinus, notarius et Ducalis aulae Venetiarum Cancellarius, praedictis interfui, et rogatus scripsi, compleui et roboraui.

Ego Joannes de Varago, sacri palatii notarius, hoc exemplum sumptum ex autentico praedicti Gabrielis Paulini notarii, nil addens uel minuens, quod sententiam mutet, bona fide, ut comperii, scripsi, exemplaui et signo meo et nota corroboraui de mandato domini Raynerii Geno, incliti Ducis Venetiarum, currente anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione decima quarta, mensis Aprilis die decimo tertio intrante, in palatio Ducatus Venetiarum.

CCCXX.

Commissio legatorum Ragusii de reconcilianda pace.

A. d. 1251, die 15. m. Decembris.

Insertam invenies hanc Commissionem pacto sequenti, nr. CCCXXI.

CCCXXI.

Pactum Ragusii.

A. d. 1252, m. Martio.

Liber Pactorum IV, 256.

Andreas Dandulus l. l. p. 360: *„eodem anno Ragusini, qui Duci aliqualiter rebellaverant, missis nuntiis a Duce ad pristinam subjectionem pie recepti sunt“.* Renovantur hoc Pacto, quae a. 1236 stipulata erant. Cfr. hujus ipsius anni Pactum, nostrae Collectionis nr. CCXCII.

In nomine Dei æterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense Martii, decimæ indictionis.

Cum nobiles viri Dabrane de Lampredio, Cerna de Vitana, Theodorus de Bodatia, et Goislauus Theodori Crosii, nuntii et procuratores ciuitatis Ragusii, ad praesentiam illustrissimi domini Marini Mauroceni, Dei gratia Venetiarum, Dalmatiae atque Chroatiae Ducis, domini quartae partis et dimidiae totius Imperii Romaniae, accessissent nomine et vice ejusdem civitatis Ragusii, petentes concordiam et pactum et reconciliationem, domino Duci et communi Venetiarum ostendentes commissionem, quam habebant super hoc in hunc modum:

„Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense Decembris, quinto decimo die intrante, indictione decima, in ciuitate Ragusii, ordinata curia cum sonitu campanae. Nos quidem jurati judices Ragusii Grubessa Gundulae, Michael Pezane et Pasqua Joannis de Gradc, et nos consiliarii de paruo et magno consilio, Veleius Bladimiri, Petrus Balislaue, Bubanna Petri, Petrus Srette, Mengatia Lampri, Calenda Triphonis, Lampremo, Calenda Cernete, Dommana Guerraerii, Michael Burzole, Mathias Balatiae, Paschalis Theodori, Petrus Mathaei, Joannes Pecurarius, Velcassus Joannis, Lucarus Calendae, Andreas Zreue, Petrus Joannis Bogdani, Petrana de Bonda, Marinus Binzolae, Dimitrius de Menze, Sersus Clementis, Matthaeus Veresti, Andreas

Benesse, Proculus Michael, et caeteri consiliarii, et nos uniuersum commune Ragusinae ciuitatis committentes committimus vobis, namque nobilibus viris Dobranae de Lampredio, Cernae de Vitana, Theodoro de Bodatia et Goislauo Theodori Crossii, dilectis concivibus et nuntiis nostris, et plenam commissionem vobis facimus plenamque virtutem et potestatem vobis damus, ut, quicquid vos dixeritis, uel feceritis, uel statueritis, seu firmaueritis cum domino nostro Duce Venetiarum et suo consilio, et nos habebimus firmum et ratum. Et ad hoc, quod, quicquid uos prænominati nuntii nostri dixeritis, vel feceritis, vel statueritis, seu firmaueritis cum domino nostro Duce Venetiarum et suo consilio Venetiarum, nos prænominati judices, consiliarii et uniuersum commune Ragusinae civitatis firmum et ratum habeamus.

Marcholus de Ursatio, juratus vicarius noster, super animas nostras, et omnium hominum Ragusii, et super suam animam per nostram voluntatem ad sacrosancta Dei euangelia juravit et affirmavit hoc.

Haec autem carta commissionis et potestatis in sua firmitate permaneat, et nullo testimonio rumpi possit.

Ego Presbyter Paschalis et communis Ragusii notarius juratus, scriptor sum et testis, scripsi, complevi et roboravi solitoque signo signavi."

Idem dominus Dux ad petitionem eorum condescendit, et concordia et pactum usque ad tres annos et tantum plus, quantum voluntas domini Ducis Venetiarum fuerit, inter utramque partem initum est et firmatum in hunc modum:

Nos Ragusinorum nuntii iam dicti, per commune nostrae civitatis transmissi, a quo fuit provida deliberatione inventum[1]) pro eo, quod terrae nostrae videtur plurimum fructuosum, quod Venetiarum domino[1]) subderemus, petimus, ut nobis ad voluntatem vestram Comitem concedatis. Haec enim, quae continentur inferius, vult terra nostra Ragusii observare.

[1]) Cfr. supra p. 329. 330.

Ragusini semper Archiepiscopum eligent de Venetiis et habebunt, a Gradu videlicet usque Caput Aggeris. Et si dominus Dux a domino Papa poterit obtinere, quod Archiepiscopatus Ragusii Gradensi ecclesiae subponatur, ejus electionem praesentabunt domino Patriarchae Gradensi, confirmationem electionis postulantes; et confirmatione facta veniet electus ad sedem Patriarchalem, et consecrationem de manu sua accipiet, facietque ei fidelitatem, reverentiam et obedientiam debitam ei exhibere promittens.

Praeterea statuimus, quod idem Archiepiscopus jurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis, nisi pro eis remanserit; et sic facient omnes Archiepiscopi, qui in perpetuum erunt in Ragusina sede, Ducibus, qui per tempora erunt.

Clerus autem ter in anno, in Nativitate Domini, in Pascha resurrectionis et in festo St. Blasii laudes cantabunt in majori ecclesia solempniter domino Duci, domino Patriarchae, Archiepiscopo suo et Comiti omni anno; propter quod benedictionem recipient (h)yperperos tres: unum a nobis Duce, alterum ab Archiepiscopo et tertium a Comite.

Habebunt quoque Ragusini semper Comitem et Comites de Venetiis, quem vel quales dominus Dux cum majori parte sui consilii eis dare voluerit, qui jurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis; et sic facient omnes Comites, qui erunt per tempora, in perpetuum.

Jurabunt autem et omnes homines comitatus a tresdecim annis et supra fidelitatem domino Duci et successoribus suis, et ipsa fidelitatis sacramenta renovabunt singulis annis decem.

Jurabunt quoque fidelitatem Comiti omnes et Comitibus omnibus futuris in perpetuum, salva fidelitate domini Ducis, ad honorem Venetiarum et salutem Ragusii, cum bono et honore ac salvatione Venetiarum.

Et si forte contigerit, dominum Ducem, vel successores suos Ragusium applicare, recipient eum honorifice, ac illum procurabunt, et nuntios suos similiter. Et si dominus Dux voluerit hospitari in domo Archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam et voluntatem; sin autem, dabitur ei domus honorabilis, usque dum steterit ibi: et nuntiis suis decentem domum pro hospitio assignabunt.

Et quoticus fecerit Venetia exercitum usque Dyrachium, et a Dyrachio et infra usque Brundusium, et a Brundusio et infra, sicut Venetia faciet, sic facient Ragusini secundum numerum virorum suorum. Si vero exercitum fecerit a triginta lignis armatis et supra, quae debeant transire Dyrachium et Brundusium, facient inde Ragusini tricesimam partem, et stabunt in servitio Venetiarum, usque dum steterit exercitus Venetiarum.

Tollent namque Ragusini de omnibus navibus extraneorum, quae illuc applicuerint ad portum faciendum, illam rationem, quam Venetia tollit *[de]* extraneorum navibus, dividentque illam in tres partes; de quibus unam dabunt Archiepiscopo, aliam Comiti, et tertia sit communis Ragusii.

Omnes, qui erunt amici Venetiarum, Ragusini illos pro amicis habebunt; et omnes, qui erunt inimici Venetiarum, Ragusini illos pro inimicis habebunt. Et non recipient Cacichios, neque Dalmesanos, vel alios grossarios et praedatores sive raubatores in civitate Ragusii vel ejus districtu, neque eis dabunt aliqua victualia. Et si Venetia miserit contra Cacichios et Dalmesanos galeas ad offendendum eos, Ragusini similiter tunc mittent ad offendendum eos lignum quinquaginta hominum, decenter armatum. Et omnibus aliis grossariis et praedatoribus sive raubatoribus maris facient guerram, et eos offendent, bona fide, sine fraude, a Dyrachio et infra usque Venetias.

Dabunt quoque Ragusini omni anno in festo omnium Sanctorum domino Duci pro regalia (h)yperperos duodecim, et

communi Venetiarum in Venetiis (h)yperperos auri veteres recti ponderis centum, et Comiti suo in eodem termino (h)yperperos quadringentos de suo communi, et omnes alios introitus et honorificentias comitatus consuetas, excepto introitu salis.

Obsides autem dabunt Ragusini duodecim de duodecim parentatibus nobiliorum illius terrae, moraturos semper sex obsides in Venetiis ad expendium Ragusinorum in medio anno, et alios semper in medio anno in concambio. Et si aliquis eorum moreretur vel fugerit, dabunt alium in loco ejus.

Jurabunt autem Comes Ragusii et antepositi in aliquo officio civitatis et unusquisque insuper pro suo capite, se sic omnia servaturos, nisi remanserit per dominum Ducem et majorem partem sui consilii. Et fideles erunt domino Marino Mauroceno, inclyto Venetiarum Duci, usque dum vixerit in Ducatu.

Et haec sacramenta renovabunt Ragusini, quisque pro suo capite, in omnibus suprascriptis singulis annis decem.

Praeterea Ragusini de mercibus Romaniae, quas Venetias apportaverint, dabunt in Venetiis communi Venetiarum quinque pro centenario, et de mercibus ultramarinis et terrae Aegypti, Tunixi et Barbariae, solvent quintum; et de mercibus Regni Siciliae et Apuliae solvent quadragesimum communi Venetiarum: salvo, quod homines Ragusii non debeant ire in Regnum Siciliae et Apuliae, si prohibitum fuerit hominibus Venetiarum, ne vadant in Regnum Siciliae et Apuliae; et quod homines Ragusii de mercibus, quas detulerint Venetias de Regno Siciliae et Apuliae, illud datium communi Venetiarum in Venetiis dare et solvere debeant, et teneantur, quod constitutum est, vel de caetero fuerit constitutum per dominum Ducem et commune Venetiarum solvendi et dandi ab hominibus Venetiarum in Venetiis communi Venetiarum pro datio dictarum mercimoniarum, quas Veneti Venetias apportarent de Regno Siciliae et Apuliae; et hoc sane intelligatur, si datium constitutum plus

fuerit, quam quadragesimum, cum superius contineatur, quod homines Ragusii de mercibus Regni Siciliae et Apuliae debeant solvere quadragesimum communi Venetiarum.

De mercibus vero Sclavoniae in Venetiis nihil solvere debeant.

Et tantummodo cum quatuor navigiolis a septuaginta milliariis et infra debeant Ragusini Venetias venire per annum; et si aliter Ragusini Venetias venerint, solvent quintum de omnibus mercibus Romaniae, quas Venetias apportabunt.

Et tam per guerram, quam per pacem licitum est Ragusinis ire ad mercandum a culfo Coranti infra. In aliis vero partibus vetitis per dominum Ducem Venetiarum ire non debeant Ragusini, nisi secundum quod fecerint Veneti.

Item ab Ancona istac per totam Riveriam et a Palmentaria istac per totam Riveriam ipsi Ragusini non facient portum, nisi occasione accipiendi victualia causa ducendi Venetias. In Venetiis vero non debent facere Ragusini mercatum cum foristeriis.

Et haec concordia et pactum amodo usque ad tres annos completos firmatum est, et ab utraque parte debet firmiter observari, et tantum plus, quantum placuerit domino Duci Venetiarum.

Insuper nos jam dicti Dobrane de Lampredio, Cerne de Vitana, Theodorus Bodatiae, et Goislauus Theodori Grossii, nuntii et procuratores civitatis Ragusii, per nos et dictum commune Ragusii juramus ad sancta Dei euangelia super animas nostras et animas omnium hominum Ragusii, hanc concordiam et pactum, ut dictum est superius, firmum et ratum habere, et nullo modo contravenire, et quod dabunt operam, quod haec omnia observentur.

In huius autem rei testimonium, et ut haec magis robur obtineat firmitatis, praesens pactum et concordiam iussit dictus dominus Dux sui sigilli munimine roborari.

Data Venetiis in palatio Ducatus in Riuoalto, urbe felici, per manum Gabrielis Paulini, notarii nostraeque curiae Cancellarii feliciter. Amen.

CCCXXII.

Concessio Canee, facta per dominum Marinum Maurocenum, Ducem Venecie, et eius successores, fidelibus Venetis.

A. d. 1252, die 29. mensis Aprilis.

Liber Albus fol. 81. Liber Pactorum III, 153. Flam. Cornelius „Creta sacra“ II, pag. 274.

Andreas Dandulus l. c. p. 360: *„eodem anno, cum Veneti, qui ad submittendum Graecos in Cretam missi fuerant, eorum ferocitatem viriliter conculcassent, nunc Dux regionem nominatam Puncta de Spata, ab illis hostiliter subtractam, nobilibus Venetis et popularibus possidendam in feudum concessit et civitatem Caneae de novo fundari mandavit“*. Cfr. Laur. de Monacis l. c. p. 251.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense Aprilis, die penultimo, indictione decima.

Nos Marinus Maurocenus, Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroatie Dux, dominus quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie, cum nostris iudicibus et sapientibus conscilii, collaudactione Venecie in publica contione, cum nostris successoribus damus et concedimus uobis, dillectis fidelibus nostris Venetis, quorum nomina scripta habentur inferius, septuaginta quinque militias ex nonaginta militijs, que debent fieri secundum ordinamentum factum per nos et nostrum conscilium de terra Puncte de Spata insule Crete, que modo libera est, et que erit tempore, quo uos ibidem vixeritis et fueritis cum exercitu nostro presenti, uidelicet a risa Flaschee[1]) usque ad aliud mare uersus austrum, et inde usque ad Punctam de Spata, computando et ponendo terram de pertinentijs Gauzi in ipsis nona-

[1]) Flatheae LP.; Frasche Corn. Lege Fraschee.

ginta militijs. Que quidem septuaginta quinque militie uobis dari debent et consignari et diuidi et partiri inter uos per nostrum capitaneum et eius conciliarios, qui erunt ibi pro nobis et comuni Venecijs, retinentes ex dictis nonaginta militijs quindecim militias in nostro comuni ad dandum et faciendum ex ipsis quindecim caualariis, secundum quod ipsi capitaneo et eius consciliariis uel capitaneo et uni ex suis consciliarijs bonum et utile uidebitur pro nostro comuni; ita tamen, quod eas quindecim caualarias possint dicti capitaneus et eius consciliarii accipere, sicut eidem capitaneo et suis consciliarijs uel ipsi capitaneo et uni ex consciliariis eius placuerit, et dare, cuicunque uoluerit, antequam terra sit acquisita. Verum si ante acquisitionem terre date et concesse non fuerint predicte quindecim cauallarie, uel que remanserit ex ipsis quindecim caualarijs, debeant dicti capitaneus et consciliarij eius diuidere et partiri equaliter cum dictis septuaginta quinque militijs nostris militum et sergentum inter comune et uos milites et sergentes; ita, quod remaneant quindecim caualarie in nostro comuni, ut dictum est, et septuaginta quinque in uobis militibus et sergentibus, que uobis militibus et sergentibus concesse sunt a nobis, ut dictum apud Venecias.

Cum itaque a nobis ordinatum sit, quod ciuitas fieri *debeat* in dicta terra Puncte de Spata, et dicto capitaneo et consciliariis iniunxerimus et comiserimus, quod ciuitatem Chanee rehedificare, uel aliam ciuitatem in dicta terra Puncte de Spata de nouo construere et hedifichare in loco, quo ipsi capitaneo et eius consciliarijs uel eidem capitaneo et uni ex suis consciliariis placuerit et bonum et utile uidebitur, debeant, accipiendo ante partem in circuitu dicte ciuitatis terram per tria miliaria de numero dictarum militiarum nonaginta, medietas cuius terre debet esse comunis Venecie; et aliam medietatem deberet capitaneus cum suis consciliarijs uel uno eorum diuidere et partiri inter predictas militias nonaginta, consignando uobis militibus

et sergentibus partes uestras secundum rationem nonaginta militiarum. Quas quidem partes et in ciuitate et extra, que uobis fuerint consignate, ex nunc uobis damus et concedimus. Et sciendum est, quod, sicut comisimus dicto capitaneo et eius consciliarijs, debet idem cum suis consciliariis uel altero eorum accipere ante partem in ciuitate pro comuni plateas pro domo et domibus comunis et ruga magistra[1]) et ecclesia seu ecclesijs et municionibus hedificandis, sicut eidem capitaneo et suis consciliarijs uel ipsi capitaneo et uni ex ipsis consciliariis bonum uidebitur; et muros dicte ciuitatis facient capitaneus et consciliarii hedificari, et pro ipsis hedificandis et foueis civitatis seu alijs munitionibus faciendis rusticos dictarum partium habere et angarizare debent, scilicet unum rusticum pro qualibet militia, sicut idem capitaneus et sui consciliarii uel ipse capitaneus et unus illorum uoluerint.

Jurisdictionem uero ciuitatis et totius districtus Puncte de Spata et hujus . . .[2]) ut superius designatum et determinatum est, regalia, comerela, datia, exactiones et cetera dictus capitaneus et consciliarii ordinare debent, sicut eidem capitaneo et eius consciliariis, uel ipsi capitaneo et uni ex ipsis consciliarijs uidebitur; que omnia debent esse comunis Venecie. Et portus maris et arsana et porte ciuitatis et introitus[3]) debet esse similiter terras Venecie.

Item predicti capitaneus et consciliarii debent accipere de omnibus suprascriptis nonaginta caualarijs a centum tulanis infra comuniter pro utilitate dicte terre de circa ciuitatem ante partem pro comuni[4]), sicut ipsi capitaneo et suis consciliarijs uel eidem capitaneo et uni ex consciliarijs bonum apparuerit.

---

[1]) Sic LP. In LA. magr̃a.

[2]) Locus depravatus; huius capitaneus LP.; h. capita uaie LA.; capita uaria Corn.

[3]) intrastus Corn. Emende: introitus terre debent esse sim. Ven.

[4]) Locus salebrosus, nobis immeabilis.

Item potestatem habere debet dictus capitaneus simul cum consciliarijs suis uel altero eorum franchandi usque quinquaginta personas pro utilitate . . .[1]); in quo numero computari debent illi, quibus concesse fuerint suprascripte quindecim caualarie comunis uel pars ipsarum.

Vos autem milites, quibus concesse sunt dicte militie, tenemini et estis astricti uinculo iuramenti, uobiscum a Venecиis Cretam ducere et portare et habere et tenere duos equos pro qualibet caualaria: videlicet de precio librarum octuaginta denariorum Venet. ad minus, et alium de precio librarum quinquaginta ad minus; qui equi debent esse de tempore trium annorum; et inde superius tenemini infra mensem unum et dimidium, postquam Cretam intraveritis, tertium equum habere pro qualibet caualaria, nisi dictum equum tertium pro cauallaria qualibet a Venecia conduxeritis Cretam ad presens, qui sit pretio librarum uiginti quinque ad minus.

Item quilibet uestrum conducere, habere et tenere debet unum sergentem conuenientem, et bonum equitem armatum ferro, et alios tres scutiferos bene armatos ferro et de omnibus alijs armis conuenientibus pro qualibet caualaria; et pro utilitate istorum scutiferorum debet habere unusquisque uestrum balestras duas de cornu bene redatas, ex quibus scutiferis debent esse ad minus duo sufficientes pro balestra; qui scutiferi debent esse Latini et a uiginti annis superius et quinquaginta inferius. Et quilibet uestrum debet esse bene armatus ferro et armis omnibus conuenientibus militi; et debetis habere equum unum bene guarnitum de cohopertura ferrea uel zupe pro qualibet caualaria; et quilibet miles ex uobis, qui duas militias habetis, insuper debet habere et tenere unum bonum socium et conuenientem.

---

[1]) Lacuna. In margine Lib. Pact. „*et deficiebat in exemplo*". Deest „*dicte terre*".

Vos autem, sergentes inferius scripti, qui mediam militiam habetis, pro qualibet similiter tenemini et estis astricti uinculo sacramenti, uobiscum a Venecijs Cretam conducere et portare et habere et tenere equum vnum precio librarum quinquaginta ad minus, et scutiferos duos; et tenemini infra mensem vnum et dimidium, postquam Cretam intraueritis, unum alium equum habere et tenere, qui sit precio librarum uiginti quinque ad minus. Et quilibet uestrum debet esse bene armatus ferro et omnibus alijs armis conuenientibus. Et sic nos milites et sergentes debetis ire et stare ad seruitium nostrum et comunis Venec. in insula Crete in dictis partibus Puncte de Spata ad acquirendum terram ipsam, Domino concedente.

Et hec omnia, que dicta sunt, debent fieri et obseruari a uobis militibus et sergentibus a die primo, quo Cretam intraueritis[1]), usque ad annos duos complectos; quibus duobus annis complectis abinde tenemini seruire, guarnire, habere et tenere uestras caualarias secundum formam concessionis et capitularis tam obediencie, quam aliorum, que scripta et ordinata sunt tempore presenti in Creta pro militijs militum de Creta et facto ipsorum militum.

Vos autem a nobis et comuni Venecijs pro duobus predictis annis pro soldo et salario nostro pro qualibet caualaria debetis habere libras septingentas denariorum Venetorum, de quibus hic in Riuoalto recepistis ad presens libras quatuorcentas pro unaquaque caualaria; et apud Cretam debetis recipere et habere alias libras trecentas de hauere comunis Venecie in principio secundi anni pro qualibet caualaria.

Sciendum est, quod nullus miles habere debet plures de duabus caualarijs ullo tempore aliquo modo uel ingenio; et aliqua parentella non potest habere nec debet ultra quatuor caualarias de ista terra Puncte de Spata.

---

[1]) iunxeritis Corn. LP.

Item ordinatum et firmatum est, quod pro mutuo, quod aliquis uestrum militum et sergentum acceperitis pro dicto facto, non sint ullo modo obligate dicte militie et sergentarie; nec creditores pro ipsis debitis possint nec debeant ullo tempore regressum habere super ipsis militijs et sergentarijs uel arnesijs ipsarum; nec ipsas militias uel sergentarias uel partem ipsarum uel arnesia possint habere dictorum debitorum occasione aliquo modo uel ingenio.

Item ordinatum est et firmatum per uos, milites et sergentes, de denarijs, quos recepistis hic in Riuoalto a nobis et nostro comuni pro soldo et salario nostro et de libris quatuorcentis, quas ponere debetis pro qualibet caualaria, antequam exeatis de Veneciis, quod debeatis facere rationem cum nobilibus uiris, qui presunt de nostro nostrique conscilii mandato isti negociationi; et omnes denarios ipsos uel illos, qui ex predictis denariis uobis superfuerint ab expensis, debetis ponere et assignare in manibus predictorum nobillium; qui denarii debent dari et assignari in manibus capitanei, (unde) quem mittimus ad dictas partes Puncte de Spata cum presenti exercitu; et idem capitaneus denarios, quos receperit, uobis militibus et sergentibus, quibus fuerint denarii, uel nuntijs certis debet reddere et consignare apud Cretam, postquam ibi iunxeritis, quandocunque sibi postulati fuerint, infra octauum diem; et uos tenemini ipsos denarios expendere pro utilitate istius facti pro acquisitione dicte terre infra duos annos predictos, si fuerit opportunum; nec ipsos denarios dare uel ponere uel expendere debetis in alijs factis infra dictum terminum duorum annorum, nisi terra fuerit acquisita. Verum quandocunque terra acquisita fuerit infra tempus predictorum duorum annorum, liceat uobis facere, quod uolueritis, de ipsis denarijs: et sic estis astricti iuramento faciendi et obseruandi.

Item iurastis quidem ad euangelia sancta Dei, bona fide, sine fraude attendere et obseruare omnia precepta mea, que-

cunque nos Dux Venecie uel successores nostri pro maiori parte nostri conscilii uobis fecerimus pro facto insule Crete, aut fieri fecerimus, et ea, que capitaneus uel alius rector seu rectores cum suo conscilio, qui fuerint per tempora antepositi in terra ipsa per nos Ducem et successores nostros et maiorem partem nostri conscilii, pro factis ipsius insule uobis fecerit; et dabitis operam et fortium, ut alij Veneti, qui partem habebunt in pertinencijs supradictis in Creta, consimile faciant iuramentum.

Ad iusticias et raciones complendas fortium dabitis capitaneo, rectori uel rectoribus, qui ibidem fuerint pro tempore pro nobis et comuni Venecie. Insuper autem nobis et successoribus nostris estis uinculo fidelitatis astricti, et saluare, custodire, manutenere et defendere insulam suprascriptam contra omnem hominem ad honorem nostrum et successorum nostrorum et Venecie; et sic debebunt astringere filij uestri uel successores post decessum uestrum infra unum annum, si etatem habuerint; et si etatem non habuerint, debebunt dimittere hominem in loco, usque dum peruenerit ad etatem, in prouidentia capitanei uel rectoris suique conscilii, qui ibidem erunt pro tempore pro nobis et comuni Venecie. Illi uidelicet uestri heredes uel successores, qui illas uestras militias et sergentarias medie militie habebunt, et illi, in quibus erunt alienate, quas nec uendere nec alienare debetis, nisi Venetis, et eis etiam non sine consensu capitanei uel rectoris et sui conscilii, qui ibidem erunt pro tempore pro nobis et comuni Venecie; et in loco vestri alium dimittere vel constituere non debetis sine consensu capitanei vel rectoris suique conscilii, qui erunt ibidem pro tempore pro nobis et comuni Venecie.

Hij sunt milites, quibus concessimus milicias suprascriptas septuaginta quinque.

Jacobo Georgio de sancto Samuele . . . . . militias duas.
Jacobo Teonisto de sancto Thoma . . . . . militias duas.
Andree Sisinulo de sancto Fantino . . . . . militias duas.

Çacharie Raguseo de sancto Apostolo . . . . militias duas.
Juliano Çancharolo[1] de sancta Marina . . . militias duas.
Raynerio de Canalis de sancto Felice . . . . militias duas.
Marino Çane[2] de sancta Maria, matre Domini, . militias duas.
Petro Cauco de sancto Blaxio . . . . militias duas.
Marco Justiniano de sancto Pantaleone . . . militias duas.
Justiniano Justino de sancto Luca . . . . . militias duas.
Andree Baroçio de sancto Moyse[3] . . . . . militias duas.
Marino Michaelis de sancto Cassiano . . . . militias duas.
Johanni Foscari[4] de sancto Paulo . . . . . militias duas.
Phylippo de Molino sancti Heustadii . . . . . militias duas.
Nicolo de Molino de sancto Geruasio . . . . militias duas.
Petro Criçacanepo[5] de sancto Hermacora . . militias duas.
Raphaeli Contareno de sancta Marina . . . . militias duas.
Phylipo Cornario de sancto Felice . . . . . militias duas.
Johanino Dandulo de sancto Saluadore . . . militias duas.
Marino Quirino de sancta Justina . . . . . militias duas.
Petro Çane de sancto Stephano confessore . . militias duas.
Jacobo Magino de sancto Samuele . . . . . militias duas.
Johanni Michaeli de sancto Johanni Grixostomo militias duas.
Jacobo Maçamano[6] de sancto Thoma . . . . militias duas.
Jacobo de Canalis[7] de sancto Felice . . . . militias duas.
Marino Georgio de sancto Angelo . . . . . militias duas.
Carlo de Laurentio de sancto Geruasio . . . militiam vnam.
Natali de Porto de sancto Martiali[8] . . . . militiam vnam.
Michaeli Geno de sancto Canciano . . . . . militiam vnam.
Johanni Gradonico de sancto Paterniano . . . militiam vnam.
Henrico Fusculo de sancto Apostolo . . . . militiam vnam.

---

1) Zanchariolo LP.
2) Janoe LP.
3) Baroccio Corn.; Bauzio LP.
4) Foscaro C.; Fuscareoo LP.
5) Carazacanepo Corn.
6) Mazamao LP.
7) de Chaoali Corn.; Canali LP.
8) Marciale C.; Martiale LP.

Marino Beligno[1]) de sancto Cassiano . . . . militiam vnam.
Matheo Raguseo de sancto Vitali . . . . . militiam vnam.
Symeoni Venerio de sancto Jeremia[2]) . . . . militiam vnam.
Nicolao Çancharolo[3]) de sancta Maria noua . . militiam vnam.
Petro Navigario[4]) de sancto Joanni nouo . . militiam vnam.
Andree Gerardo de sancto Paulo . . . . . militiam vnam.
Michaeli Signolo de sancto Vito . . . . . militiam vnam.
Bartholomeo Calbano de sancto Petro de Casteli[5]) militiam vnam.
Angelo Francho[6]) de sancto Moyse . . . . militiam vnam.
Johanni Pantaleo[7]) de sancto Luca . . . . . militiam vnam.
Laurentio Massulo de sancto Vitali . . . . . militiam vnam.
Comes Pitulo de sancto Raphaeli . . . . . militiam vnam.
Johanni Çanchani[8]) de sancto Johanni decollado[9]) militiam vnam.
Phylipo de Aibolo[10]) de sancta Fusca[11]) . . . militiam vnam.
Marino Galma[12]) de sancto Symeone propheta militiam vnam.

Et isti infrascripti sunt sergentes, quibus concesse sunt sergentarie in mediam militiam pro quolibet:

Nicolao Orçario[13]) de sancto Johanne euangelista militiam mediam.
Matheo de Meç de sancto Paulo . . . . . militiam mediam.
Jacobo Balistario de sancto Juliano . . . . militiam mediam.
Jacobo Mudatio[14]) de Maioribus . . . . . militiam mediam.
Bonacurso Roso[15]) de sancto Samuele . . . militiam mediam.
Ade Aurifici de sancto Samuele . . . . . militiam mediam.

† Ego Marinus Mauroceno, Dei gratia Dux, manu mea subscripsi.

† Ego Marcus Geno, judex, manu mea subscripsi.

[1]) Belligno LP. Corn.
[2]) Hier. Corn.
[3]) Zancariolo LP.
[4]) Nauaiorio LP.; Navagerio Corn.
[5]) Calbo .. Castello Corn.; de Calbano LP.
[6]) Franco LP.
[7]) Pantalio LP.
[8]) Zantani de s. J. Decolato LP.
[9]) Joan. Decolado Corn.
[10]) Arbolo LP.
[11]) Fuscha LP.
[12]) Galina LP.; Gamalde Corn.
[13]) Cuzario LP.
[14]) Mudacio Corn.
[15]) Bonacurso Risa LP.; Rosso Corn.

† Ego Johannes Justiniano, judex comunis, manu mea subscripsi.

† Ego Petrus de Molino[1]), consciliario, manu mea subscripsi.

† Ego . . . . . ., auocator comunis, manu mea subscripsi.

† Ego Stephanus Marioni, kamararius, manu mea subscripsi.

† Ego Cornario[2]), consciliario, manu mea subscripsi.

† Ego Marinus Cassulli[3]), consciliarius, manu mea subscripsi.

† Ego Angelus Maurocenus, consciliarius, manu mea subscripsi.

† Ego Stephanus Justiniano manu mea subscripsi.

† Ego Jacobus Basilio manu mea subscripsi.

† Ego Johannes de Canalis manu mea subscripsi.

† Ego Petrus Gradonico manu mea subscripsi.

† Ego Phylipus Juliano mann mea subscripsi.

† Ego Marcus Faletro manu mea subscripsi.

† Ego Johannes Premarino manu mea subscripsi.

† Ego Angelus Mauroceno manu mea subscripsi.

† Ego Leonardus Quirino manu mea subscripsi.

Ego Gabriel Paulinus, notarius et Ducalis aule Venecie Cancellarius, compleui et roboraui.

Post haec anno et indictione suprascriptis die quinto decimo intrante, suprascripto mense Maji, nos Dux similiter dedimus et concessimus vobis, Geruasio Sagornino de sancto Samuele et Marco Agadi de sancto Cassiano, duas militias, scilicet unam unicuique uestrum; que quidem militie prius a nobis fuerant concesse suprascripto Justiniano Justino, quas postmodum in manibus uestris refutauit: pro quibus militiis

---

[1]) Mulino Corn.

[2]) Marcus Corn. LP.

[3]) Casullo LP.; Cassuli Corn.

nobis promissionem et sacramentum fecistis et manifestastis, ut suprascripti milites nobis fecerunt pro militiis suis suprascriptis.

CCCXXIII.

Benedictus, vicarius Petri Episcopi Castellani in Negroponte, donat Madio, Priori s. Marci de Negroponte, quartam partem decimarum spectantium ad dictum Episcopum.

A. d. 1252, die 1. m. Novembris.

Flam. Cornelius Eccles. Venet. Tom. XIII, p. 231. Ex archivo Patriarchali.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem nativitatis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, indictione X, die primo mensis Novembris. In NIGROPONTE, in campo Venetorum; presentibus Johanne Sviano campsore, Andrea Capyopodi et aliis.

Ibidem presb. Benedictus, vicarius domini Episcopi Castellani, auctoritate ipsius domini Episcopi concessit presbytero Madio, Priori ecclesie s. Marci de Nigroponte, et vicario et clericis ipsius ecclesie predicte atque eorum successorum, quartam partem decimarum burgensium Nigropontis secundum tenorem et formam litterarum predicti domini Episcopi Castellani, quas misit ex parte sua predicto presbytero Benedicto, vicario suo in Nigroponte, quarum series ita continebatur:

„In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense Augusti, die tertio decimo intrante, indictione X. RIVOALTI. Presentibus presbytero Marco, plebano s. Geminiani, presbytero Gumberto, qui moratur apud ecclesiam dicti s. Geminiani, et aliis Venetis.

Pater dominus Petrus, Dei gratia Episcopus Castellanus, comisit et liberam potestatem dedit presb. Benedicto s. Pauli, vicario suo in Nigroponte, licet absenti, concedendi et dandi

quartam partem decimarum burgensium decedentium in Nigroponte vicario et clericis s. Marci Nigropontis, usque ad beneplacitum voluntatis ejusdem domini Episcopi, promittens, se ratum et firmum habere, quiequid dictus presb. Benedictus inde duxerit faciendum.

Actum est hoc in cella s. Geminiani.

Ego Dominicus Finus, presb. plebanus s. Paterniani et not., interfui, et jussu dicti domini Episcopi subscripsi, complevi et roboravi.

Ego Tebaldus de Coramellis, de civitate Verone, not., interfui et rogatus scripsi.

L. S. Ego Johannes Fingero de Saracenis de Clugia, publicus Imperiali auctoritate not., hoc exemplum sumptum ex originali autentico fideliter exemplavi, et ipsum cum presb. Petro sanctorum Apostolorum infrascripto notario auscultavi, et quia per omnia concordabat cum ipso, de mandato ven. patris domini Bartholomei, permissione divina Episcopi Castellani, in publicam formam redegi, anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense Aprilis, die sexto exeunte, indictione duodecima. Venecus, in Episcopali palacio, presentibus discretis viris: Petro Staniaro, plebano s. Eustadii, et Marco Quirino capellano, et Martino, familiare ipsius domini Episcopi, nil addens vel minuens, quod sententiam mutet; complevi et roboravi.

L. S. Ego Petrus, sanctorum Apostolorum presb. et not., hoc exemplum, per suprascriptum notarium exemplatum, cum autentico fideliter auscultavi, et quia in omnibus concordabat cum ipso, me in testem subscripsi, et signum meum consuetum apposui.

CCCXXIV.

Innocentii IV exhortatio ad induendam crucem per Pantaleonem Justinianum, Venetum, in Patriarcham Cp. electum.

A. d. 1253.

Raynaldi ann. eccles. a. 1253, §. 53: *„Absolvamus huius anni periodum, collocatis hoc loco orientalis Imperii rebus: quae cum ingravescente Graecorum potentiâ fractae admodum essent, Innocentius ad eas erigendas apostolicas curas intendit. Cum enim Pantaleonem Justinianum, patricium Venetum, capellanum suum, ad Patriarchatum Constantinopolitanum extulisset, mox illi excitandi pro concione ad induendam crucem Veneti populi munus demandavit, ut comparatis validissimis copiis ad fulciendum Imperium, cum quo res Christiana grave adibat discrimen, prosilirent:*

Inter caetera, *inquit* [lib. 11, ep. 26 ad marg.], desiderabilia cordis nostri Constantinopolitani liberationem Imperii principaliter affectantes, ad eam vigili solertia non cessamus intendere; ac ut iuxta nostri desiderii plenitudinem valeat auctore Domino provenire, continuae diligentiae studium adhibemus.

Et infra: Quia tamen ipsius ecclesiae corpus ex membri tam chari, videlicet Imperii praefati, carentia notam probrosae deformitatis incurreret, et sustineret debilitatis dolendae iacturam, firma intentione proponimus eidem Imperio efficaci subsidio subvenire.

Demum adiungit, amplissimarum indulgentiarum ex sacro Christi meritorum aerario stipendia consecuturos omnes, qui tam iustam causam armis susceperint defendendam.

Tum permisit [ib. ep. 29] *eidem Patriarchae, ut ad cogenda pro sustinendis bellicis sumptibus aliqua pecuniarum subsidia, mille nimirum marchas sterlingorum mutuo accipiendas, bona ecclesiarum Constantinopolitani Imperii oppigneraret. Illum vero et ob egregias virtutes, quibus ornatus erat, et ob enixissimam Venetorum commendationem ad Patriarchatum evectum ostendunt literae Pontificiae, quibus Innocentius nobilissimae illius reipublicae strenua in Sedem apostolicam studia ita collaudavit* (lib. 10, ep. cur. 37):

Ut in te providae circumspectionis deflectamus intuitum, haee specialiter suggerunt inter multa, devotio videlicet Veneti populi, uude te natales conspicui produxerunt, quae ecclesiae Romanae foedere inconcusso cohaerens ab eius obedientia nunquam euelli funditus potuit, inundatione quaeunque in fundamentum catholicae fidei pro tempore irruente.

Tum excurrit in Patriarchae laudes, quem Legati apostolici in exercitu Christiano atque in Imperio Constantinopolitano munere decoravit (lib. 10, ep. 816)*; eâ tamen lege, ut ab illo obeundo abstineret, cum Legatus a latere eo se contulisset: quo argumento ad Archiepiscopos, Episcopos caeterosque ecclesiasticos literas exaravit* (ibid. ep. 808)."

CCCXXV. CCCXXVI. CCCXXVII.

Pacta cum Melek Moys, Sultano Mamlukorum.

A. d. 1254; 1258.

Qui haec acta firmavit, est primus e Mamlukorum gente autocrator Aegypti, inde ab anno 1254., *Elmelik elmoïzz Izzedin Eibek.* Vocatur in altero documento *„Rex Biduinorum et Agimorum"*, i. e. Melik al arab wel adjem „König der Araber und Nichtaraber". Ibidem *Moisabat* sive *Mois Eibat*, i. e. Moïzz Eibak; *Sallay*, i. e. esSâlihî, quod nomen fert a domino priore MelikesSâlih Negmeddin Ejjub, de quo v. supra p. 416. Attigit haec paucis Hammer „Geschichte des osman. Reichs" II, pag. 665. — Noluimus vero haec documenta, quamquam diversis paulum natalibus, inter se dirimere, uti etiam in codicibus continuo conjuncta sunt.

CCCXXV.

Pactum Sultani Melek Moys cum Venetis.

A. d. 1254, die 13. m. Novembris.

Idem Soldanus reddit Venetos et mercatores saluos et securos per totum suum territorium et districtum, et quod conseruentur immunes secundum eorum priuilegia et consuetudines.

Liber Albus 206. Libri Pactorum I, 267. II, 15.

In nomine Domini. Preceptum ex parte Soldani.

Altus et gentilis Soldanus Rex, qui uocatur Moys Eleysi, Deus acrescat suum honorem et suam altitudinem. Et quod sit

per completum iussum Venetorum mercatorum, qui uia ueniunt et reddeunt per totam terram Egypti, quam Deus manuteneat et sustineat. Et hoc pactum firmum sit, quod est in istis Capitulis, et secundum quod est facta mentio in isto pacto; et stent firmi, secundum quod continetur in hoc pacto, et omnes euntes et redeuntes sint firmi in hoc pacto, secundum quod dominus Dux misit ad petendum per omnes Venetos.

Incipiunt Capitula pacti domini Soldani Babilonis, qui uocatur Melec Moys.

Capitulum. Quod mercatores Veneti sint salui et securi et suprasalui per totam terram Egypti et per totum suum Regnum, quod ipse dominatur per terram et per aquam, et a galeis suis, ueniendo, stando et redeundo, salui et securi in suis personis et suo hauere et eorum nauilio, et in suis mercimonijs, cum omnibus suis amicis, et omnibus, qui per eos se clamant de sua gente, tempore pacis et guerre.

Capitulum. Item, quod Veneti sint in terra Egypti et toto suo Regno, quod astringit dominus Soldanus, quem Deus acrescat et manuteneat, tempore guerre inter ipsum et Christianos, et quod sint liberi ire cum eorum personis, nauilio et suo hauere ad suam uoluntatem, secundum quod eis placuerit, sine ulla contrarietate.

Capitulum. Item, si aliquod lignum Venetorum magnum uel paruum passum fuerit naufragium per totam terram Egypti et totum suum Regnum, quod ipse dominatur dominus Soldanus, quem Deus manuteneat, et omnes Veneti sint salui et securi in personis et hauere et toto suo nauigio.

Capitulum. Item et, quod Venetis non accipiatur cuffum nec arsum[1]) in doana Alexandrie, secundum quod fuit consuetum.

Capitulum. Item Veneti non debent accipere quartum a doana, nec ab alia parte; set possint emere, ubicunque eis placuerit.

[1]) Cfr. notam p. 186.

Capitulum. Item omnibus Venetis dare non debeant mercimonia per forcium, nec doana, nec ab alia parte; set habeant potestatem emendi mercimonia, ubicunque eis placuerit, secundum suam uoluntatem.

Capitulum. Item, si aliquis cursator ceperit aliquem Sarracenum hodie, uel hinc retro, uel amodo ceperit in persona uel hauere, nullus Venetus retineatur propter hunc cursorem et mallefactorem, nec detineantur, nec aliquod dampnum recipere debeant in eorum personis et hauere; et possint ire cum personis suis et suo hauere, quandocunque eis placuerit, ad suam uoluntatem.

Capitulum. Item, si mercimonia inuenta fuerint falsa, antequam uendita fuerint, et testes fuerint super hoc, reddantur mercimonia domino, cuius fuerunt.

Capitulum. Item, si aliquis Venetus uel Sarracenus comparauerit aliquid unus ab altero, uel uendiderit unus alteri, quod dederit arram, sit firmum illud mercatum; et Turcimannus sit iudex inter uendictionem et comparationem, et facere debeat legaliter.

Capitulum. Item, quando mercimonia Venetorum incantauerint in doana, et fuerit completa illa incantatio, si mercator super se accipere uoluerit mercimonia illa, possit habere ipsa mercimonia super se per tantum, quantum ipse incantauerit; et postea habeat potestatem ipsa mercimonia portandi in fontica sua. Et si ipsa mercimonia amplius uendita fuerint de eo, quod super se acceperit, nichil de superfluo solui debeat. Et quodsi mercatores Sarraceni uoluerint de illis mercimonijs emere, que super se tenuerit, nullus possit eis contradicere ad emendum; et nullus, nec doana possit petere drictum de ementione ipsarum mercimoniarum, que sunt recordata.

Capitulum. Item, quando mercatores Veneti comparauerint et pesauerint mercimonia ab aliquo Sarraceno, et soluerint illa mercimonia, potestatem habeant portandi ipsa sua

mercimonia ad sua fontica, uel ad suum nauilium, aut ubi eis placuerit.

Capitulum. Item, quando Veneti comparauerint aliqua mercimouia, et soluerint rectum doane, possint portare ad suum nauilium; et non tollatur eis, nisi illud, quod est usus et custume.

Capitulum. Item, si aliquis Venetus fecerit debitum uel iniuriam alicui Sarraceno uel alijs, non impediatur Venetus alius pro eo, nisi propria persona illius, qui fuerit culpabilis, et non alius pro eo.

Capitulum. Item, si aliquis Venetus morietur, et fecerit testamentum, volumus, ut firmum sit. Et si morietur sine testamento, consul Venetorum intromittat bona sua; et si in terra non fuerit consul [consul] Venetorum, mercatores Veneti, qui erunt in terra, intromittere debeant bona; et ipsa bona possint portare domino Duci aut Baiulo Venetorum Acconensi. Et mortuus debeat sepelliri sine aliqua contrarietate.

Capitulum. Item, quod duo fontica Venetorum Alexandrie doana bene debeat contiare et aptare, ut Veneti bene habitare possint intus et sua mercimonia. Et unum quodque fonticum habeat unum fonticarium; et ipsi fonticarii nullum redditum uel ziliam[1]) soluant pro testa; et ipsa fontica claudi debeant die Veneris, secundum quod est usus et custume, et in alijs diebus ad uoluntatem consulis. Et ipse consul faciat, secundum quod est usus et costume. Et in illis fonticis nullus habitare debeat, nisi Veneti. Et cognita res est, quod alia gens non possit misceui cum eis.

Capitulum. Item habeant potestatem portandi vinum in duo sua fontica, secundum quod est usus et costume.

Capitulum. Item potestatem habeant Veneti vendendi vinum in duobus suis fonticis; et ut possint facere fieri furnum in uno duorum fonticorum ad coquendum panem.

---

[1]) I. e. *algâlije* „Kopfsteuer“.

Capitulum. Item, quando dominus Dux aut aliquis Baiulus Venetorum miserit consulem in Alexandriam, ipse sit francus de Bizanz. mille annuatim.

Capitulum. Item ecclesia, que cognoscitur per homines Venecie, que uocatur sanctus Michael, que est propria hominum Venecie ad adorandum in ea, et balneus, qui uocatur de chalige, Veneti in eo debeant balneare sine datio. Et in eandem ecclesiam et balneum alia gens intrare non debeat, nisi soli Veneti. Et balneus debeat conciari per suum dominum.

Capitulum. Item, si deuenerit, quod aliquis consul Venetorum moram fecerit in Alexandria per annum et amplius, tam ipse, quam tres seruitores eius, soluere non debeant ullum rectum, nec aliquem ziliam per testam.

Capitulum. Item, quod, si aliquis Sarracenus clamauerit se de aliquo Veneto, diffiniatur causa ante consulem Venetorum. Et si aliquis Venetus proclamauerit se de aliquo Sarraceno, diffiniatur ratio ante illum, qui fuerit loco Soldani; et potestatem habeat consul faciendi rationem inter ipsos.

Capitulum. Item, si aliquis Venetus receperit tortum aliquod in terra Alexandrie, consul Venetorum habeat potestatem mittendi suas litteras ad Soldanum de clamore. Et ipse Soldanus precipiet fieri inde rationem.

Capitulum. Item, quod non soluatur ulla drictura de lapidibus preciosis, perlis, beueris, opera uaira, pellibus grisis lotranis.

Capitulum. Item, si aliquod navigium Venetorum deuenerit in terram Egypti et totum suum Regnum, ubi dominatur Soldanus, et habuerit mercimonia, de eo, quod uendiderint, soluant inde dricturam. Et si uendere noluerint, potestatem habeant eundi; et non tollatur eis drictura aliqua nec ulla ratio, si ipsi non uendiderint.

Capitulum. Item, si aliquod nauigium applicuerit portibus terrarum Egypti et tocius sui Regni, quod distringit Soldanus, potestatem habeant discaricandi sua mercimonia cum suis barchis.

Capitulum. Item, si fecerint caligam in doana, non tollatur eis, nisi id, quod est usus et custume.

Capitulum. Item, quando applicuerint, habere debeant unum scribanum Christianum, qui clarificet in doana, et debeat scire suas rationes per totum tempus.

Capitulum. Item Trucimani duane non debeant tollere aliquid de mercimoniis, que intrant in doanam, quia tullimus appaltum desuper Trucimannis de doana. Et Mirus et Sabadoanus[1]) precipere debeant Sansarijs, ut faciant seruitia hominibus Veneeie.

Capitulum. Item, si uendiderint aurum uel argentum ad cecham, confestim soluantur.

Capitulum. Item, si ad uardianos doane fuerint quesiti magazeni per homines de Venecia ad ponendum mercimonia, eis dare debeant sine aliquo datio.

Capitulum. Item, quod lignamen, de quo efficiuntur capselle, quod non ponderantur, per stateram debet soluere, quod mercimonia, que non ponderantur.

Capitulum. Item pisces, qui uenduntur ante fonticum Venetorum, inde tolli debeant et poni in aliam partem, secundum quod fuit quesitum.

Capitulum. Item, si aliquod nauilium Venetorum uenerit per totum Regnum Egypti per fortunam temporis, aut per fortem uentum, aut pro uianda emenda, sint salui Veneti et securi in personis et habere; et possint ire ad suum iter sine ulla contrarietate et sine ullo datio.

---

[1]) I. e. *elemir sâhibuddiwân* „praefectus consilii, Vorstand des Divan". — Sansarius, Arabum simsar, Italorum sensale, „der Mäkler".

Capitulum. Item ecclesie, que sunt in Alexandria, que recognoscuntur, ipse debent esse secundum usus et custume Episcopi; et esse debent, secundum quod fuit usus et custume.

Capitulum. Item totum illud, quod portauerint Veneti in terram Alexandrie in auro, debet incantari. Et si mercator accipere super se uoluerit, debeat accipere; et debeant illud laborare in eecham; et debeant soluere illud, quod est usus et custume de auro, Veneti sine ulla drictura.

Capitulum. Item et ita facere debent de argento. Et adhuc, si mercatores uoluerint percuttere in ceeham, habeant potestatem uendendi, cuicunque uoluerint, sine ulla drictura.

Expliciunt capitula pacti domini Soldani Babilonis, qui uocatur Melec Moys. Fuerunt ista capitula scripta per manum militis Gabrielis Teruixani — Deus consulat ei — et nuntius *(nuntii)* alti Ducis et gentilis — Deus eum manu teneat. —

Preceptum omnibus, qui uiderint hoc preceptum altum ad omnes Baiulos et omnes dominos doane, et adhuc ad omnes Baiulos et scribanos per totum Regnum Egypti et per totum illud, quod distringit Soldanus Melec Moys. Et debeant esse facta ista capitula, et debeant esse firma, quanta sunt. Et omnes doane debent exemplare omnia capitula, postquam uiderint sanctum signale Soldani.

In nomine Domini scripta fuerunt die xiii de Gsue[1]), mense Sarracenorum, qui fuit mensis Nouembris, die xiii intrante. Et fuerunt facta currentibus anuis DCLII Sarracenorum. Et fuerunt facta ista capitula per preceptum de Sachobo gser fedin gentilis, quem Deus manuteneat; et Deus sit gratiatus, et ipsum adoret pro Machometo, et Deus sit gratiatus et adoratus.

Factum fuit hoc pactum in ciuitate Cari, anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Cristi millesimo ducentessimo LIII, mense Nouembris, die tercio decimo intrante.

[1]) In hac voce, utcunque inmutata, latet Sehewwâl, in quem mensem incidit datus dies Novembris.

CCCXXVI.

Exemplum quarumdam literarum eiusdem (Melek Moys) Soldani.

A. d. 1258, die 5. m. Decembris.

Liber Albus fol. 205. Libri Pactorum I, fol. 266. II, fol. 14, qui fere cum LA. consentit.

Hoc est exemplum litterarum Domini Soldani Babilonis, qui uocatur Melec Moys[1]), quod translatatum fuit de Sarraeinesco in Latinum, et missum a dieto Soldano domino Duei Veneeie per Gabrielem Teruisanum[2]), nuneium ipsius domini Ducis, ex parte alti Soldani.

Melee Moys, dominus gentilis, sciens omne bonum, altus, altus saluator[3]), eoncustator, carus in lege et in mundo, Soldanus Paganorum et Sarracenorum et Sourane omnium Soldanorum, Rex Biduinorum et Agimorum, manustentor domus Meke et de suis pertinencijs, dominus Regni Egipti et illius, quod tenet de Regno Jherosolimitano, dominus Regni[4]) et Soldanorum, qui uocatur Soldanus Moisabat[5]), filius Abdalla Sallay, et dominus presbiterorum et de amiraglis.

CCCXXVII.

Preceptum eiusdem Soldani.

In nomine Domini. Deus det uitam Duci alto et gentili et supragentili, saneto et iusto, earo capitaneo et supracapitaneo, probo et sapienti; et quod ipse obeditus et supraobeditus dominus Venecie, Dalmacie, Chroacie, Constantinopoli, Crete, Nigropontis. Deus acrescat et vitam et dominacionem, et Deus

---

1) Melech Mois; sic semper LP. I.
2) Tarvis.; sic semper LP. I.
3) altus, salvator LP. I; concinnius.
4) Regum LP. I; bene.
5) Mois Eibat LP. I; Eibac LP. II; Moisabat prima manu LA.; Moisebat recentiori manu LA.

sit cum suis consilijs, et sint ei appagati omnes illi, qui sunt Deo. Et intelleximus vestras litteras, et intelleximus vestrum amorem, et sumus conjuncti ad vestrum amorem, et scivimus vestrum carum amorem, et scivimus, quod omnia vestra consilia sunt bona et sancta adversum nos, et habemus magnam leticiam de amore, quem habemus simul et de pace sancta et firmitate firma, et de amoribus firmis et preceptis sanctis Ducis, quem Deus manu teneat. Et intelleximus per linguam nuncij uestri, alti militis, sancti et legalis, sicuti est in mundo, Gabrielis Teruisani; et habuimus de ipso magnam leticiam et zoia et supraalegranza de aduentu ipsius, et recepimus uestrum sanctum presentem, et habuimus magnum gaudium et leticiam, et firmati sunt amores, et ualde placuit nobis uestra ambaxaria. Et fecimus illud, quod ipse sciuit petere et desiderare. Et de precibus, quas recepimus ex parte domini Ducis, quem Deus manuteneat, pro mercatoribus, qui utuntur in Regno Egypti, nos sumus bene rogati de ipsis, ad faciendum eis seruitium et honorem; et faciemus habere curam de ipsis; et adhuc faciemus habere curam de Cristianis Surianis, qui sunt in nostra terra. Et faciemus eis seruicium et honorem et placitum, et amplius erimus prope ipsos, et non eos derelinquemus. Seruicium, quod petiuit nuntius uester, precipimus, ut sit factum ad suam uoluntatem; et etiam, quod scietis querere, sumus parati facere. Et si vobis est necesse aliquod seruicium, mittatis nobis vestras litteras, aut aliquod seruitium petatis, sicut ad uestrum amicum, quod Deus accrescat uos et manuteneat in omnibus uestris neccessitatibus; et omne bonum erit, Deo adiuuante.

Fuit scripta die octauo, exeunte Gsuc, mense Sarracenorum, qui est mensis Decembris, die quinto intrante[1]).

Et Deus sit adoratus per Magometum.

---

[1]) Calculus non prorsus quadrat.

Fuerunt scripte hee littere anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Cristi millesimo CCLVIII, mensis Decembris, die quinto intrante.

Hoc est paetum Soldani Babilonis, qui uocatur Melec Moys, quod fecit Gabriel Teruisanus de mandato domini Rainerij Geno, incliti Ducis Venecie nuncius ad ipsum Soldanum; quod fuit translatum de Sarraceno[1]) in Latinum, prout inferius scriptum est.

CCCXXVIII.

Paschalis Bollani promittit censum Jacobo Belligno, electo Patriarchae Gradensi, pro quadam terra, posita in Constantinopoli.

A. d. 1255, die 7. m. Martii.

Flam. Cornelius Eccles. Venet. Tom. III, p. 107. Ex autographo in archivo Patriarchali.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1255, die 7. intrante mensis Marcii, indictione XIII. Constantinopoli.

Promittens promitto ego Pascalis Bollani, habitator in Constantinopoli, cum meis heredibus, vobis Jacobo Belligno Archidiacono, qui electus estis in Patriarcham Gradensem, et capitulo Gradensis ecclesie, quod debeam per me vel per meum missum dare et deliberare nuncio vel procuratori vestro hic in Constantinopoli per singulos annos usque ad viginti novem annos sex yperpera perfecti ponderis: medietatem scilicet in singulis Kalendis Marcii, et reliquam medietatem in singulis Kalendis Septembris, excepto incendio et publica violentia, secundum hujus civitatis consuetudinem; pro illa videlicet pecia de terra, que est extra murum civitatis Constantinopoli in pertinentiis de prima[2]); et firmat uno capite in scala majore, et alio firmat in via publica. Uno latere firmat in via, que discurrit ad mare, et alio firmat in edificio Demetrii Sulimani[3]), et habet per suam

[1]) Saracinesco LP. I.

[2]) Cfr. nos supra p. 44.

[3]) In diplomate sequ. scribitur falso Sisulmani.

longitudinem pedes triginta duos, et per latitudinem pedes quindecim; quam mihi dedit et concessit dominus Henricus, Archipresbyter Gradensis ecclesie, per virtutem et potestatem unius commissionis carte, facte anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1253, mense Septembris, die quarto intrante, indictione duodecima, Rivoalti, usque ad suprascriptum terminum, secundum tenorem unius concessionis carte, quam ipse michi fecit hic in Constantinopoli hoc suprascripto anno et mense, die sexto intrante, indictione suprascripta, et cetera, ut in ea legitur.

Finito vero suprascripto termino ego vel mei heredes promissionis cartam similem huic in omnibus facere et dare debeam hic in Constantinopoli nuncio vel curatori vestro, omni occasione remota.

Si igitur contra hanc promissionis cartam ire temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus vobis et vestris successoribus auri libras quinque; et hec promissionis carta in sua permaneat firmitate.

† Ego Pasqualis Bollani m. m. ss.

† Ego Filippus Bennato tt. ss.

† Ego Leonardus Feolo tt. ss.

L. S. Ego Michael Adamo, s. Cassiani presb. et not., complevi et roboravi.

CCCXXIX.

Nicolaus Baseglo promittit Jacobo Belligno, electo Patriarchae Gradensi, censum pro quadam terra, posita in Constantinopoli.

A. d. 1255, die 13. m. Aprilis.

Flam. Cornelius Eccles. Venet. Tom. III, p. 108. Ex archivo Patriarchali.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, die tercio decimo intrante mensis Aprilis, indictione tertiadecima. Constantinopoli.

Promittens promitto ego Nicolaus Baseglo, habitator in Constantinopoli, cum meis heredibus vobis Jacobo Belligno, qui electus estis in Patriarcham Gradensem, et capitulo Gradensis ecclesie, quod debeam per me vel per meum missum dare et deliberare procuratori vestro hic in Constantinopoli per singulos annos yperpera auri recti ponderis sex: medietatem scilicet in singulis Kalendis mensis Marcii, et reliquam medietatem in singulis Kalendis mensis Septembris, excepto incendio et publica violentia, secundum hujus civitatis consuetudinem; pro una videlicet pecia de terra, que est de jure Patriarchatus Gradensis; que firmat uno capite in via publica, et alio suo capite firmat in terra vacua, que discurrit super mare. Uno suo latere firmat in edificio heredum Stephani de Tumba, et alio suo latere firmat in edificio Demetrii Sisulimani[1]) Monovasioti; et est posita extra murum civitatis; quam mihi dedit et concessit dominus Henricus, Archipresbyter Gradensis ecclesie, per virtutem et potestatem unius commissionis carte, facte anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1253, mense Septembris die quinto intrante, indictione XII., Rivoalti, usque ad suprascriptum terminum, secundum tenorem unius concessionis facte hoc suprascripto anno, die sexto intrante, mense Marcii, indictione suprascripta, Constantinopoli, et cetera, ut in ea plenius continetur.

Finito vero suprascripto termino ego vel heredes mei, sive illi, quibus interim concessero, similem huic in omnibus promissionis cartam vestro nuncio vel procuratori, qui tunc erit, facere et renovare debeamus, omni occasione remota.

Si igitur contra hanc promissionis cartam ire temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus vobis et vestris successoribus auri libras quinque; et hec promissionis carta in sua permaneat firmitate.

---

[1]) In antecedenti dipl. scribitur recte Sulimani. Cfr. p. 9. hujus voluminis.

Signum suprascripti Nicolai Baseglo, qui hec rogavit fieri.
† Ego Angelus Stenus tt. ss.
† Ego Andreas Adamo tt. ss.

L. S. Ego Michael Adamo, s. Cassiani presb. et not., complevi et roboravi.

CCCXXX.

Pascalis et Johannes Bernardo promittunt censum pro terra, posita in Constantinopoli, Jacobo Belligno, electo Patriarchae Gradensi.

A. d. 1255, die 7. m. Junii.

Flamin. Cornelius Eccles. Venet. Tom. III, p. 109. Ex archivo Patriarchali.

In nomine Dei eterni. Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1255, die 7. intrante mensis Junii, indictione XIII. Constantinopoli.

Promittentes promittimus nos Paschalis et Johannes Bernardo, ambo fratres, habitatores in Constantinopoli, cum nostris heredibus vobis, domino Jacobo Belligno, qui electus estis in Patriarcham Gradensem, et capitulo Gradensis ecclesie, quod debeamus per nos vel per nostrum missum dare et deliberare vobis vel vestro misso hic in Constantinopoli procuratori vestro yperpera auri recti ponderis sex per singulos annos usque ad viginti novem annos: medietatem scilicet in singulis Kalendis Marcii, et reliquam medietatem in singulis Kalendis Septembris, excepto incendio et publica violentia, secundum hujus civitatis consuetudinem; pro illa videlicet pecia de terra extra murum Constantinopoli posita, que firmat uno capite in via publica, et alio firmat in terra, que discurrit super stane[1]). Uno suo latere firmat in edificio Johannis Ferro, et alio firmat in edificio Vitalis Bugari; quam utique terram nobis dedit et concessit dominus

---

[1]) An Steno?

Henricus, Archipresbyter Gradensis ecclesie, per virtutem et potestatem unius commissionis carte, facte anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi 1253, mensis Septembris, die 4. intrante, indictione XII., Rivoalti, secundum tenorem unius concessionis carte, quam ipse nobis fecit hoc eodem anno, die 6. intrante mensis Marcii, indictione suprascripta, Constantinopoli etc., ut in ea plenius continetur.

Finito vero suprascripto termino nos vel heredes nostri similem promissionis cartam in omnibus procuratori vestro, qui tunc erit, renovare et dare debeamus, omni occasione remota.

Si igitur contra hanc promissionis cartam ire temptaverimus, tunc emendare debeamus cum nostris heredibus vobis et vestris successoribus auri libras quinque; et hec promissionis carta in sua permaneat firmitate.

Signum suprascriptorum Paschalis et Johannis, qui hec rogaverunt fieri.

† Ego Andreas . . . tt. ss.

† Ego Stephanus Comen tt. ss.

L. S. Ego Michael Adamo, s. Cassiani presb. et not., complevi et roboravi.